

R. P. D. Benedictus Mazzotta ... De triplici philosophia, naturali, astrologica, et minerali ... / [Benedictus Mazzotta].

Contributors

Mazzotta, Benedictus.

Publication/Creation

Bononiæ : Typis Io. Baptistæ Ferronij, 1653.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/svhpjkrs>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>











Marxota de Engleland

36109/B

K


Epist. Tsch 3 Kpf. 4^e 74600.


N. ix

17/m



#275







Alcornoque Pignori



Adoration of the Kings

MAZZOTTA

De Triplici Philosophia

NATVRALI, ASTROLOGICA,

ET MINERALI

M A Z Z O T T A

De Triplici Philosophia

NATURALI ASTROLOGICA.

ET MINERALI

R. P. D. BENEDICTVS
MAZZOTTA LICYENSIS
A NOVOLI

Congregationis Cœlestinorum Ordinis Sancti Benedicti
Bononiæ Philos. ac S. Theol. Lector.

DE TRIPLICI PHILOSOPHIA

NATVRALL ASTROLOGICA, ET MINERALI.

IN QVIBVS

Differit coherenter de Elementis, & varijs mixtorum proprietatibus. Possibilitate corporis physici completi non compositi. Productione Mundi temporanea, & eius possibilitate ab eterno. Compositione continui ex solis indiuisibilibus finitis, & probabiliter ex inflatis. Productione substantiæ. Infinito. Intensione. Rarefactione, & condensatione. De modo formandi veros colores Lapidum pretiosorum. Specula vstoria, & preparandi lapidem luminosum. De Metheoris omnibus. Metallorum natura, & transmutatione, rebusq; mineralibus, alijsq; arcanis Chymicis. Effectibus Planetarum iuxta varias eorum configurationes, Eclipsibus, & magnis Coniunctionibus, alijsque causis cœlestibus, & nouis, præter communes, Planetarum aspectibus, & eorum significatis; alijsq; questionibus Naturalibus, Astrologicis, & Mineralibus.

OPVS

Theol. Philos. Medicis, Chymicis, & Astrologis iucundum, ac simul vtile.



Bononiæ, Typis Io. Baptistæ Ferronij 1653. Superiorum permissu.

Io: B. Arcani Physici

ILLVSTRISSIMO
AC NOBILISSIMO VIRO
D. HIPOLYTO CATTANEO
BONONIENSI PATRITIO.



Vdeat, en audeat iam martiali
pulvere sordida suauissimis con-
fortata LILIORVM odoribus
humilis, ac neglecta naturalis, as-
trophica, & mineralis Philoso-
phia mea, vel vt perpetuetur in
campum, & lucem è tenebris de-
scendere, vel expugnetur; mar-
cescit namq; virtus illa, quæ hostium non sentit stimulos;
Equitem crebri casus, agricolam tempestates, ac demum
nautam, non nisi graues acuunt procellæ. Illustres tamen
reportatura ab hostibus triumphos non dubia, quando
tanto inspirante NVMINIS austro eximium sibi robur
vendicat non occasurum. Par equidem erat, vt dum lit-
terarijs de disputationibus agitur, in illos ascenderet Mon-
tes altissimos, in illam confugeret Arcem tutissimam, quæ
nondum ab hostibus vllas experta, nec lacrimata rui-
nas, meritò salutis est nuncupandum domicilium. NON
ENIM NISI IN MONTIBVS SALVS ad illum in-
quam gressum dirigeret virum Illustrissimum HIPPO-
LYTVM CATTANEVM, quem vel tot nobilitatis,
magnanimitatis, aliarumq; virtutum ornamenta, vel tot
ab ipso, suisq; patrata nobilia decorant, simul laudant, ac


cohonestant. An ignoratur, Arcem illam gentilitio quam
suo gestat in stemmate, vetustissimam propaginis suæ in-
dicare nobilitatem; indè NOMEN, dum per idem
CATTANEI, ac memorabilis vetustæ illius Arcis anti-
qui indicantur domini, & CAPITANEI. Suspexit equi-
dem olim, admirataq; est ob præclarissima ipsorum meri-
ta Bononiensis hæc Vniuersitas Illustrissimos quinque ex
tuo genere Senatores, vulgatus adhuc viuit in ore Pisau-
reorum omnium ob sapientissima, ac piissima ipsius gesta
Baldassar Cattaneus accuratissimus illius Urbis Antistes,
præter alios, quos ne annales construere videar, omitto;
at longè nunc maiori Bononiensis hæc Ciuitas te admi-
ratur lætitia, dum veluti istorum tuorum virtutum com-
pendium suo te intuetur hodie, ac contemplatur in sinu.
Non igitur illudenda, at laudanda potius imbecillis Phi-
losophia mea, dum impugnanda in tutissimum porrexit
huius Arcis refugium, ad tanti viri confugit patrocinium;
hostium nequaquam pertimescet incursum; impugnabitur,
at non expugnabitur, tentabitur, at de parta victoria ho-
stis cantabit vacuus, non lætabitur. Restat solum (Eques
benignissime) vt tua, qua soles humanitate, ad te confu-
gentem ipsam nè dimittas, tuum mihi supplicanti patro-
cinium non deneges, vt dum felicitatum omnium tibi au-
guror culmina, tecum viuam ipse quoq; securus.

Dominationis suæ Illustrissimæ

Seruus humillimus

D. Benedictus Mazzotta M. C. L. d.

LECTORI BENEVOLO. I T 2

 Bstupefeces, non dubium, primò intuitu benigne, atq; amice Lector, dum me quotidianas applicatum circa meorum Studentum lectiones, aliasq; Monasticas occupatio-
 nes novos quosdam immaturos inspicias nunc ingeniali mei laborum fructus ori proponere publicè degustandos tuo, visendos orbi; at ne mireris quaeso amice Lector: an ignoras, ~~nonnullis~~ nil esse molestiae, nullumq; sentire dolorem? Anhelavi iam dudum (fateor) aliqua ad Naturalem, Astrologicam, & Mineralem Philosophiam pertinentia pluries cum amicis quibusdam ponderata, non inuicenda, nec communia à nobis existimata (proprijs forsan allucinatis passionibus) considerata simul, ac publicè exponere ponderanda, ut anceps meus hucusq; pependit animus, non paucis dubitans salutandum me fore, simulq; subsannandum opprobrijs, at demum, quia suam non querenti gloriam, sed amicorum optanti satisfacere petitionibus, occurrere curiositatibus, molestæ nequaquam sunt iniuriæ, paruo in hoc volumine expandere tibi volui speculativas quasdam difficultates, curiositates, & dubitationes ad metheora omnia pertinentes, Tractatum quendam de metallis, alijsq; arcanis Chymicis, rebusq; mineralibus, ac demum astrologicas quasdam alias questiones, ac nova quædã astrologica considerabilia. Composuimus quoq; præter alia 40 aphorismata ex Planetarum qualitatibus deducta, quibus, prudens Astrologus astrologicis omnibus difficultatibus potest satisfacere facillime; item effectus ortus, & occasus stellarum fixarum, aliq; pro alijs materijs non minus considerata manifestauimus arcana, & volui apponere. Omnes autem tres istas Philosophiæ species simul hîc ausus sum colligere, ut breuiter relictis tot citationibus, alijsq; similibus paginam, non intellectum impletibus, vnâ materiam fastidientes Lectores ad perlegenda alia declinarent; curiosiora sanè multa alia tibi dare iam ordinaueram, at multa sæpè facere proponimus, quæ ob non paucos impediētes exequi non valemus. Excipe igitur pro nunc ex ipso, benigne Lector, si quid tibi gratum inuenieris, sin vero, meam, amice supplico, corrigas inscitiam, palam non laceres audaciam, dum meum in ipso do tibi gratis cor, Cælum simulq; deprecor, letus ut semper Valeas.

S T I M U L A T V R A V T H O R

ad Opus hoc prælo dandum.

E De librum MAZZOTTA tuum (te postulat Orbis)

Vt decus accipiat sacra Sophia suum.

Ingeniosè subis frigidi ad penetralia centri,

Inde pari studio sydera summa petis.

Cur tonat, & missis abrupitur ignibus æther,

Læta cur & pallet Cynthia quando, doces.

Tuque moras solis, quibus in sua signa recurrit

Tradis, & exactis discere posse notis.

Cur modò qui rutilo lucet splendore Planeta

Lumine suppresso conditus ipse latet.

Qui paci faueant venti: quæ bella minetur

Hinc Boreas: Zephyros mitior aura venit?

Quid referat fausti Piscis, quidque Vrsa sinistri,

Cur modò quæ lenis, nunc, fuit, vnda tumet,

Quidque Atlas, Eolus, quæ sit natura metalli,

Quæ superant nostram plurima nosse fidem,

Macte igitur toto semper cantaberis Orbe,

Qui licet ingenio non minus arte vales.

Dum vagus æthereo Phœbus versabitur Orbe,

Dum stabit immobili terra benigna loco.

Dicite post messem, viuat per Nestoris annos,

• Vtile qui nobis tam benè præssit opus.

D. Theodorus Engelbertus Thilenus, Belga, Louanensis,
Monachus Cælestinus.



Vidi-

X E D V I

D. Hilarius Spighius Romanus Abbas S. Spiritus de Murtone, ac Præsi-
dens Generalis totius Congregationis Cœlestinorum Ordinis
S. Benedicti.

Cum librum à Reu. P. D. Benedicto Mazzotta Sac. Theologiae Lector & compositum, & inscriptum Tractatus de triplici Philosophia naturali Astrologica, & Minerali, Aristotelis meteorologiam excerptantibus duo eiusdem nostrae Congregat. Theologi recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint, ut Typis mandetur facultatem concedimus, si ita ad quos spectat, videbitur. Dat. in nostro Venerabili Collegio Cœlestinorum de Vrbe die 9. Augusti 1653.

D. Hilarius Spighius Abbas Generalis Cœlestinorum.

Locus † Sigilli.

D. Hieronymus Spiritus Abbas Secretarius.

Vidimus, & attentè, accurateq; ponderauimus de mandato Reuerendiss. P. D. Hilarij Spighij Congregationis Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti Praesidentis Generalis opus, cuius hic est titulus de Triplici Philosophia naturali, Astrologica, & Minerali, compositum ab Ad. Reu. P. D. Benedicto Mazzotta Nouolensi Monasterij S. Iohannis Baptista Cœlestinorum de Bononia Philos. ac Theol. Lectore nosq; in ipso nil contra fidem SS. PP. Concilia, ac Pontificum summorum decreta adinuenisse, sed potius utilitatem non exiguam scientiarum perscrutatoribus allaturum praesentibus hisce litteris testamur, sic mente quoq; arbitramur.

Ego D. Franciscus Grassius Abbas Cœlestinorum de Bononia.

Ego D. Vincentius Spinellus Abbas S. Stephani de Bononia.

Cum volumen hoc aureum, cuius titulus est de triplici Philosophia naturali, Astrologica, & Minerali, auctore Ad. Reu. P. D. Benedicto Mazzotta Nouolensi, quam attentissime perpenderim, fateri cogor, nihil in eo non modo fidei dogmatibus, SS. Patrum auctoritatibus, Concilijs, summorum Pontificum decretis, & Christianis moribus aduersum, & repugnans conspexisse; quinimò doctrina ponderibus, eruditionum copia, uberrimisq; fructibus undequaq; refertum suspexisse atq; redundans. Quare & Typis dignissimum, & doctissimo cuiq; maxime expetendum opus iudicavi, & iudico.

Ego D. Carolus Goranus Ecclesiae Metropolitanae Bononiensis Praetentarius pro Illustriss. ac Reuerendiss. D. Hieronymo Bôcompagno eiusdem Archiepiscopo, & Principe.

Vidit Ouidius Montalbannus Philosophiae, & Legum Doctor pro Reuerendiss. P. Inquisit. Bononiae.

Imprimatur. Fr. Casimirus de Cremona Lector Theologus, & Vic. Gener. S. Officij Bononiae.

coniunctionibus. 2. 2. 2. 2.
De ecclipsibus luminarium, & eo-
rum significatis.
Deas pectibus planetarum ad inui-
cem, & eorum significatis quo
ad aeris mutationes, & infirmi-
tates, quibusdam quoq; conside-
rabilibus additis, &c.

Ponuntur significata ortus, & occa-
sus tam matutini, quam vesperti-
ni singulatu stellarum fixarum
Adducuntur 40 aphorismata ab
eodem auctore composita qui-
bus astrologicis quaestionibus
omnibus facile responderi potest,

*Primus numerus paginam, secundus lineam, primum verbum errata,
secundum correctum, in Quaestionibus disputatis.*

7. 24. inclusi, inclusa. 11. 18. colore. calore. 12. 25. Augustinus. Augu-
stinus. 15. 1. substantia. substantiam. 41. 3. dum. cum. 44. 9. ad. ac
ibid. 16. materialis. materialitatem. ibid. 22. esset. essent. ibi. 28. formam.
forma. 56. 12. difficult. difficile. 58. 30. maneat. maneant. 70. 5. se-
cilicet. scilicet. 71. 4. estimenda. estimanda. 72. 12. ad. ab. 73. 1. nam.
non. ibid. 5. noluit. ibid. 17. subiectum. ibid. 34. necessaria. neces-
sario. ibid. 37. amat. amer. 113. 36. fortum. totum. 114. 16. penetretur.
penetrentur. 117. 10. durum. duorum. 118. 7. tempora. tempore. 119.
35. perditam. perdictam. 120. 21. vicinoris. viciniore. 124. 20. ipse.
ipsa. 125. 12. infinito. infinitum. 136. 35. esse. esset. 136. 29. occulta-
tum. occultarum. 137. 8. illa. illas. 145. 31. amplector. 141. 5. effectum.
effectum. 142. 10. institutam. institutum. *In reliquis.* 9. 15. vbi dicit
omnes. dele. 20. 25. tropiscis. tropicis. 14. 32. aereis. aereis. 25. 31. ful-
mine. fulmine. 26. 34. partes. partes. 28. 16. malus. malis. 36. 25. e. &c.
37. 8. sententium. sententium. 41. 10. coireper. coire per. 44. 12. re-
quiriri. requiri. 47. 17. lychno. lychno. 51. 26. ignis ignis. 61. 33. pra-
tarum. piratarum. 63. 8. medio caeli. in medio caeli. 74. 18. terra. terrae.
ibid. poses posse. 76. 16. demergantur. demergantur. 80. 28. omnibus.
82. 33. Quam. Quam. 96. 20. contram. contra. 100. 28. accendunt. acce-
dunt. 101. 16. antiperistasis. antiparistasis. 104. 16. attractas attractas.
108. 24. lauriper. lauri per. 120. 29. explicere. explicare. 412. marg. qui-
dem. quidam. ibid. 14. matutins. matutinus. 136. 33. ascendit. descen-
dit. 137. 32. ventis. ventos. 141. 33. deberent. deberet. 149. 30. appare.
apparere. 152. 9. differe. differere. 154. 7. rubedine. rubedinem. 158.
34. plumbum plumbum. ibid. 29. a sulphureitates. a sulphureitate.
163. 28. destilatio. distilato. 165. inuenius inuenies. 165. marg. fiat.
fiat. 166. 25. distyla. distilla. 167. 33. satias. facias. 169. 1. cimenta.
173. 27. argentum. argentum. 174. 14. auger. auge. ibid. 29. fit. fit.
175. 6. superiade. superinfunde. 181. 1. in. id. 191. 32. maximi. maxi-
me. 207. 23. composito. compositio. 217. 10. placito. platico. 213. 31.
Perigo. perigeo. 216. 17. los. illos.

*Reliquos si inuenitis errores benigne corrigatis Lectores, hoc n. typographi fa-
muli sui pertinacia, quod secundum noluit aliquando expectare correctio-
nem, proinde errores isti non in omni tomo reperiuntur.*

DE TRIPLICI PHILOSOPHIA

Naturali, Astrologica, & Minerali.

P R O O E M I V M.

Rhisiologicam disciplinā utpotè de rebus naturalibus, atq; ad apparentes effectus ordinata pertractantem, periucundam sanè cunctis, ac utilem futuram non dubitavi. Humanum enim cum nihil magis perturbet animum, quam assidua curiositas, iucundius nil illi unquam esse poterit, quā curiositatis (ignorantiæ partus) destructiva sapientia. Vix sanè unum apparere cepit in aere metheorum, quod curiositate, ac timore repletus animus, futurorum inscius euentuum, ignarus causarum, aut illa miraculosa reputavit, aut dicta sapientum indicavit insanias. Maiori igitur qua pote ro breuitate, ac claritate quidquid ab Aristotele in sua Metheorologia, alijsq; Philosophis, Chymicis, & Astrologis dicta fuerunt, & rationibus, & manuali experientia confirmatum sub triplici hac mea Philosophia compendiosè contentum reperies. Et quidem cum evidens istorum omnium tractatum cognitio haberi nequaquam possit, nisi philosophicis quibusdam questionibus appositis (alibi à Philosophis pertractatis) idcirco nō impertinens fore putavi illas in principio operis examinare, ne aerea, ac infundatè apud sophisticos quosdam locuti videamur, ac maleuolorum à labijs elongemur. Agam de elementis, & mixtis, varijsq; mixtorum speciebus, ut his explicatis facile sit metheorologicæ cuiusq; impressionis causas, ac proprietates penetrare. Cuius occasione, cum à vulgaribus elementa corpora simplicia nuncupentur, dilucidabitur, quotupliciter possit aliquid dici simplex, ubi quæretur an possibile sit corpus physicū completum, non compositum. Insuper quoniam elati sursum spiritus (metheororum materia) nunc magis, nunc minus in qualitatibus

A

sunt

Cur de qui
buldā phi-
losof quæ
stionibus,
& de qui-
bus in hoc
opere tra-
ctetur.

intensi, necesse est de alteratione intensiva quid, & quomodo fiat inuestigare. Et quia etiam nunc rara, nunc densa est materia de rarefactione, & condensatione erit questio. Alterius de origine maris, fluminum, & montium, insularumque tractaturus, ne frustra me de hoc pertractantem nominent aduersarij, dicentes cum Aristot ele omnia hæc ab æterno fuisse producta, falso sustinentes mundi eternitatem cum his, temporaneā mundi productionem teneor disputare; & ut circa hoc appareat, quæ rationes efficaciter demonstrent mundi temporaneam productionem, quæ verò non, adducam aliam questionem, an si mundus non fuit ab æterno, potuerunt tamen ab æterno produci. Accensio tamen esca cum vitro solaribus radijs exposita, alijsq; quamplures effectus, qui plurimum sapientum animos à recta viare mouerunt, sufficientissimum etiam, ac pertinens præbent motuum discutiendi, an accidens immediate possit substantiam producere, ut inde constet a quo in similibus casibus substantialis forma ignis producat. Deinde de rebus quantis, ac continuis (cuiusmodi sunt elementaria) sermonem patraturus, difficillimam, ac insolubilem illam questionem de continui compositione in campum adducemus, & ne rerum multitudo, atq; diuersitas (quas in dies videmus) admirationem nostris ingerat animis, probabo, hæc quæ à nobis inspiciuntur, comparatione possibilem, tamquam puluerem exiguum propè maris littora esse existimanda, cum producere possit Deus infinitum Cathegorematicum, & in actu, tam in multitudine, magnitudine, intensione, & perfectione essentiali in aliquo genere. Primam questionem propono de elementis, & sit.

C A P V T P R I M V M.

De Elementorum numero, Proprietatibus, Motu, Loco, Figura, Altitudine, & Definitione.

PRo intelligentia difficultatis propositæ sciendum nomen hoc elementum, quod principium primum cuiuscunq; rei significat,

cat, quo sensu Materia, Forma, & Priuatio dicuntur physica elementa, & demonstrationes Euclidis, dicuntur prima elementa, à nobis tantum accipi pro quatuor vulgatis Mundi elementis, ex quibus tamquam ex quatuor principijs res Vniuersi habent originari. De-
 finitur autem sic à Philosophis, cum Aristotele 3. Cæli, text. 3. cap. 3. Elemētōrū definitio.
 Elementum est corpus, in quod cætera corpora diuiduntur, in quibus inest potentia, aut actu, ipsum autem est indiuisibile in diuersa secundum speciem, quam definitionem tradiderunt etiam S. Thomas, Simplicius, Conimbricenses, & alij.

Probatur, & explicatur simul conclusio, dicitur corpus loco generis, per quod conuenit cum alijs, & ponitur etiam loco differentia, per quam differt à Materia, & Forma, quæ cum entia incompleta sint, corpora nequaquam sunt; dicitur in quod cætera corpora diuiduntur, idest resoluuntur, quia omnia mixta resoluuntur in elementa, scilicet Aquam, Aerem, Ignem, & Terram.

Dices contra hanc vltimam particulam, omne quod resoluitur, resoluitur in id, quod in se habet, sed corpora non habent in se elementa, sed tantum virtutes elementorum, ergò falsum dicimus omnia resolui in elementa. Maior patet, quia ideò dicimus continuum componi ex indiuisibilibus, quia resoluitur in illa, ergò &c.

Respondetur, quod licet in mixto elementa formaliter non contineantur, continentur tamen in ipso virtutes, hoc est qualitates illorum, & quia istæ qualitates, quæ erant in mixto diuiduntur in elementa, quæ post corruptam mixti formam succedunt, nec omnes qualitates, quæ erant in vno mixto, sunt in vno elemento, sed tantum duæ, idcirco corpora sic diuidi dicuntur in elementa, non actu, sed virtute contenta in mixtis. Quod expressit S. Thomas 5. meth. lect. 15. dicens quantum dicitur, quod est diuisibile in ea quæ insunt, quod quidem dicitur ad differentiam diuisionis mixtorum, nam corpus mixtum resoluitur in elementa, quæ non sunt actu in mixto, sed virtute tantum, à pari dicimus nos, hominem resolui in cinerem, & vermes, quia licet non contineantur in homine viuente huiusmodi formæ, continentur tamen qualitates, ad quas recedente forma rationali, consequuntur tales formæ. Indiuisibilia autem non se habent sic, cū separatio continui non sit productio partium, aut transmutatio, sed solum separatio vnius ab alia, & res in separatione talis remanet, qualis erat, at resolutio corporum in elementa est per

Quomodo mixta in elementa resoluantur, & contineantur.

transmutationem in aliud, quod aliquandò non ità est, sicuti est dum transmutatur, imò si ità esset, non esset transmutatio, quia non esset in aliud.

Dicitur secundò, in quibus inest potentia, aut actu, quia Aristoteles ibi noluit determinare quomodò maneant elementa in mixto, sed posuit particulas communes omni opinioni.

Dicitur tertio, quod ipsum sit indiuisibile in alia diuersa secundum speciem, hoc est, non separatur in diuersa, quia aqua quantumuis in plures aquæ partes diuidatur, & separatur, non diuiditur in aquas specie differentes, cuiusmodi ratione diuersarum qualitatum mixta diuiduntur in diuersa. Vel potest dici non diuidi in diuersa, quia licet elementa diuidantur in materiam, & formam, cum tamen ipsa sint entia incompleta, non habentia rationem speciei physicae, idcirco benè dicitur non diuidi in diuersa secundum speciem.

Dices contrà hoc vltimum, ex vno elemento potest fieri aliud diuersum secundum speciem, sic enim potest ignis immediatè conuertere in aerem, & è contra, quæ sunt elementa diuersa, ergo vnum resoluitur in aliud diuersum specie, cum diuidi in aliud diuersum non sit aliud, quam ex ipso fieri posse aliud diuersum.

Respondetur diuidi in diuersum non dicit posse fieri, seu educi ex materia vnius aliud, sed dicit contineri, vel formaliter, vel virtualiter saltem in alio, vnum autem elementum neutro modo in alio continetur, idè non diuiditur &c. qualitates enim aquæ non continentur, sed tantum in Materia ignis expulsa forma ignis introducitur forma aquæ immediatè non prius introducta forma aeris &c. vt enim vnum fiat ex alio, sequitur hoc præcisè, vt ex materia vnius educatur, hoc est fiat dependenter ab illa aliud.

Aliter alij definiunt elementum iuxta varia eorum principia. Aliqui dicunt elementum esse illud, quod duas tantum habet qualitates, Ariaga autem non admittens humiditatem, & siccitatem esse qualitates distinctas, dicit esse illud, quod vnam tantum habet proprietatem; at quidquid sit de istorum definitionibus non recedendum ab Aristotelica, & antiqua, quæ vera est in omnium sententia, & nullam patitur difficultatem, aut obscuritatem, vt patet ex explanatione tradita. Hæc quo ad definitionem elementi.

De Elementorum numero.

Quaternarius elementorum numerus cōplectens Terrā, Aquam,
Aerem,

Aerem, & Ignem, adeò certus erat apud veteres philosophos, & sapientes, vt pauci de ipso dubitauerint, at quoniam cum vetustate veritas recessit, Cardani tempore, & suis, & aliorum argumentorum tenebris cæpit adeò obscurari elementaris ignis existentia, vt non pauci Recentiores audeant tam longquam ignis elemētaris existentiam amouere, cuius ignis hostes acerrimi videntur esse Chassinus, Vallesius, Aresius, Tassonius in libro Italicè scripto, Telesius, & probabile reputauit Ariaga, quos secuti sunt quamplurimi recentiores apparentibus tantum fundati rationibus.

Quatuor
ponuntur
elementa.

Probant primò ignis repugnantiam, quia iste vtpotè voracissimus, & actiuissimus, si esset in tanta quantitate, omnia combureret, propter quod Corpora Cælestia non ponuntur ignea. Nec raritas obstaret, cum etiam superiores partes flammæ quantumuis rarissimæ, multum tamen comburant, & plus quam inferiores flammæ partes; tum quia frustra natura collocasset calorem, qui est qualitas tam actiuissima in subiecto inepto ad præstandum effectum suum, potius debuisset illum collocare in alio elemento. Neque dicas actiuitatem istam retundi à frigiditate mediæ regionis aeris, nam actiuitas ignis deberet potius aeris frigiditatem expellere, cum ipsa sit in maiori quantitate, & actiuitate, ac proindè numquam apud nos hyems esset, sed semper æstas. Deindè non videtur cur frigiditas illa impediat actionem ignis, & non impediat actionem Solis; Item cur dum fiunt Cometæ non impediat calorem illum peruenire ad nos, & impediat ignem, qui in maiori est quantitate ipso cometa, in nos non agere.

Respondetur plures sanè esse rationes, propter quas effectus isti non sentiantur. Primò, cur omnia igne non consumuntur (estò sit in tanta quantitate) quia magna illa ignis actiuitas attemperatur multum ab influxibus Lunæ præcipuè sibi contiguæ, quæ sibi contrariæ naturæ est, Saturni, aliorumq; Planetarum, & syderum, quorum innata hæc est proprietas, elementarem Orbem gubernare, attemperando actionem contrariorum, vt notat Scotus in 4. & alij ex doctrina Aristotelis, qui propter hanc rationem dixit, inferiora hæc elementa superioribus fuisse contiguata. Secundò, quia estò sit actiuissimus ignis, multum tamen illi ob sistunt cætera elementa, vt Aer sua humiditate, Terra, & Aqua sua frigiditate, & in hoc prouida fuit natura, & Diuina prouidentia, elementa ita inter se collocare,

Cur non
consumen-
tur omnia
ab igne ele-
mentari.

talisq;

talisq; naturæ condere, vt vnum alterum non destruat, & vnum vir-
 tutem habeat impediendi ne ab alio absorbeatur; pro quo adduci po-
 test illud, quod canitur in Hymno Vesperarum feriæ secundæ, Vt
 vnda flammæ temperet, Terræ solum ne dissipet; Item sicuti aquis
 terminum posuit ne sua voracitate terram absorberet, ita & ignis
 actiuitati terminum apposuisse censendum est. Dicere etiam possu-
 mus ignem non comburere hæc inferiora, quia calor, & actiuitas
 ipsius funditur in directum, & ad latera, quia ibi diffundit agens suā
 virtutem in quod tendit ex natura sua, ignis autem vtpotè leuis non
 in inferiora, sed in superiora tendit, ideoq; calorem in hæc inferio-
 ra nō tantum diffundere, sic enim si puluerem in manu accendimus,
 altera manu superposita magis sentitur calor à manu superiori, quā
 inferiori. Præcipua etiam causa impediens actiuitatem ignis com-
 muniter assignatur raritas ipsius, vt à simili constat de flamma stup-
 pæ, & aquæ vitis ardentis, quæ estò lino sit applicata ob maximam
 tamen raritatem ipsius linum non comburit, & è contrā densitas
 materiæ multum iuuat ipsius actiuitatem, vt patet in ferro candenti,
 & lignis densis. Quod autem partes superiores flammæ, magis cō-
 burent, licet sint rariores, hoc per accidens se habent, quia .s. partes
 illæ, vtpotè magis depuratæ à vaporibus humidis, & frigidis, magis
 calorem cōcipiunt, quos vapores habent inferiores partes flammæ,
 quod si cætera sint paria semper magis comburunt partes densæ,
 & raræ. Insuper calorem qualitatem tam actiuissimam in subiecto
 raro collocatum, non frustra factū putetur, namq; ad vniuersi con-
 seruationem rerum ordo ita exigebat. Impeditur etiam, vt conce-
 dunt ipsimet aduersarij, maximè ignis actiuitas à frigiditate mediæ
 regionis, & estò maior sit ignis actiuitas, & in maiori quantitate cō-
 tinua tamen materiæ subministratio frigus adducens resistit semper
 ignis actiuitati, quæ causa cum alijs causis impredientibus vnita ha-
 bent ipsum ignem impedire; neq; vrget instantia de sole, qui vtpo-
 tē causa æquiuoca caloris perfectior est igne, & absq; minori obsta-
 culo diffundit calorem, licet etiam multum attemperitur, & remitta-
 tur ab eisdem causis, qui vigoratur per reflexionem radiorum factā
 in terra, vel alio corpore, hinc enim videmus, quod idem radius
 transiens per aerem non tantæ actiuitatis est, quantæ si in alio re-
 flectat, nam si Speculo Vstorio, vel lente vitrea exponatur manus,
 ita vt tangatur à puncto reflexionis, sustinere non poteris calorem,
 & res

& res per ipsam ignem concipiunt. Quod si velis sequi sententiam asserentium calorem produci a Sole mediante lumine, & non immediate, cum lumen careat contrario poterit ad quamcunq; distantiam calor diffundi, & non minorari. Ad aliud de Cometis dicimus non produci, nec causari calorem a Cometa ipso, sed à calidis Cælorum influentijs, quia tempore Cometarum dominantur præcipuè planetæ, & sidera calida, vel causatur calor ab exhalationibus calidis sursum ascendentibus. Cur autem si Cæli essent ignei omnia comburerent, quia si sunt densa corpora planetarum, consequenter sunt magis actiua, vel cū ipsi influant mediante lumine non patiuntur à contrario, adiuuante etiam maxima ipsorum quantitate.

Dices raritas non potest stare cum igne, ergo responsio est falsa, prob. antec. quia raritas habetur per introductionem corpusculorum, sed in igne nequeunt huiusmodi corpuscula reperiri, quia quæcumq; ista sint, aut aqua, aut terra absorbentur ab illo, quod si dicas non absorberi, quia rarus, iam committitur circulus, nam ideò non absorbet, quia rarus, & ideò rarus, quia habet, & non absorbet illa corpuscula, ergo vel dicendum rarefactionem non fieri per introductionem corpusculorum, vel ignem esse densum.

Respondetur argumentum hoc probare etiā contra ipsum Ariagam, & alios, qui adhuc admittunt in cælis raritatem, in quibus non dantur corpuscula cum non possim imaginari, quænam sint ista corpuscula admixta cum cælis, & intra corpora cælestia, quæ adueniant, & recedant ab ipsis, vel continuo maneant inclusi. Urget pariter idem argumentum in igne nostro, qui etiam rarus est, imò iste secundum omnes corpuscula includit de quibus, quomodò durent cum igne currit eadem difficultas.

Supposita igitur opinione de rarefactione per introductionem corpusculorum, necessario dicendum omnia elementa in continua esse coniunctione ad inuicem, sic aqua intra aerem, aer intra terram &c. ità similiter dicendum intra ignem corpuscula quoq; & aerea, & aquea, & terrea esse commixta, ad hoc ut commixta per mutuam ad inuicem actionem, & vires ipsorum retundantur, & ut natura in cōtinua maneat circulatione, sic enim in polaribus regionibus magna ignis quantitas conuertitur in aerem actione aeris, & contra vèro in meridie, & sicut intra terram manet aqua, & non nisi post multum temporis conuertitur in terrā, ità licet intra ignis
poros

poros dentur huiusmodi corpuscula, non ita de facili consumentur, & quidem multas exhalationes omni humido destitutas, probabilissimum est, cum illæ siccae, & tenuissimæ, ac calidæ sint, sursum intra ignem (elementum sibi simile) ascendere, & concentrari, quas etiam intra cælos vi siderum ascendere, & rarefacere non repugnat, à quibus discontinuabuntur cæli partes, præcipuè cū sint fluidæ, absque eo quod corrumpantur, vt dixi de via lactea &c. vide ibi in alijs opinionibus de rarefactione facillè ista saluantur, cum non militent istæ difficultates.

Cur ignis
elemētaris
non vide-
antur.

Probant secundo, quia sine necessitate ponitur, cum omnia Soli, Stellis, aut igni nostro vsuali adscribi possint. Sed ex nostris rationibus infrà apparebit necessitas admittendi ipsum elementū ignis, cuius multi effectus à nulla alia causa possunt prouenire. Secundo probant, quia iste ignis deberet videri a nobis, nec distantia officeret, cum plures Stellæ firmamenti, aliq; Planetæ à nobis distantiores videantur. Item exigua lucerna noctis tempore, etiam à longè videtur; neq; dici potest ob raritatem non videri, quia cum ponatur siccus, debet esse potius densus, cum proprium siccū sit esse densum. Verum an ignis elementaris videatur, res est nimis dubia apud Doctores, plures namq; grauissimi Doctores asserunt, colorem illum cæruleum, quem videmus in aere esse colorem ignis, cum enim materia sit rarissima circumdata corpore humido, & raro, quod est aer, producit colorem cæruleum, quem colorem videmus etiam nos in flamma aquæ vitis, & aquæ fortis, & etiam in lucerna, color .n. flammæ magis lichino approximatae cæruleus est; hic autem cæruleus color an verè sit, & an verè causetur ab igne, an verò ex profunditate ipsius aeris oriatur, non disputo, & cum communiori respondeo, ignem illum non lucere, primò ob nimiam raritatem, quia vt aliquid luceat necesse est, vt sit corpus terminatum, & spissum, & propter raritatem notauit S. Thomas prima parte, quæst. 66. articulo 4. neq; lucere empyreum; secundo quia dato, quod cum illa raritate stet exigua lux, ista tamen ob densitatem mediæ regionis aeris, & quia à maiori Solis lumine de die, nocte autem à lumine Stellarum, & Lunæ, & à vaporibus, & exhalationibus ascendentibus exigua illa ignis lux obtunditur, sicuti ob magnam lacen Solis de die reliqua minus luminosa non videntur. Tertio non videtur ignis, quia cum sit elementum nimium habens de puritate, parum, aut ni-

Nil habet colorati, quia color est combinatio quatuor primarum qualitatum, & propterea visu non percipi, cuius obiectum est color illuminatus, ex quo patet disparitas de igne nostro usuali, qui cum secum habeat ad mixtum humorem, & reliquas qualitates, sitque in materia densa, non habet causas illas, quae ipsius visionem impendant, qui etiam quanto magis à dicto humore depuratur, tanto minus à visu percipitur, ut experimur in flamma candelae, quae quanto magis sursum auolat, & depuratur ab illo humore difficilius visionem terminat, ita quod flammæ acumen à nobis nunquam videatur. Denique falsum est proprium sicci esse, ut sit densum, verum enim est de sicco frigido, quia proprium frigoris est condensare, non autem de sicco calido, cum ratione caloris rarefiat, & siccum quantum est de se habeat pulverizari, hoc est dissipari, ut patet de lignis siccis, & pulvere humore carentibus. Dices ignis quamvis siccus est, tamen in summo calidus, sed proprium caloris est congregare homogenea, ergo cum omnes partes caloris sint homogeneae, per calorem debent esse unitae, & congregatae, ergo non raræ, sed densæ, quia unio partium est causa densitatis &c.

Respondetur, dum dicitur calorem congregare homogenea, ly homogenea debere intelligi de partibus aptis ad unionem, quae sunt mixta ex sicco, & humido, cum siccum se solo pulverizetur, & humidum fluat, ac ut melius dicam, extenditur propriè ista caloris congregatio circa mixta habentia illam proportionem humidi cum sicco, circa autem solum siccum, paucam aliquam causare potest partium unionem, aut nullam, & Aristoteles in illa definitione considerabat illas in ordine ad mixta.

Probant alij, illi deberet assignari suum alimentum, ex cuius defectu deficit ignis noster, ut quilibet experitur in lucerna, flammam deficere deficiente oleo, ignis autem sub Lunæ concauo caret pabulo, quia hoc non potest esse aer circumfusus ibi, nam tandem in se totum aerem conuerteret. Neque dicas nostrum ignem indigere pabulo, quia habet contraria, quibus cum ille careat alimento non indiget. Siquidem ignis noster quantumvis praeservetur à contrariis in fornace, pabulo tamen deficiente ipse deficit; praeterea si ignis esset intransmutabilis, esset contra doctrinam Aristotelis afferentis elementa omnia esse transmutabilia, quia si aer humiditate sua herbas, plumas, algam, aliaque huiusmodi ob siccitatem ipsorum tran-

mutare nequit, multò minus poterit transmutare ignem, tam siccū.

Cur nō indigeat alimēto ignis elemētaris.

Respondetur contrarietatem multum sanè conferre ad hoc, ut ignis noster nequeat sine pabulo conseruari, nec ità benè recludi potest ignis, quin à contrario patiat, ut notarunt Conimbricenses, cæterum præcipua causa est illa, quam adducit Aristoteles libro de Iuuentute, & Senectute, quia scilicet ignis non manet extra suam sphaeram, nisi in continua aggeneratione, ac veluti fluuius, qui tandem deficit, si prioribus aquis aliæ aquæ partes non succedant, cuius ratio est, quia cum ignis ex natura sua habeat tendere sursum, & semel excitatus, idem nec concludi, nec retineri potest, hinc si illum in his inferioribus retinere velimus, necesse est, ut ei cōtinuò præstemus alimentum, ut per continuam aggenerationem, licet non idem numero, saltem idem specie maneat; hoc autem nō habet ignis elementaris, cum ibi non violenter, sed tamquam in propria sede retineatur, non aliter quidem, ac si ducem quemdam extrā propriam Patriam retinere velimus, necesse est ut illi præstemus occasiones bellicas, à quibus detineatur, dum autem in sua propria Patria est, ibiq; non violenter, sed spontè maneat, huiusmodi pabulis non indiget. Cur autem flamma candelæ, licet intrā vas benè claudatur, ut nec sursum euolare, nec foras exire queat, adhuc tamen extinguitur, licet habeat alimentum, dicimus ignem illum idèò deficere, & suffocari, quia in materia illa multi sunt frigidi vapores, qui agentes in partes subtiliores, & puriores ignis corrumpunt illas, quod si istas haberent, & sursum possent auolare non extingueretur, cum autem huiusmodi vaporibus, & excrementis careat ignis elementaris, non habet, à quo in sua sphaera reclusus superetur, & suffocetur.

Exsiccata in aeris humiditate fluunt.

An autem ignis sit transmutabilis in aliud, & quomodo, dicitur infrà, & respondebitur affirmatiuè; siccitas enim ignis non videtur cur ab aeris, aliorumq; humiditate nequeat superari, aridissima enim quædam adeò exsiccata, ut non amplius possit ignis agere in illa, aeri exposita in humidum abeunt, & fluunt.

Hinc tam mineralia, quam media mineralia, animalia, & vegetabilia igne calcinata, ac totaliter combusta humido aere dissoluuntur; & quidem cum humiditas aeris sit in summo, & siccitas ignis infrà summum non videtur, cur ab ipsa non superetur, cum contrarium à maiori contrario superetur.

Plures etiam alias impugnationes adducit Tassonius in suo libro

Italicè

Italicè impresso. Primò, quia aer quo altior, cum magis ad ignem accedat, eo calidior deberet sentiri, cum tamen contrarium experiamur. Secundò, quia frustratorius esset calor Solis, si admitteremus calorem ignis. Tertiò, quia iste ignis cum sit in sua sphaera, quiesceret, quod est contra naturam ignis, cum quotidiana experientia de continuo motu ignis nostri hunc naturalem motum ignis ostendunt.

His rationibus respondetur, ad primam, verum dicere, dummodò non fiat accessus ad mediam aeris regionem, in qua frigus per accedens reperitur, in suprema autem regione vera est propositio, ibi enim adeò calidus est aer, ut respirationi sit ineptus, hinc Sacerdotes illi, qui ad sacrificandum supra Olympum (cuius cacumen infra supremam aeris regionem erat locatum) spongis aqua madefactis cor humectabant, & per hunc magnum calorem, multa ibi ignita fiunt metheora, ut Cometæ, & alia similia, & à multis locus aeris igni proximior locus ignis appellatur.

Ignis ibi ad
mouetur,
& ad quid
seruiat ca-
lor ignis.

Ad secundum dicimus calorem Solis posito igne, non esse superfluum, quia calor ignis ob multa assignata impedimenta tenuissimus redditur, propterea opus habet Solari colore, qui lumine contrario carente transmissus non debilitatur tantum, quantum calor ignis. Calorem autem istum, qui sentitur, nescio unde moueatur Tassonius, ad dicendum esse tantum calorem Solis, & non ignis elementaris, quod si calor iste ignis non sentitur nocte, dum non est Sol, non est mirum, quia tunc impeditur à vaporibus sursum ascendentibus, à siderum tunc influentium (ob Solis recessum) humiditate, & frigiditate. Ad tertium, falsum est de natura ignis esse ut moueatur, mouetur enim dum non est in sua sphaera, vel dum alium in materia disposita producit, hinc igni vsuali extra sphaeram locato, non mirum si motus contingat, cæterum sicuti ipse aer non extra, sed intra suam sphaeram locatus, adhuc mouetur circulariter, ita & ignem moueri non repugnabit &c.

Probant etiam, quia si daretur elementum ignis sub Luna, exhalationes, & Cometæ non possent supra Lunam eleuari; ut volunt Astronomi, & propter hoc præcipue nos diximus coelos esse fluuidos, si quidem exhalationes illæ transeuntes per ignem consumerentur ab illo, nec sursum possent ulterius progredi. Deindè solus calor corporum coelestium sufficeret pro cometis, alijsq; igneis accendis, cum videamus ipsum etiam in Speculis Vstorijs comburere, &

accendere. Argumentum hoc eandem vim facit contra aduersarios, qui admittentes in loco, vbi nos ponimus ignem, calorem, & siccitatem magnam, eadem impedimenta causeret.

Dato igne
elementari
adhuc pos-
sunt come-
tae super
lunam ascen-
dere.

Respondetur ergo, Cometas bene posse per elementum ignis transire, & supra Lunam eleuari, quia cum velocissimo motu iursum à vi siderum trahantur, & à sua propria leuitate, & transeant per medium rarissimum, & parum actiuum non impediuntur, sicuti fulgur factum ex puluere tormentario ob suam velocitatem pertransibit per maximum spatium terrae, estò ilud spatium sit plenum flammis stuppae, aut aquae vitis. Ad aliud dicimus solum calorem Solis praeciso igne non sufficere pro omnibus effectibus, & in omni casu, in quo producit substantia, sed requiritur necessario forma substantialis ipsius ignis, vt substantiam producat.

Auctorita-
tes Aristote-
lis, &
aliorum con-
tra ignem
adductae
probant po-
tius ignis
existentiam.

Conatur insuper aduersarij ipsiusmet Aristotelis auctoritate ignem reijcere, primo quia Aristoteles 1. meteororum, cap. 4. ait. Superiores quidem distantiae plenae sunt corpore aliquo, & igne quidem impossibile, quia exsiccarentur utiq; alia omnia. Item subdit ibidem statuens ordinem elementorum in medio esse terram, supra aquam, deinde aerem, & id, quod quamuis ignem nominemus, ignis tamen non est, in qua auctoritate multum nititur, multumq; sibi automat Tassonius. Deinde Hippocrates libro de flatibus ait, spatium à terra ad caelum esse aere plenum, quod etiam docuerunt Seneca, & Plinius. Deinde de igne nulla fit apud Scripturam mentio, vt videre est in libris Genesis, cum tamen ibi caetera opera Dei sint nominata; praeterea Hieronymus epistola ad Fabiolam, Augustinus super Genesim ad litteram asserunt, aerem à terra vsq; ad caelum diffundi, & Rabanus, & Strabus asserunt Paradisum Terrestrum fuisse vsq; ad caelum eleuatum, quod verificari non posset si sub luna daretur ignis elementaris collocatus.

Respondetur locum Aristotelis ab aduersarijs adductum non parum illis obesse, cum propter hoc ostendatur aduersarios textum Aristotelis, & praecipue caput quartum libri primi meteororum non legisse, cum ibi Aristotelis verba ab aduersarijs adducta ponantur ab Aristotele pro dubitatione, quae posset fieri in contrarium, non autem pro sua sententia, vt colligitur ex vltimis verbis ipsius, dum dicit, *de his quidem igitur sit hoc modo*; & dubitationem soluens, paulo infra sic dicit, *quod autem supero in loco consistit, & ad lunae globum,*

bum, usq; porrigitur corpus esse diuersum ab igne, & aere dicimus. Vndè colligo verè Aristotelem assignare aliud corpus supra aerem, hoc autem non appellat ignem, licet re vera sit ignis, quia hoc nomen ignis (quod vocabulum barbarum est) significat ignem nostrū vsualem, & illum, qui est valdè densus, & vrens, cuiusmodi non est ignis sub luna, quod totum explicauit idemmet Aristoteles eodem capite dicens. *Circà quæ illa quoq; sunt, quæ hisce hærent, aer scilicet, atq; id, quod quamuis ignem assueuimus appellare, ignis tamen, aut quaquam est; si quidem ignis caloris exuperantia, ac veluti feruor existit.* Et clarius in alia versione sic dicitur. *Excessus enim calidi, & veluti feruor est quod est ignis.* Ac proindè per illa verba non videtur Aristoteles elementarem ignem negare sub luna constitutum, sed dicit tantum ibi non esse in tanta densitate, caliditate, & feruore, & propterea non dici ignem. Et quidem legenti caput illud, adèò clarè loquitur Aristoteles, vt absurdum sit de ipsius mente dubitare.

Ad auctoritatem Hippocratis, quod etiam videtur annuere Aristoteles eodem capite.

Respondetur ex D. Thoma, lectione 4. in dictum caput quartum metheororum, nomine aeris non solum intelligi aerem, sed etiam ignem elementarem sic dicens, *sed illa pars corporis, quod communiter vocatur aer, quæ est superior, est calida, & sicca, & hanc partem vocamus elementum ignis, & sic aer nomen commune est duobus elementis.* Quapropter non mirum, si ità quoq; ignem Hippocrates nominauerit, præterea Hippocrates non dixit totum spatium esse aere plenum, sed spiritu, & substantia tenui, sub quibus nominibus, nedum aer, verumetiam ignis comprehenditur, vt notant Conimbrienses, quomodo etià intelligendi sunt Hieronymus, Augustinus, & alij. Ad illud Genesis dicimus primo Moſen voluisse tantum nominare illa duo elementa, vtpotè magis nota, & communi captui accommodata, deindè dici potest nomine spiritus Dei, qui dicebatur ferri super aquas, intelligi substantiam omnem tenuem, cuiusmodi est aer, & ignis, qui super aquas sunt, & sic sub vno vocabulo, vtrumq; elementum comprehendisse. Deindè vt dicit D. Basilius, & Beda nomine terræ significata fuisse omnia quatuor elementa, & nomine Cœli omnes Orbes mobiles, & immobiles. Ad auctoritatē Rabbani, & Strabi de Paradiso Terrestri, quod ad orbem lunæ perfingeret. Respondet Scotus, hoc vel falsum esse, vel hyperbolicè dictum,

dictum, ad significandum, scilicet ipsius altitudinem. Vel dicerem nomine Cœli intelligi tantum infimam regionem aeris, vt communiter dici solet in Scriptura Volucres cœli, & pisces maris, sicq; dici posset ipsius altitudinem, vsq; ad mediam aeris regionem pertingere, non enim transire poterat naturaliter loquendo mediam regionem ob maximum frigus, neq; supremam ob nimium calorem, neq; locum illum, in quo dicimus esse ignem elementarem, cum per aduersarios ponatur calidus, & siccus, Paradisi amœnitatibus nimis obnoxius. Alias adducere solent impugnationes, quas vtpotè cum his coincidentes omitimus.

Auctores
defendentes
ignis exi-
stentiam.

Inuicti autem elementaris ignis defensores videntur esse Aristoteles 1. 2. 3. & 4. Cœli, 1. meteororum, 4. physicorum, 3. de generatione animalium, alijsq; in locis, ex quibus clarè constat affirmatiua mens Aristotelis. D. Thomas 1. meteororum, & de elementis, cum alijs Thomistis, Scotus in 2. & 4. cum suis, Basilius, Boetius, Clemens Alexandrinus, Origenes, Hieronymus, & ferè veteres omnes Doctores. Hoc idem Ptolomæus dum dixit sidera habere naturam quatuor elementorum, Solem, & Martem naturam ignis, Saturnum terræ, Iouem aeris, Mercurium aquæ, & ex signis Zodiaci, quædam posuit ignea, quædam aquea, quædam aerea, & quædam terrea; & quatuor etiam constituit Trigonos aereû, aqueû, igneum, & terreum; de quo apud Astrologos videte fusius.

Ratio Ari-
stotelis pro
bans igne
elementa
rè, & alia.

Probat 1. nostra conclusio ratione, quia vt habetur ex doctrina Aristotelis, & Platonis ob motum circularem Cœli, opus illi est centro aliquo immobili, circa quod rotentur, quod centrum cõmuniter à Philosophis assignatur terra, vt cõmuniter docent Astronomi sanæ mentis, qua admissa probant sic Plato, & Aristoteles debere dari reliqua elementa, quia dato vno contrario, ne hoc tantum in suis viribus impingetur, natura illi prouidit de alio contrario, vt inductione patet in omnibus, à quo ipsum in suis viribus retundatur, & debilitetur, ergo si existit terra, quæ est corpus grauissimum, & infimum, siccum, & frigidum, admittendus est ignis, qui sit siccus, & calidus levis, & in summo collocatus. Secundo, quia plures experientias, quas nos videmus optimè saluamus dicendo causari à particulis ignis decidentis, sic particulas istas per aerem dispersas, inuenta materia optimè per calorem ad ignem disposita, ibi se introducere docuimus, tamquam in naturale subiectum, & igniri res, cum calor

lor utpotè accidens sub. tantia ignis producere nō posset, quo etiam modo dicimus accendi Cometas in suprema regione. Tertio, quia impedimenta illa, quæ causaret ignis existentia sub luna, eadem causarentur, si ponatur ibi aerem esse summè calidum, & siccum, cum ignis ratione istarum qualitatum, tantum habeat impedire effectus, quos dicunt aduerfarij ab igne produci, & per istas qualitates tantum cum alijs habeat contrariari. Quarto, quia in sacra Scriptura pluribus in locis dicitur, descendat ignis de Cœlo, & deuoret terram, & hoc pluries repetitur, ut dicitur in destructione Sodomæ, & cum à Samaritanis fuisset contemptus, rogabant Ioannes, & Iacobus D. Lucæ 9. sic. Vis dicimus, ignis de Cœlo descendat, & consumet illos. Item Iob 1. narratur eius filios, & oues cœlesti igne fuisse deuoratos. Quod etiam de Ælia patet, dum supra duos Principes Ocoziæ, qui ad eum capiendum venerant, ignem iſecit de cœlo descendere. Quod etiam de multis alijs narratur &c. Ergo verè demonstratur ignem in summo, & propè cœlos esse locatum.

Probant quinto, alij ex quatuor humoribus, pro quibus assignari debent quatuor corpora elementaria, item sexto datur leuitas summa, & leuitas ex parte, grauitas summa, & grauitas ex parte, & quatuor combinationes quatuor primarum qualitatum, scilicet frigidum humidum, frigidum & siccum, calidum & humidum, calidum & siccum, ergo debent dari quatuor corpora exigentia diuersas istas qualitates. Nec quidem frustra elementum hoc productum existimetur, inseruit enim, ut dixi, ad temperandos humidos, ac frigidos cœlorum, aliorumque elementorum influxus, ac debitum, & proportionatum generat in inferioribus temperamentum, pro generatione rerū prærequisitum, nec assignari potest cur plures effectus in his inferioribus apparentes non sint ab ipso igne elementari causati, quorum nos causas assignare nescimus. Ac demum benigne lector, si te rationes istæ non captiuant, cum nec etiam rationes efficaces pro opposita parte reperias, acquiescas auctoritatibus, & sensui communi tanti Principis Aristotelis, D. Thomæ, Scoti, aliorumque SS. Patrum, & Doctorum, cum in quæstionibus de facto, ubi nulla pro vtraq; parte conuincens habetur ratio, sufficientissima ratio sit auctoritas saniorum Philosophorum, & melius cū his multis errare reputes, quam cum paucis istis sophisticis recentioribus benè dicere.

De elementorū autem loco ex dictis facile constat ignem esse in
 supe-

Ignis pro-
pè lunam
ponitur.

Intenditur
Solis calor
in puncto
reflexionis
in terra, si-
cuti in len-
tè, & specu-
lo vltorio
in puncto
fit actio cō-
bustiva.

Non sequi-
tur ibi ob
motum ca-
lorum de-
bere frige-
scere calida
non semper
motu cale-
scunt, nec
fluida sem-
per motu
frigescent.

superiori loco repositum, tum propter auctoritates modo assignatas, tum quia cum sit naturæ leuissimæ, & proprium leuis, vt experientia constat, sit ascendere sursum, superior illi competit locus, est igitur ibi tamquam in sede principali, licet etiam ob vniuersi vtilitates, & infra aerem, & terram sit dispersus, quemadmodum aquæ elementum principalius in mari dicitur consistere, licet postea in varias terræ partes fuerit dispersa. Quod idem patet de aere. Deindè hoc ignis elementum erat præcipuè ibi locandum ad temperandos frigidos, ac humidos cœlestium influxus, cum non æquè benè à solis calore possent superari, præcipuè quia probabile, vt dixi, reputât multi, sentiri calorem solis, & intendi ratione reflexionis factæ in terra tamquam in puncto reflexionis, cum per aerem aliaque elementa radij dissipentur, & in terra tamquam in puncto vniantur, vt à simili apparet de radijs per lentem aut speculum vltorium reflexis, qui non nisi in puncto reflexionis causant effectus, & sic calor solis inferuiet potius pro infima regione, calor autem ignis pro suprema, & pro cælis &c. deindè maxima violentia, qua vnusquisq; ignis sursum tamquam ad proprium cœtrum tendit, propter quod montes erumpunt, vt patefactum est in Vesouio, & Æthna, & alibi, clarè demonstrat ibi proprium esse locum ignis, ad quem, tamquam ad sphæram suam, reliqui tendant ignes, per quam etiam rationem fumus, exhalationes, aliaq; leuia, quæ naturam ignis participant, omnia sursum ascendere videntur &c.

Neq; si ignem sub luna collocamus sequitur ad motum cœlorum frigescere, eo quia fluida motu frigescant, & calida incalescant, propter quod dicunt spirantes ventos, ac fluuios licet calidiori e loco veniant motu tamen frigefactos refrigerare. Nam ex approximatione præcisè cū illo corpore cœlesti, & ex motu non sequitur incalescere, aut frigescere, quia calor causatur ex attritu corporum solidorum, cuiusmodi non sunt ista corpora, nec frigescere, quia quod fluida aliquando motu frigescant per accidens est, nimirum, vel quia per motum partes calidiores agitatae exhalant remanentibus minus calidis, vt accidit in aqua calida, quæ agitata frigescit, vel per expulsionem calidarum, & introductionem minus calidarum, vt patet in flabello refrigerationē in vultu inducente, accidit etiam aliquando fluida per motū incalescere, nam aliquando aqua stans frigidior est aqua fluenti, & tempore æstiuo cum spirat aufter, magis incalescit aer spirans,

rans, quam si non spiraret, ac propterea concludendum motum per accidens se habere in ordine ad calorem, vel frigus.

Post ignem venit aer, deinde aqua, ultimo terra, licet ut dixi, omnia ista inter se pro vniuersi conseruatione commixta sint, & dispersa, terra cum aqua vnum conficiunt globum, ut optimè ab alijs probatum relinquo.

De motu elementorum terra tamquam centrum immobile ponitur, contra id quod ecclesia damnante dixit Copernicus. Tum quia non equaliter distantes deberent apparere polares stellæ, quomodo apparent semper cum æquali poli distantia. Aqua suum habet motum per fluxum, & refluxum à sole, luna, alijsque stellis, nec non ab Angelis aquarum motoribus causatum, alibi tardius alibi velocius, ut patebit infra cum de maris fluxu. Aer mouetur etiam, tum quia hoc experientia suadet, tum quia proprium fluidi est dilabi, & moueri, cum proprio difficilè claudatur termino &c. De ignis motu patet etiam, nam cum ipse sit sub luna collocatus, ad lunæ motum moueri debet, sicuti aer intra vas, vel sub vase contentus mouetur ad motum vasis &c.

Reliqua elementa præter terram mouentur, & cur hæc non moueantur.

De elementorum profunditate. In primis aquæ profunditas percipi hucuique non potest, alibi enim magis alibi minus profunda, nec certa habita est profunditas, narratur .n. nec integras nauium funes deorsum cum pondere immissas potuisse fundum penetrare. Tota integra aeris profunditas ponitur communiter milliariorum 52. infima aeris regio, & quæ apud nos est iuxta veriorē sententiam ponitur trium milliariorum cum dimidio ad summum, quia tantum ad summum posset se extendere reflexio solaris, reliquum spatium pertinet ad secundam, & tertiam, verum in hoc, sicut & in reliquorum elementorum superiorum altitudine determinanda diuinare est potius iudicio, quam aliquid certi dicere, cum enim nos desumamus aeris altitudinem ex maiori exhalationum ascensione, & istæ modò altius, modo minus altè ascendant, idcirco certam regulam non habemus. De profunditate terræ semidiameter ipsius ponitur (contingens aquam) & terram globum milliariorum 3035. Ignis autem profunditas dicitur esse milliariorum 120578. ita tamen ut spatium hoc incipiatur à summa altitudine exhalationum, & terminetur vsq; ad concuum lunæ &c. Circa figuram elementorum, ponuntur esse sphærica, quia tantum secundum hanc figuram omnia æqualiter di-

Profunditas elementorum determinatur, quot millia quolibet continet.

stant à centro, vel accedunt ad ipsum. Ignis secundum superficiem conuexam ponitur perfecte sphæricus, quia ibi cum cælo perfecte sphærico coniungitur, at secundum concauam non ponitur perfecte sphæricus, sicut nec alia elementa, quia in partibus soli propinquioribus v. g. in æquinoctiali plus aeris in ignem conuertitur propter maximum solis calorem, in remotioribus verò è contra plus ignis in aerem conuertitur, & quamuis dicant in his generationibus vndiq; partes ad polos accurrere, tamen in hoc partium affluxu, & accursu nequit figura perfecte sphærica seruari, sed semper quoad superficiem concauam ignis, & conuexam aeris erit inæqualitas partium, de aqua, & terra; ob inæqualitatem tot montium, & vallium patet sphæricas non esse.

Post hæc de elementorum qualitatibus determinaturi, inquirendum est, an qualitates, istæ à substantijs qualificatis distinguantur, & quid illæ sint, vt inde cuilibet elemento sua qualitas assignetur.

Numerat autem Aristoteles lib. 4. Meteororum quatuor qualitates, quas ipse primas vocat, ex quibus cætera originantur, definiuntur autem primæ qualitates illæ quæ neq; ex alijs, neq; ex se, sed ex ipsis fiunt cæteræ, quæ definitio conuenit illis, secundum quod primæ (vt à simili diximus de principijs,) & secundum quod causæ sunt aliarum. Hunc autem numerum quaternarium ponit in his scilicet humiditas, frigus, siccitas, & calor de quibus dubitatur an sint accidentia physica realiter distincta ab ipsis substantijs qualibus. Prima dubitatio mouetur de calore quid sit, opinati enim sunt aliqui, calorem non esse distinctam qualitatem, sed calefacere esse tantummodò attenuato humido, quod est vinculum vniens partes subtiles cum crassis, separare ipsius partes subtiles, quæ auolantes ad vicina corpora directe in illa se inserunt, & insertæ humiditatem alterius corporis attenuant, & illo copioso appulsu substantiam peruadentes diluunt humiditatem illam, & quasi instant, & vincula, seu humiditatē retinentem partes subtiles alterius corporis laxant, & indè inclusi spiritus alterius corporis auolant, ac propterea corpus emittens huiusmodi spiritus volantes, dicitur calefacere, corpus verò illos recipiens dicitur calefieri, ac quia sollicitati spiritus latitantes corporis calefacti per spiritus receptos auolant, & in alia corpora se insinuant, indè est, quod corpus calefactum aliud calefacit, & per hanc spirituum egressionem oritur corpora calefacta attenuari, &

consumi vt plurimum, quod si spiritus isti copiosè, & violenter exeant, dicitur tunc res comburi, magnus autem, vel parvus calor tunc dicitur esse, quando plures, aut pauciores spiritus exeuntes intrant corpus; in hoc sensu dicitur calor remitti, & intendi non quod rigorosa intensio, & remissio illis conueniat, cū hæc sit propria accidentium &c. Nec aliter dicitur sentiri calor, nisi quia sentitur illa spirituum penetratio, quæ si moderata sit, iuuat, & delectat, si immoderata, molestat, vrit, & dissoluit.

Hæc sanè est noua circa calorem opinio. Multis rationibus à pluribus recentioribus pluries oppugnata, sed non expugnata sufficenter multis visa est.

Inefficaces
impugnatio
nes probā
tes calorē
esse quali
tatē distin
ctam.

Impugnant primo aliqui, quia multa corpora dura calefiunt, & tamen ob suam duritiem non est probabile penetrari ab huiusmodi spiritibus, sic enim calefiunt metalla, & adamas, quæ sunt corpora durissima, ergo &c.

Rationem istam insufficientem reputo, namq; ipsomet sensu constat huiusmodi spirituum penetratio, siquidem semper videmus calefacti corporis poros aperiri, & vnionem, hoc est humidum dissolui, vt locus detur ingressui spirituum, imò ex dissolutione humoris connectentis partes subtiles cum crassis, oritur (vt experientia videmus) corpus calefactum sæpius sudorem foras emittere, & ratione spirituum salinitalium, aut aluminosorum (qui frigidi sunt) intrantium intra vinum per poros vitri, vinum ipsum æstate adhuc congelari, & frigefieri, & licet corpora dura sint, hinc tamen non sequitur à spiritibus istis subtilissimis non penetrari, namq; esto metalla, & lapides duri sint, adhuc tamen à spiritibus aquæ fortis corroduntur, & funduntur; durities faciet quidem, vt non tam faciliè penetretur corpus, & calefiat, non autem totaliter penetrationem impediet.

Impugnant secūdo alij, quia motus est causa caloris, sed per motū non emittuntur spiritus in corpus motū, ergo non habetur calor per talem spirituum immisionem, minor probatur, quia hinc sequeretur magis debere incalescere corpus molle, quam durum, quia facilius spiritus penetrant corpora mollia, quam dura, cum tamen experientia suadeat, vtramq; partem esse falsam, res enim limata minus dura est, quam ipsa lima, & tamen minus incalescit lima, quam res limata; & è contra ferra durior est ligno, cum tamē magis incalescat ferra, quam lignum, ergò falsò dicunt recurri ad hanc spirituum immisionem.

Sed neq; hæc ratio convincet aduerarios, nam in his casibus responderent, ideo aliquando magis durum, aliquando mollius magis incallescere, quia spiritus huius magis subtiles sunt, & minus uniti, & sollicitati facilius exeunt, ideoq; magis calida sentiri, sic enim ferrum, v. g. vtpotè multum sulphureū, plures habet penetrantes spiritus, vel aliquando, quod facilius exeant huiusmodi spiritus, potest contingere ex dispositione materiæ in qua sunt, sic ferra, quia subtilior ligno, habet vt facilius per actionē paretur egressus spiritibus ipsius ferræ, quam ligni, verum quia intra sectum lignum comprimitur, spiritus exeuntes ratione compressionis iterum se insinuant in idem corpus vnde exierunt, hinc est quod per eosdem spiritus, iterum calefit magis ferra. De lima autem falsum est ipsam nō multum etiam incallescere, at si non tantum quantum res limatæ, prouenit quia ratione riuiulorum ipsius limæ, spiritus faciliè exeunt è lima, & se insinuant in limatum, limati verò spiritus per limam comprimuntur, nec ratione illius compressionis, quam non habet spiritus, iterum redeunt vnde exierunt, sed liberè fluunt, quod si tamen ita lima operetur, vt strictè, & clausa intra limatum laboret, quia tunc spiritus per compressionem redeunt ad limam, semper erit calidior lima, quam limatum &c.

Probant alij, quia aliquando res intrà vitrum contentæ calefaciunt, & frigefaciunt externum subiectum approximatum, & tamen à vitro non expirant spiritus, nam vitro Hermeticè clauso omnes spiritus quantumuis tenuissimi conseruantur.

Hæc ratio neq; sufficienter impugnatur, quia ex vitro vtpotè nimis poroso facilius possunt euaporare spiritus, imò ex talibus spiritibus exeuntibus impedimentum vitri reperientibus, sæpè frangitur ipsum vas, sic enim accidit, quod cum in vitro optimè clauso reposuerim oleum extractum ex sulphure, calce viua, & sale armoniaco, quod rubicundissimum erat, talis fuit violentiæ, vt vitrum ipsum frangeret, simile experimentum apparet in ipso argento viuo, quod si in vase stanneo, aut plumbeo reponatur, illud penetrat, & fugit. Ex tali autem spirituū effusione oriri dicunt opinantes isti, quod tales venti calidissimi sentiantur, aeremq; calefaciant, alij verò refrigerant.

Probant alij, quia aliqua sunt, quæ calefaciunt, & tamen non emittunt spiritus, sic se habet lumen; luminosum enim calefacit, & spiritus non emittit, non enim Sol dum illuminat, vsque ad terram, aliaq;

aliaq; astra, & lumen, tam citò transmittit, possibile est imitti huiusmodi spiritus, qui Cœles, cristallum, aliaq; penetrent.

Huic etiam respondent; luminosum semper per radios transmittere spiritus, qui per radios luminosos deferuntur ad corpora, siue illi spiritus emanent à corpore luminoso, siue sint illi, qui sparsi per medium illuminatum deferantur, ad corpora tacta per radios directos, quos dicent aliquandò etiam nos experiri in radijs, in quibus apparent huiusmodi spiritus in formam athomorum, & per hoc saluari dicunt, quomodo concipiatur illud lumen in lapide Bononiensi, ut luceat in obscuro, quia .i. per lumen in ipsum lapidem calcinatum introducuntur spiritus illi, qui per lumen delati in se illuminati sunt, & uniti cum illo lapide lumen in ipso faciunt apparere, quod etiam colligitur, quia in tantum lumen concipit, in quantum Solis lumini exponitur (verum circa illuminationem huius lapidis, alia procedendum est via, aliaq; inuenienda est ratio). Nec dubitauerunt aliqui dicere ex ipsomet etiam Solari corpore emitti spiritus illuminantes, sicuti etiam Cometas dixerunt produci in superlunaribus ex sudore à corporibus cœlestibus emissio, non aliter, ac fatigatus homo sudare videtur, & ex ipso lambentem, ac fatuū ignem generari in infima regione.

Impugnant alij, quia dū dicitur spiritus istos emitti à corpore, & intrare in aliū, quod calefaciunt, quæritur an ista emissio spirituum causetur immediatè à sua substantia, & hoc non, quia isti nunc procedunt, nunc non procedunt, ergò dum procedunt cum causa produciens non sit libera, quia poterant tunc non procedere, per aliquod accidens distinctum de nouo positum debent causari, quod nos appellamus calorem.

Rationem hanc neq; aduersarios quietasse putāt, quia isti responderent hanc spirituum imissionem procedere à substantia talium rerum calefacientium, quod autem non semper hoc faciant, prouenit, quia à spiritibus alterius corporis diuersæ naturæ impediuntur, qui impediētes spiritus, vsq; dum non superentur, non permittunt alios exire, vel dicent continuò quidem emitti spiritus penetrantes corpus, attenuantes humidum, & soluentes partes subtiles à crassis; cæterum quia simul intrā corpus ingrediuntur spiritus, qui tāquam custodes impedire habent ne humidum euaporet, hinc est, quod isti actiuitatem alterius impediunt, & non sentiatur actio illorum, &

per

per hanc doctrinam explicant aduerſarij, quomodò aliqua corpora ſunt virtualiter calida, vt eſt piper, aliaq; ſimilia, quia ſc. abundant huiusmodi ſpiritibus penetrantibus corpora, & diſſoluentibus, alia verò ſint frigida, & vnum cū alio attemperetur; præterquamquod ratio illorum oſtendit, dum operatur nunc, & non prius ſolum operari per actionem diſtinctam, non per aliam cauſam diſtinctam, quia aliter eſſet negare actiones immediatas ſubſtantiæ creatæ.

Rationes
efficaces ex
auctorita-
te, & fide,
& ratione.

Circa hoc fateor quidem Doctores iſtos benè dicere; omnes iſtos effectus in calefaciente, & calefacto intercedere, quaſi ſemper, at falſum eſt ex ſolis illis ſpiritibus procedere totum id, quod adductū eſt, & calorē ab iſſis ſolis ſpiritibus, qui ſubſtantia ſunt, & nō ab accidente diſtincto, tamquam à cauſa procedere, quod totū ex iſſis met reſponſionibus aduerſariorum primo colligitur, quia iſſi concedunt per huiusmodi ſpiritus cōtrariari, & attenuari humidū, ac partes ſubtiles à craſſis ſeparari. Item hos ſpiritus contrariari cum alijs, ergo operationes ab iſſis ſpiritibus nō poſſunt immediatè procedere, quatenus ſubſtantia ſunt, quia vna ſubſtantia quantum eſt de ſe non habet contrariari cum alia, nec ſubſtantia quantum eſt de ſe impedit aliam, ſed totum impedimentum, & tota actio procedit ratione cōtrariariorum, quia ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, ergo in tantum procedunt iſſi effectus ab iſſis ſpiritibus, etiam ſi admittatur ſemper intercedere, & emitti huiusmodi ſpiritus in quantum in ſe continent calorem, & frigiditatem, vt qualitates diſtinctas à ſubſtantia iſſorum, ſecundo efficacius probari poſſet calor diſtinctus. Ex Euchariftia ibi .n. verè datur calor, & frigus, & verè hoſtia extrinſecus calefacta, vel refrigerata, ſicut & vinum calefaciunt, & frigeſaciunt, & tamen ibi nulla eſt ſubſtātia, quæ intra poros recipiatur, nō .n. intra Corpus Chriſti, aut eiſus ſanguinem aliquid producit, nec aliquid Corporis Chriſti poteſt per tales ſpiritus intrantes corrumpi, ſicuti dicunt aduerſarij de ſpiritibus calefacientibus, qui dicuntur caleſcere per hoc præciſè, quod habent diſſoluere vnionem, ſeu humidum, quo diſſoluto ſpiritus euaporent, illius corporis, qui ſe inſinuantes intra alia corpora, humidum etiam diſſoluant, & ſic dicatur calefactum calefacere, in Chriſto, & Euchariftia .n. quidquid ſubſtantiæ eſt, incorruptibile eſt, nec aliquid poteſt deperdere, aut in ſe ſuſcipere; ergo opinio iſta nedum comuni ſenſui Doctōrum, verum etiam rationi, & fidei videtur repugnare.

Post.

Postquam autem diximus calorem esse qualitatem distinctam, videndum remanet de frigore, maior sanè est difficultas de frigore, quam de calore, cum multi primum concedant esse distinctam qualitatem, non verò secundum, Cardanus enim 2. de subtilitatibus cum quibusdam alijs opinatus fuit frigus esse tantummodò priuationem caloris, dicentes frustra multiplicari entia sine necessitate, cū sufficientissimè saluetur per solam istam priuationem, communis tamen sententia cum S. Thoma, & alijs oppositum tenet, quam ego etiam defendo.

Frigus est
positiua
qualitas
distincta.

Probatur nostra conclusio, quia certum videtur, & ipsimet aduersarij dicunt, quod si vna est priuatio alterius qualitatis, alia debet esse positiua qualitas, sed hoc posito sic arguunt Conimbricenses, & alij, nulla assignari potest maior ratio, cur frigus sit priuatio caloris, & calor non sit priuatio frigoris, cum omnes rationes, quæ possent de vno militare, militent de alio, ergo vtraq; assignari debet qualitas positiua. Quod si dicas ideò calorem esse qualitatem positiuam, quia videmus ab ipso effectus positiuos procedere, & actiuum esse, non sic de frigore.

Contrà est, quia etiam hoc idem videmus de frigore, frigus namque agit in externum subiectum approximatum, nam si niui manū approximemus, vel vitro niue pleno, frigus causatur in nobis, item constipat, & congelat, aliosq; multos producit effectus, qui in se aliquid reale sunt, non minus ac effectus caloris, ergo sicuti illi positiuam causam requirunt, ita & istos habere tenendum est, priuatio enim non ens est, & consequenter nequit ens producere, nec tenebræ in vna parte aeris alias tenebras producant in alia parte subiecti, nec lucem ab alio expellunt. Sicuti frigus producit aliud in alio subiecto, & expellit calorem, ergo actiuum quid, & positiuum erit reputandum.

Secundo, quia non datur in natura actio per se destructiua, quia natura nunquam intendet destructionem, aut interitum, sed per accidens, hoc est ratione nouæ formæ introducendæ, cum qua, cum non possit stare antecedens forma, hinc illa prima corrumpitur, & recedit, ergo in frigidatio non est præcisè corruptio caloris, quia sic intenderet destructionem, sed solum est productio frigoris, ad cuius productionem calor vtpotè contrarius recedit, hinc autem est, quod nos sentiamus non adesse amplius calorem, quia cum sentiamus fri-

Nou datur
in natura
actio per se
destructiua

gus contrarium, hinc inferimus non remansisse calorem. Habemus ergo ex dictis frigus non sine necessitate poni qualitatem distinctam &c. sicuti non sine necessitate ponitur calor. Diximus hucusque de calore, & frigore, restat de humiditate, & siccitate, de his duabus ultimis qualitatibus magis dubitatur apud Auctores, Arriaga namque cum alijs, (quam opinionem olim ego idem tradidi meis discipulis) sustinent non distinguere humiditatem a corpore humido, siccitatem autem dicunt esse priuationem illius corporis humidi, videntes pro hoc veterato illo argumento, quia videlicet nulla est necessitas illas multiplicandi distinctas, cum omnia per ipsamet corpora fluida saluari possint &c. ita Ariaga probabilius sustinuit.

Affirmatiue tamen ego Respondeo, vtramque; scilicet esse distinctas qualitates ab ipsis substantijs.

Offenditur
calorem, &
frigus hu-
miditatem,
& siccita-
tem esse di-
stinctas
qualitates.

Probatum primo nostra conclusio, quia qualitates iste sunt qualitates sensibiles, ergo sunt accidentia distincta; consequentia patet, quia substantia per se non est sensibilis sed per accidens ratione scilicet accidentium; antecedens probatur, quia vnusquisque experitur aliqua v. g. aquam, aut aerem esse fluibilem, & aliam puta terram esse siccam, ergo sunt qualitates distinctae, quod si respondent non percipi humiditatem, vel siccitatem, sed solum frigus, & calorem.

Contra, quia aliquando sensu percipimus humiditatem, cum tamen non percipiamus oculis calorem, vel frigus, videmus enim aquam, & aerem fluere, terram vero consistere, vnam manum esse magis siccam quam alia. Item aliquando humidum fit frigidum aliquando calidum, sic enim aquam modo calidam, modo frigidam sentimus, cum tamen semper humida perseveret. Contra etiam, quia si sensu non experimur aliqua corpora esse humida, alia sicca, aliunde nobis non constaret, dari haec corpora humida, & sicca. Secundo probatur, quia corpora vt fluida aliquod aliud dicunt praeter illam substantiam, quae fluit, ergo non est substantia, ergo est accidens distinctum, consequentia est certa, antecedens probatur, quia corpora de non actu fluidis, fiunt actu fluida inuariata substantia, vt patet de aqua congelata, quae postea soluitur, ergo quia attenuatur, & deperditur humiditas, quae habebat retinere partes vnitas ex cuius humiditatis solutione oritur quod metalla, aliaque calcinentur. Tercio probatur, ex Sacramento Eucharistiae, in quo est humiditas vini, & siccitas panis cum tamen ibi non sit substantia illorum, ergo sunt

sunt accidentia distincta ; consequentia patet , quia propter hanc rationem dicunt aduersarij , calorem , & quantitatem esse accidentia distincta ; & hoc rationabiliter concedi debet ab omnibus ne omnia accidentia sophisticis his responsionibus modernorū è medio tollantur.

Negat Ariaga cum alijs manere humorem , sed solum dicit manere fluibilitatem illam actualem , quam haberet , si esset ibi vini substantia , sed.

Contrà , quia iam conceditur manere istam fluibilitatem , & non manere substantiam , & hanc fluibilitatē esse etiam distinctam ab ipsis accidentibus Eucharisticis , ergo iam concedunt fluibilitatem esse accidens , cum humiditas non sit aliud , nisi fluxibilitas ipsa , nec excogitari potest quomodo humectare possint , & fluere nisi habeant humorem , cum nequeat haberi effectus formalis sine causa formali.

Quod autem huiusmodi accidentia non operentur in externum subiectum , cum videamus , quod si inter aquam , & meam manum interponatur vitrum , nunquam mea manus humectabitur ; hinc solum deducitur non esse accidentia ita actiua , sicuti sunt calor , & frigus , sed sint qualitates potius passiuæ , & minus actiuæ , vt notauit Aristoteles cum S. Thoma , non autem per hoc negari debet , esse accidentia distincta , sicuti non negatur materia , ex eo quod passiuæ sit , imò per hoc quod dantur qualitates actiuæ distinctæ ys contrariæ , dari etiam debent passiuæ ; cumquē contrarietas sit inter positia , per quod differt à contradictione , quæ est , inter positium , & negatiuum ; idcirco dicendum omnes istas qualitates inter quas contrarietas versatur , debere esse positias . Cæterum qualitates istas suam etiam habere actiuitatem docuit idemmet Aristoteles 2. de Generatione 25. dum dixit ex mutua cuiuslibet elementi transmutatione , ex igne fieri aerem , & è contrà , quod fieri non posset , nisi ex mutua actione humiditatis in siccitatem , & è contrà , cum intensa contrarietas in his duobus elementis versetur tantum circa has duas qualitates , quia intensa contrarietas procedit à qualitate , quæ conuenit in summo , qualis est humiditas , quæ aeri conuenit in summo . Deniq ; sal siccum carnes exsiccat , & aer humidus sal liquefacit , & humectat , vt experientia , & ex Aristotele quarto metheororum cap.

34. & 36. constat , ergo actiua in se sunt.

Conantur aduersarij qualitates istas euertere , & quia non operantur

tur in alienum ſubiectum, niſi ipſamet ſubſtantia intromittatur, nec vnquam exſiccabitur res, niſi per deperditionem ſubſtantiae, nec humectabitur, niſi per nouam ſubſtantiae introductionem, ſic enim niſi vapor intret manum, nunquam humectabitur, nec exſiccabitur niſi per deperditionem vaporum, qui ſunt ſubſtantia, vnde colligitur ea, quae humiditatem, & ſiccitatem cauſant, ſubſtantias eſſe.

An humidi-
tas, & ſicci-
tas agant in
externum
ſubiectum.

Verum obiectio iſta non officit, quia in primis apud multos falſum eſt non agere ſine ſubſtantia, dicunt enim abſq; ſubſtantiae introductione qualitates iſtas agere, vt docent Ouiedus, Maſtrius, & alij: Verum quidquid ſit, de hoc, conſeſſo illo antecedenti, non bene deducitur illata conſequentia, poteſt enim eſſe, accidentia illa non operari, niſi coniuncta cum ſuo ſubiecto in quo ſunt, talem ſcilicet formam, & ſubiectum requirentes in operando, & hoc vel ex propria natura ipſarum qualitatum, vel ex pauca ipſarum actiuitate, per quod in operando indiget conſortio proprii ſubiecti. Inſuper quod non poſſit tolli humiditas, aut ſiccitas, niſi ſimul tollatur, aut ponatur ſubſtantia, prouenit, vel quia ipſa forma in conſeruari dependet à qualitatibus, hinc variatis talibus qualitatibus variatur, & recedit forma, vel de nouo producit, vel dicendum ideo variari, quia determinata ſubſtantia determinatam requirit humiditatem, vel ſiccitatem, & proinde ad variationem variatur, & ad productionem nouae ſubſtantiae producuntur, non aliter, ac quantitas quantitatem non producit, & determinatum ſubiectum determinatam requirit quantitatem, non maiorem, neq; minorem, ex nullo enim capite apparet, cur haec determinatio non poſſit dari in qualitatibus, cum entia finita, & limitata ſint, ſicuti datur in quantitate. Ad auctoritates Ariſtotelis, quae explicantes munera qualitatum demonſtrat illa, ac nominant per formas ſubſtantiales elementorum, & non explicat per qualitates, intelligendae ſunt de qualitatibus radicaliter, & originaliter, pro ipſorum ſcilicet principio, quod eſt forma ſubſtantialis elementorum, vel minus notum aliquando explicat per notius; vel quia cum contrarietas ſit ratione qualitatum, actiones elementorum explicat per qualitates illorum, cumq; elementa habeant cauſare mixta, & haec cauſentur per actionem qualitatum contrariarum ipſorum elementorum, idcirco formas explicat per qualitates, non autem vult, quod qualitates indiſtinctae ſint à formis ſubſtantialibus, & contrarietas verſatur ſemper inter qualitates elementorum,

non

non autem inter formas substantiales; cum substantiæ nihil sit per se contrarium.

Definiuntur qualitates istæ à philosophis. Calor est qualitas, cuius operatione homogenea, & quæ sunt eiuldẽ rationis congregantur, quæ verò sunt diuersæ rationis disgregantur, & dissoluuntur, ita communiter, & probatur experientia, qua videmus ex omnibus (quæcunq; sint) igni expositis, homogenea ipsorum ab ætherogeneis segregari, sic patet in metallis igne expositis vt examinentur, ita etiam in cera, lignis, alijsq; rebus, cum enim calor habeat relaxare, & calefacere, consequenter eius vi homogenea coadunantur in proprio loco, ætherogenea verò separantur, vnoquoq; proprium locum petente, siquidem diuersæ res quantum est de se diuersa petunt loca, ne promixus in continua maneant pugna.

Definitur primæ qualitates, & explicatur definitionis sensus.

Frigus definitur qualitas congregans promiscuè homogenea, cū ætherogeneis totum hoc patet in congelatione aquæ, in aqua, & paleæ, & arena, & quidquid in illo est, reperitur coniunctum. Humiditas est qualitas, qua res redditur difficilè terminabilis termino proprio, facilè autem termino alieno, fluens enim res humida terminos intrà proprios non permanet, nec propriam retinet figuram, sed facilè accommodatur figuræ corporis cōtinentis, vt patet de aqua, & aere, respectu vasis continentis.

Siccitas definitur id, per quod res redditur facilè terminabilis termino proprio, non alieno.

Cur autem definiuit Aristoteles has qualitates per effectus secundarios, non per primarios, aut à priori, quemodò debent definiri res, dico hoc ideò fecisse, quia cum ipse definierit qualitates istas in ordine admixta, & vt principia mixtorum, idcirco explicauit per effectus secundos, qui tantum reperiuntur in mixtis, cū alij effectus primarij, qui non explicantur, adhuc causentur in elementis, & simplicibus corporibus.

Major tamen difficultas insurgens contrà definitiones traditas est, quia videmus operationes istas sæpè confundi, videmus enim, quod si cera, & pix, plumbum, ac stannum simul liquefiant, ita coniunguntur, vt nequaquam amplius possint separari, quod patet etiã in multis medicinis ex diuersis materijs cōfectis. Idem patet in lacte, quod dum igne coagulatur, vnitur cum lapidibus &c. & idem demonstrauit Aristoteles, dum dixit calori per se conuenire, vt congreget,

per accidens verò vt disgreget. Item homogenea disgregat, sic enim magnus ignis vasa terrea, ac vitrea disgregat, cuius partes sunt eiusdem rationis, & glaciem, aquamq; congelatam in partes dissipat. Itē congregare, & vnire homogenea conuenit humido, nam humidum est id quo res vnitæ dicuntur, vt à Physicis, & Chymicis dicitur. Non enim aliter congregat, nisi per coniunctionem humidi cum partibus, nec dissipat, nisi per separationem, & destructionem illius humiditatis, hinc corpora igni, aut aquis corrosiuis exposita dissoluntur in cineres, & pulueres, quia ab igneis corroditur, ac destruitur humiditas nectens partes &c. Item sanguis, qui in venis est vnitus cum humoribus, alijsq; partibus frigore separatur, & in alijs etiam idem patet.

Respondent aliqui concedendo calorem etiam aliquando congregare etheorogenea, & definitionem ab Aristotele traditam inquirunt, intelligendam esse, vt plurimum, ita etiam probabiliter opinati sunt Conimbticensis, vt autem non recedamus à ratione Aristotelica, cum ipse pluribus in locis, præcipuè 4. metheororum dicat, hoc videmus enim in omnibus calidum, & frigidum terminantia, & copulantia hæc homogenea, vt calidum, hæc verò etherogenea, vt frigidum; idcirco stante communi definitione dicimus per accidens aliquando vnire, quia conueniunt in qualitate, ex qua causatur vnio, & Aristoteles dū dixit vnire quæ sunt eiusdem naturæ, intellige qualitatum aliquarum conuenientiam, ibi autem qualitates intelliguntur illæ, quæ sunt in ordine ad motum localem, & situm, v. g. in leuitate, densitate, & crassitie, subtilitate, & similibus; licet in alijs qualitibus differant, hinc quia violæ, & rosæ multa habent accidentia similia, nempè fluibilitatem, leuitatem, raritatem &c. propter quod in elābieco simul iunctæ exeunt vtriusq; aquæ vnitæ, similiter fæces sunt homogeneæ, quia in crassitie conueniunt, & discurrēdo per reliqua, & hinc etiam fit quod calor separet ex eodem corpore aquam, oleum, sal, fæces, spiritus, & flegma, quia per varias distillationes prius extrahuntur partes homogeneæ quidem, sed valdè imperfectæ, deindē partes perfectius homogeneæ, postea pinguiore, & sic successiuè extrahuntur homogenea. Diuerso autem modo frigus congregat lutum, ac calor, nam calor exsiccat lutum per separationem partium etherogenearum, frigus verò per congregationem omnium partium, hincque, quia plumbum, & stam-

flamnum conueniunt in fluibilitate, indè est quod vniantur; vel per accidens dicimus esse, vt contingant picem vniri cum cera, quia intentio, & finis per se ignis, seu caloris est vt separentur; at ratione humoris illius glutinosi, & tenacis illorum corporum se ipsis conueniunt, & in vnum abeunt, veluti homogenea in taliratione, & à simili in alijs exemplis dicimus per se, & ex intètione ignis esse semper congregare homogenea, segregando etherogenea, at per accidens postea sequitur, quod congreget etherogenea. Disrumpit autem vasa per rarefactionem calor, non quod separationem intendat, & licet rarefactio adhuc sit separatio, cum fiat per introductionem corpusculorum discontinuantium, & separantium vnā partem ab alia, hanc etiam intendit per accidens, vt scilicet per separationem habeant congregari in vnum partes calidæ, & siccae, ac sulphureæ, & separari à partibus humidis, quod clarè conspicitur in arte distillatoria, in qua virtute ignis separantur homogenea ab etherogeneis, humidum scilicet a sicco &c. humidum autem licet vniat, ipsum tamen se habet tamquam vinculum, quo vnitur, calor autè est agens quod vnit &c. quod autem diximus de calore, quod per accidens cōgreet etherogenea, à simili per accidens causari dicimus a frigore separationē, vt in datis casibus potest quisq; discurrere prudēter.

Consideratis ergò his, quæ ad qualitates elementorum in communi pertinent, qualitates propriæ unicuiq; elemēto sunt assignandæ. Ex Aristotele igitur, & communiori doctorum sententia asseritur ignem esse calidum in summo, siccum infrā summum. Terram siccā in summo, frigidā infrā summum. Aerem calidum infrā summum, humidum in summo (sumpta humiditate in rigore philosophico, pro maiori scilicet fluibilitate, quod termino proprio non ita facillè retineatur, sed alieno; non vulgariter, pro maiori scilicet humectatione, & consistentia proueniente ex viscositate materiæ, quæ humiditatem philosophicā minuit) aquam autem esse frigidā in summo, humidā infrā summum, ita tradidit Aristoteles 2. de Generatione 16. cum alijs, quidquid dixerint Aresius, Ariaga, & alij tribuentes frigiditatem summam aeri, humiditatem summam aquæ &c. & Telesius, qui igni humiditatem tribuebat.

Verum qui ignem calidum non credit, probet suis manibus, & calefactus igni calorem concedat inuitus; inueniet enim ignem producere omnes operationes, quæ à calido subiecto producantur con-

gregare homogenea, ab etherogeneis segregando, vt patet in metallis, & alijs frigus expellere, adurere &c. quæ omnes operationes calori ascribuntur. Vltius calor ignis ostenditur, sicut & aeris, quia altero illorum posito calido, nempe aere, ignis cum sit locus aeris ponendus est ipsi similis in aliqua qualitate, vt per hanc similem qualitatem se habeat, vt locus conseruatiuis locati. De siccitate etiam patet, nam videmus corpora igni exposita totaliter exsiccari, & nihil igni magis contrariari quam aqua, & aerem, cum ab aqua quantumuis calidissima ignis extinguatur, & in Regionibus Polaribus ob contrarietatem aer agens sua humiditate in siccitatem ignis, in se conuertit. Ex eo autem quod metalla igne liquecant, non arguitur ignis humiditas, qua passum metallum in humiditate sibi assimilet, cum liquatio illa proueniat ab igne superante frigiditatem, qua humidum vntuosum cum subtili terreo erat vnitum, quæ vi caloris segregantis homogenea ab etherogeneis inter se separantur, & fluit, & sic ignis expulsa frigiditate sibi in calore assimilat passum metallum, quod patet, quia aliter sequeretur ab aere, vel aqua facilius liquari metalla, cum per aduersarios humidiores igne ponantur, quod tamen experientia constat esse falsum; Vltius ignem non humidum ponere debemus, quia fluit, & terminatur alieno termino, cum terminatio ista coacta sit, & non spontanea, quomodo est terminatio aeris, & aquæ, sed quantum est de se ignis semper petit esse in proprio loco, & sursum ascendere, nec sine violentia ipsum intra fornacem retinemus, sicuti stappa, aut lana, quia violentia retinetur intra vas, & per compressionem, non dicuntur humida. Secundo dicimus, quod ignis proprijs terminis continetur, quia semper proprijs terminis mouetur, namq; illud dicitur non contineri proprijs terminis, quod per sui diuisionem nullo impellente contrariò facile dissipatur, ac in diuersas partes dilabitur quomodo se habet aer, & aqua, ignis autem quantum est de se nunquam dissipatur, sed semper eadem via, & eadem figura ad eundem locum sursum, scilicet ascendit. Insuper quod manus flammæ exposita humectata euadat, non probat ignis humiditatem, quia hoc fit à flamma foras trahendo manus humiditatem, vt ipsa è manu expulsa, & siccitate introducta, possit ibi formam ignis introducere, nam aliter, quo magis esset manus igni exposita, magis humectata euaderet, quod tamen experimur esse falsum, cum videamus si aliquantulum magis manus

flam.

flammæ exponatur, ipsam non humectari, sed exsiccare, & igniri.

Qui igitur viscosa humiditate corpora metallica, aut alia expoliare contenderit, eaq; ab immunditia purgare ignem adhibeat, si quidem ignis sua siccitate viscositatem perturbantem corrodiens, & suo calore homogenea ab ætherogeneis segregans promptiora illa reddit, ut per medicinas transmutentur im melius; Vnde Albertus Magnus dicebat, nisi corpora prius calcinentur (igne scilicet ingredientibus, exsiccantibus, aut igneis aquis) transmutari non valent, tunc enim medio igne in cinerem reducta vi mestrurorum per ebullitionem vntuositate turpi foras extracta per multiplicata hæc mestrura, seu aceta, & ebullitiones depurata, & in puram terram redacta, applicatis humidis, sed bene dissolutis, & fixis medicinis proportionatis de facili assumunt colorem, & proprietatem corporum perfectorum, in quæ transmutare illa contenditur.

Terræ siccitas constat ex illo Genesis, ubi arida terra appellatur, & insuper videmus quantumvis aquæ copia super terram projiciatur, ab illa absumi, propter à philosophis notandum, terram nostram sæpè aqua cibandam, siquidem terreum, utpotè siccum, nisi sufficienti humore potetur, arescet, & consistentiam non habebit, nec poterit lapidescere, hinc quæ magis de siccitate participat, terreæ naturæ denominantur, quæ autè de humiditate dicuntur aqueæ; & dura plus habent sicci, quam humida, ubi etiam obiter notandum in vanum laborasse, & laborare illos, qui siccos, & terreos spiritus contenderunt sine humido fixare, & è contrà, cum siccum se solo puluerizetur, & dissipetur, & humidum fluat, & vnum per aliud retinetur, & qui hoc primum principium præ oculis in arte non habuit, bene scit erroris sui meritam pœnam. Patet etiam siccitas terræ, quia nil est, quod minus ad fluiditatem accedat, quam terra, ergò minus humida est, cum minus humida sit, quæ minus fluit. De frigiditate constat, nam in cauernis, & locis à sole remotioribus, ubi terra à contrarijs depuratur, frigidissima sentitur. Item metalla, & lapides, quæ terrea sunt, frigidissima probantur. Idem demonstrat eius grauitas, & leuitas, quæ à frigore proueniunt partes inter se coëssipante, & non propter aliam rationem Saturnum Astrologi terræ assimilarunt, nisi quia frigida, & sicca naturæ est. Estò autem exteriores terræ partes calidæ sentiantur, non idcirco calidæ naturæ statuendæ sunt, sicuti licet ob mixtionem cum humido ad genera-

tionem

tionem plantarum necessariam humidæ sentiantur, nemo tamen ex natura sua humidam terram esse dicit, sed participat ab extrinseco ad plantarum nutritionem, & generationem. Cum autem proprium fieri ut diximus sit pulverizari, & non consistere, idcirco terra, utpotè sicca in summo, non erit corpus multum benè compactum; verum ratione suæ frigiditatis, cuius proprium est vnire, & congregare partes, in quibus est, aliquantulum compaginata redditur.

Aerem esse humidum in summo, calidum infra summum, est sententia Aristotelis, Conimbricensium, aliorumq; sanioris mentis Doctorum, contra Ariagam, Pontium, & alios.

Probatur conclusio ipsa experientia, cum enim nomine humidi nil aliud à philosophis intelligatur, nisi corpus fluibile, & facile alteri termino, non proprio terminabile, esse permeabile, cedere alteri, & se insinuare, nec alia ratio humido potest ascribi, nil aliud magis fluere, permeari, se insinuare, claudi alieno termino facilius videmus, quam aerem, sic enim parua phistula statim implebitur aere, non sic aqua, nisi cum magna violentia, sicut & ipsum per parua foramina, ac poros angustissimos intrare videmus, quod non facit aqua. Item facilius cedit aeri impellenti, quam cedit aqua, & si esse humidum est effluere, & è loco in quo erat egredi, alio ingrediente, hoc melius cunctis facit aer, & hinc etiam dum corpora fluida reddere volumus, aeri exponimus. Calcinato enim corpore, aut metallico, aut alio aeri exposito, in ipso humiditas introducit. Deinde si aer siccus poneretur, cum ex alia parte sit calidus, ab igne non differret, tum quia Aristoteles ascribens unicuique elemento propriam qualitatem, aeri humiditatem ascribit, idemq; docet ignem aduersari aquæ, & terræ aerem, ergo sentit Aristoteles, quod sicuti ignis ob summum calorem aduersatur aquæ frigiditati, ita aerem ob summam humiditatem aduersari summæ siccitati terræ, quia iuxta sententiam Ariagæ illi non aduersaretur in frigiditate.

Quod autem aqua dicatur aerem humectare, non est quia aqua in humiditate philosophica intendat aerem, sed quia aqua per aerem sparsa, dum corpora tangit, & illis adhæret, magis sensibilis redditur, quam solus aer, quia cum sit crassior, hinc magis adhæret, ex quo arguitur esse minus humidam, quia minus fluit, & ob suam corpulentiam adhærescit, quod arguit maiorem humiditatem vulgariter dictam, non philosophicè.

Quo ad calorem verò in quo est maior difficultas.

Probatum primo, quia aer calore generatur, ut constat cum aqua actione caloris prius in vapores dissolvitur, & deinde conuertitur in aerem, & quò magis viget calor, eò facilius in aerem conuertuntur. Item videmus frigus aerem conuertere in aquam, ut patet de aere circa fenestrarum vitra adhærente, ergò signum est frigiditatem esse qualitatem ad aquam pertinentem, non aeri, quia nulla res qualitate propria, suæq; formæ connaturali destruitur, nec transit in aliam formam diuersam. Docuit item Aristoteles aerem multum ad corruptionem disponere, sic videmus multa corpora, quæ diù durauere, statim aeri exposita fuisse corrupta, ut de pluribus cadaueribus narrant Historiæ, quæ diù integra cum manserint sub terra, quæ frigida est, ac sicca, statim ac aeri fuerunt exposita, fuerunt etiam dissoluta, ergò signum est aerem esse calidum, & humidum, consequentia ista patet, quia ut est commune apud Philosophos, calidum agens in humidum inducit corruptionem, siccitas autem, & frigiditas præseruant, quod docuit etiam Aristoteles 4. metheororum, cap. 12. & problem. 33. præter quam experientia constat, primò quia austro flante vento humido, res putrescunt, & spirante aquilone frigido, & sicco conseruantur. Insuper videmus non altero meliori modo res corrumpi, ac putrescere, quam si in bitumine, quod calidum, & humidum est, reponantur, ut communiter à Chymicis vsitatur, ergò dicendum, aerem summa humiditate gaudere. Item in vase distillatorio, quamdiù fumi illi vas calidum repperint, semper in calidos vapores ad aerem accedentes, & nunquam in aquam dissoluentur, sed superiore parte stillicidij frigefacta aut aqua, aut ob distantiam frigida statim in aquam dissoluuntur; Vltèrius cum aer, & aerea leuigent, & rarescant, calida statuenda sunt, quorum est leuitare, & rarefcere. Quod si Aristoteles, & alij videntur aerem siccum nominare, intelligendi sunt de igne elementari, qui adhuc ab ipso aeris nomenclatura vocatur. Item licet aer exsiccare videatur, hoc non ex propria qualitate, sed ratione exhalationum siccarum per aerem dispersarum, & ob alias rationes infra tangendas, cum de putrefactione corporum.

Hinc autem dicimus mediàm aeris regionem, quæ secundum omnium sententiam frigidissima est, non per se, sed per accidens huiusmodi frigiditate gaudere ratione scilicet vaporum, & exhalationum

frigidarū ibi ascendentū, quæ cum ex natura sua frigida, ac sicca, & vapores frigidi, & humidi sint, cum etiam per aduersarios à formis non differant substantialiter, ibi ad pristinam se reducunt frigiditatem, & ex parte inferiori à Solis reflexione, & superiori parte ab ignis elementaris calore circumdati intenduntur in huiusmodi qualitatibus antiparistice, & sic habent regionem illam infrigidare, propter quod vi magni frigoris vnientis partes, ibi nubes, grandines, aliaq; frigida metheora generantur. Frigescit etiam noctu aer Solis calore recedente ratione, vaporum frigidorum ascendētium diè à Sole eleuatorum. Comparatione caloris cordis, & animalis frigidus quidem iudicatur aer, idcirco quia flabello primus aer à calore animali intensus in calore fuit expulsus, idcirco alius succedens ab huiusmodi calore non maculatus, quia minus calidus, idcirco frigidus existimatur. Nec verum est calida per motum calefieri, & frigida frigescere, si quidem duo lapides frigidi inuicem collisi incallescunt, & aqua calida agitata frigescit. Quare cum rationes omnes demonstrantes aerem esse frigidum ostendant etiam causas extrinsecas istius frigiditatis, non frigida naturæ existimandus est; præterea externa causa frigidi tatis aeræ, maximè iudicandi sunt spiritus quidam frigidi è corporibus euolantibus per aerem dispersi, cum enim totus aer spiritibus sit plenus, & quodlibet corpus spiritus emittat, non omnes spiritus calidi sunt, sed quidam calidi, alij verò frigidi ex natura sua, qui colorem habent expellere, & quia calorem expellentes secum calor humidum trahit, hinc etiam accidit aerem ratione huiusmodi frigiditatis spirituum vestes exsiccare, vt facit Aquilo, & Borreas, sic spiritus salinitrales frigidos statuo, quia video ipsos aquam congelare, sicut & spiritus aluminosos, namq; si liquor aliquis intrà niuem sepeliatur, & suprà niuem alumen alpergatur, paruo tempore in glaciem solidam concrescet, ratione quorū etiam spirituum habetur glaciē adhuc sereno tempore fieri, quia tunc spiritus isti per aerem fluentes ipsum infrigidant, & hinc etiam æstate aquam magis infrigidari videbimus, si intrà salnitrum loco niuis reponatur, & salnitrum sæpè agitetur, vt per motum spiritus illi valeant exire, & aquam, ac vinum habeant infrigidare.

Dum autem dicunt aduersarij humiditatem summā debere aquæ competere, quia humiditas facilius manet cū frigiditate, quæ conuenit aquæ, & non aeri. Respondemus humiditatem vulgariter di-

Etiam magis connecti cum frigiditate, quia frigiditas cum constringat, illud humidum fit crassum, & permanens, ac propterea adhaerens, & minus fluibile, calor autem cum rarefaciat, & leuificet, reddit subiectum magis fluibile, & consequenter magis humidum in rigore.

Aquam humidam esse, nec ipsi aduersarij ausi sunt negare, & patet etiam, quia cum ipsa facile labatur, se insinuet, & claudatur facilius alieno quàm proprio termino, humidi rationem participet, quod idem declarauit scriptura in illo Iob 12. vbi dicitur. Si continuerit Deus aquas omnia siccabuntur, vnde occasionem sumpserunt Arius, & Ariaga dicendi humiditatem summam conuenire aquæ non aeri, at de qua humiditate intelligatur, dictum est modò.

Frigiditatem summam aquæ tribuimus, quia distributis singulis qualitatibus pro reliquis elementis frigiditas tantum pro qualitate in summo aquæ, restat.

Probatur quia aqua in mari, in fluminibus, in fontibus, & in puteis frigidissima, imò in æstate ambiente existente calido in puteis, & cisternis aqua est frigidior, ergo si frigida non sentitur, impeditur ab agente extrinseco, & per calorem extrinsecum igniente aquam, propter quod dixit etiam idem Ariaga aquam hiberno tempore non sentiri frigidam, æstate verò sic, quia æstate per calorem apertis poris euaporant illæ exhalationes, à quibus aqua calefiebat, ergo quod aqua frigidissima nō sentiatur prouenit ab extrinseco.

Neq; dici potest hanc frigiditatem prouenire à terra, quia vt experientia constat frigidior est aqua, quam terra, quod maximè constare potest, si per distillationem aqua separatur à terra. Item pisces in hoc elemento degentes naturæ sunt frigidioris, ac demum aqua nimium epotata dolores causat in ventriculo, & cruditates, dentes labefactat, consimilia operatur sua frigiditate, quæ infirmitates non nisi contrario calore curantur, vnde Galenus maximè vinum niuatum prohibuit, & tantum concessit illis, qui naturæ sunt calidissimæ, vel assueti sunt à principio, ergò naturæ frigida est aqua.

Quod sit humida. Probatur primò propter argumenta supra facta, contrà humiditatem aeris. Secundò, quia humidum est illud, quod facile dilabatur, & clauditur alieno termino, & se insinuat, sed hæc omnia aquæ conueniunt, vt patet experientia, ergò &c.

Obijcies id quod est magis à contrarijs calidis remotum est magis

frigidum, ſed magis terra, quam aqua remota eſt à calidis contrarijs, quia agentia cōtraria ſunt calor ignis clemētarijs, ſolis, & Coelorum, ſed ab his magis diſtans eſt terra, cū in profundo locata ſit magis, quā aqua, ergò &c. Secundò quia maior frigiditas cauſat maiorem congregationem partium, & denſitatem ratione frigoris vnientis partes, ſed grauior eſt aqua, quam terra, & denſior, propter quod eſt in imò, & experientia patet de ipsis extrā locum proprium poſitis, ergò terra magis frigida.

Respondetur eſt magis frigida intrinſecè, ſeu quo ad exigentiam, & proprietates intrinſecas nego, quo ad extrinſeca, & per accidens, non autem quo ad exigentiam propriam illius concedo, ergò &c. negatur conſequentia; proprietates enim intrinſecae non deſumuntur ex hoc, ſed ex effectibus quos ipſa cauſat, & de reductione ad priſtinam frigiditatem ſe ipſa, item ex contrarietate cum alio, cum igitur aqua igni in frigiditate contrarietur, effectus frigidus producet, eſto cum iſtis qualitatibus alienis ſit immerſa, quod autem aqua poſita ſit magis iuſta calida agentia, quā alia, hoc ſumma induſtria à natura factum eſt, vt ſummè intenſa qualitas proxima habeat contraria, nè tantum vnum vigoretur.

Ad ſecundum dico addenſationem, & grauitatem non cauſari à frigore præciſè ſed à frigore mixto cum ſicco, & humido, quod magis reperitur in terra quam in aqua, quæ vtpotè humida cōſiſtentiam tantam non habet, ſed fluiditatem, & falſum eſt quod dicit Ariaga puluiſculos in corpore condensato cadere deorſum, cum verè ſi diſtilles glaciē, plures remaneāt puiſculi in vaſe quā ſi eſſet ſola aqua.

Hinc autem ſolutum habes, cur aqua cum iſt frigior ſit terra, vt tamen congeletur, indigeat auxilio terreæ materiæ, & nix, quæ plus terræ continet, ſit frigidior.

Huius ratio eſt quia ad congelationem vltèrius requiritur mixtio humidi cum ſicco, cum humidum ſe ſolo fluat, & ſiccum vt dixi puluerizetur, vndè dixit Auerroes 4. Coeli, commento 32. *aqua accidit congelatio, non vt eſt aqua; ſed vt ei commiſcentur vapores terre, cum quibus miſcetur, & ſimul de igne, cur non luceat, dixit, ita ignis quatenus ignis non lucet; ſed quatenus miſcetur terreo denſo radios refleſcente.* Frigidior autem eſt nix, quā aqua, quia frigus reſpertum in materia niuis, quæ eſt magis denſa magis reſiſtit agentibus contrarijs, & ideò magis frigida ſentitur.

Dices si aqua esset frigidior, quam humidior, ergò facilius exsiccaretur, quam calefieret, quia cum frigiditas sit in summo, magis resisteret quam humiditas, quæ est infra summum.

Respondetur humiditatem difficilius expelli, quam frigiditatem, quia cum calor cui contrariatur frigiditas, sit magis actiuus, quam siccitas cui contrariatur humiditas, ideo facilius attenuatur frigiditas, contra autem dicentes humiditatem non distingui à substantia humida, argumentum nil probat. Cæterum cur humiditas non expellatur nisi simul cū substantia sua, vide quæ dixi cū de humiditate.

Obijciunt ad probandum aquam esse calidam, nam Aristoteles 5. de Generatione animalium cap. 3. ait nullum humorem esse sine calore. Secundò, quia omnia salsa calida sunt, sed aqua maris est salsa, ergò est calida. Tertiò in aqua multa animalia viuunt, sed animalia calido conseruantur, ergò aqua est calida. Quartò aqua ex vaporibus calidis generatur, vt patet in arte distillatoria, & aqua generatur extrema actione solis illam immutantis, vt docet Aristoteles 2. de Generatione ad finem, ergò si calore generatur tamquam præuia dispositione, de se erit calida; e contrariò, vt conuertatur in terram debet frigore condensari, & sic frigore corrumpitur. Vltimo hyemali tempore cernitur ex puteo euaporare instar fumi, quod proprium est vaporis calidi.

Respondetur ad primum Aristotelem ibi loqui de humido mixtorum, quod humidum etiam in se mixtum est, nulla autem mixtio sine calore, & quod de isto loquatur patet, quia ibi docet quomodo durecant pili, pennæ, cæteraque similia, & dixit hæc fieri humore, qui deinde frigore, vel calore in aliquibus durefcit. Ad secundum dicas, aquam maris salfam esse, non quia aqua est, & ex natura sua, sed propter commixtas exhalationes, vel quia vt multi opinantur sparsum fuit à Deo sal ad conseruationem aquatibulum, vel ob alium finem in capite de mari assignandum, sicuti si saccarum, quod dulce est, cum aliquantulo salis commisceatur, totum salsum sentitur; & quod aqua maris de se salsa non sit, patet quia a multis dicitur aqua maris in fundo non esse salfam, & hoc idem ostendunt, dum appensa in naui spondea iuxta aquam, vapor qui à spodea attrahitur, non est salus. Ad tertium dicas aquam apud nos calore solis, aeris, aliorumq; superiorum planetarum adeò esse permistam, vt proportionatissima sit ad viuentes pro ipsarū cōseruatione. Ad quartū dicas va-

pores in stillicidio nunquam cōverti in aquam nisi prius refrigerentur, & hinc semper in summitate stillicidij ponitur aliquis pannus madefactus, vel saltem pars superior stillicidij debet esse cum aliquali distantia distans à calore ipsius ignis, vt possint vapores illi ad pristinam se reducere frigiditatem. Ad aliud dicas solem concurrere ad Generationem aquę ex terra concursu accomodato ad talem finem, non præcisè per calorem, & ità intelligatur Aristoteles in illo loco assignato. Item aqua debet addensari, vt conuertatur in terram, quia debet exsiccari, & ex illa siccitate coniuncta cum frigore oritur densitas prærequisita ad formam terræ. Ad vltimum dicas aquā è puteis hyeme euaporare ob calorem violenter iniectum, vel ab ignibus subterraneis, vel ab exhalationibus calidis inclusis in locis subterraneis, & exire non valentibus, & etiam ab aere, qui in illis locis natium seruat calorem.

CAPVT SECVNDVM.

*Vtrum, & quo sensu elementa dicantur simplicia, vbi de
possibilitate corporis simplicis physici completi,
& non compositi ex materia & forma.*

PRO quæstionis propositæ intelligentia sciendum aliquid multipliciter posse dici simplex; primò metaphysicè, vt scilicet ex genere, & differentia non constet, quam compositionem multis sustinent excludere Deum. Secundo vt careat partibus physicis componentibus, quales sunt materia, & forma, quam compositionem non participant spiritus. Tertiò integraliter, vt partibus integralibus res non constet, licet constet essentialibus, qualis esset v.g. materia aliqua, & forma spiritualis indiuisibilis, & duo puncta indiuisibilia, vnum materiæ, alterum formæ &c. proposita differentia exagitur de compositione physica, & integrali, non verò metaphysica.

Dico primo elementa non gaudent physica simplicitate, sed verè constant ex materia, & forma est sententia communis inter philosophos, contrà aliquos, quos citat Camerarius.

Probatur I. conclusio, quia quotidiana constat experientia ignem de nouo per causas secundas naturaliter, & produci, & corrumpi,
extin-

extinguitur enim per aquam, & medio calore Solis producit ab ipso, sed si essent corpora simplicia, non possent hæc à causis naturalibus fieri, quia corpora simplicia carentia subiecto si destruentur, nihil remanet ipsorum, & consequenter deberent annihilari, annihilatio autem (quod idem intellige de creatione) saltem de facto existentibus creaturis non conceditur ab ullo Philosopho, esto dubitent de possibili. Maior etiam probatur ex Aristotele, S. Thoma, & Scoto, qui ideò ostendunt dari in rerum naturalium materiam primam, quia ut dicit Angelicus Præceptor, cum videamus aerem in ignem conuerti, consequenter dari debet aliquod commune subiectum, ex quo dicatur aliud fieri, hoc est educi de materia alterius, fieri scilicet dependenter à materia illius, propter quod non dicitur anima, aut Angelus fieri ex musca, aut homine, quia nihil commune est utriq; sed benè ex homine potest fieri vermis, quia materia est utriusq; eadem. Item idemmet Aristoteles docuit ex quolibet posse fieri quodlibet, ergò verè commune omnium dedit subiectum, quo componantur.

Recensiores aliqui respondent nequāquam elemēta de nouo generari, aut corrumpi, sed solum illud, quod inclusum intrā mixta latitabat, foras trahitur, & apparet.

Sed falsitas huius responsionis clarè constat, primò quia ipsæ formæ elementares, nec apertè, nec occultè possunt ibi esse, & quia ipsæ ob contrarias qualitates quas habent, essent in continua pugna, & quia non videtur cur corpus, non leuiter potius sursum ratione ignis, & aeris inclusi, sed grauiter ratione aquæ, & terræ. Item compositum illud dicendum esset ignis, aqua, terra, & aer, cum quælibet illarum formarum completa esset, non ordinata ad aliud. Deniq; verè, & de fide constat dari formam mixti distinctam à formis elementorum, ut patet de anima rationali, quæ forma hominis est, & non elementaris, ergò frustra ponuntur formæ elemētares, cum positæ formis mixtis cum temperamento materiæ, absq; formis elementaribus simplicibus omnia saluantur. Deindè si elementa non corrumpuntur incredibile est, quod totus ignis remaneat in corporibus illis, à quibus fuit extinctus ignis.

Nequè dicant non produci de nouo ex alio elemento alterum, sed tantum vnum succedere, vbi erat aliud. Vel dicent vnum non fieri ex materia alterius, sed ex toto elemento antecedenti fieri transitum ad aliud.

Nam

Nā contrā eſt primò quia ſi ſuccedit, & non producit, ergò negabitur actio cauſis ſecundis, & eſſet incidere in opinionē illorum, qui dicebant res fieri tantum ad præſentiam cauſarum ſecundarum. Secundò quia vt videmus, & auctoritate Ariſtotelis, & aliorum verè vnum elementum dicitur ex alio fieri, ergò per tranſmutationem eiſdem ſubiecti de vna forma in aliam. Secundum de tranſitu totius elementi ex toto elemento maiorem continet difficultatem, quia actio iſta eſt tranſubſtantiatio, quæ actio miraculoſa ab omnibus dicitur, vt patet in Euchariftia, & cum fiat tranſitus ex toto nihilo remanente primi, conſequenter actio productiua eſt ex nihilo, ac propterea creatio, quam vt diximus, non concedunt de facto exiſtenti Creaturæ.

Quapropter dicendum elementa dici tantum ſimplicia, quatenus mixta in ſe non ſunt, hoc eſt vnum elementum ex alio nec formaliter, nec virtualiter componatur, ſicuti componuntur reliqua composita &c. Maior ergo dubitatio circa hoc verſatur de Corpore poſſibili phyſicè completo, & non composito, affirmatiuam partem defendunt, qui Coelos ſimplices, & elementa ſimplicia ponunt, qui autem hoc corpus non ponunt de facto diuiſi ſunt, & aliqui concedunt eſſe poſſibile, vt non improbable videtur Suario, & ſuſtinerunt Ouiedus, Ariaga, Maſtrius, cum pluribus ex noſtris in ſuis manuſcriptis, circa quod affirmatiuam partem ſuſtineo etiam ego, poſſibile reputans hoc corpus phyſicè completum, at non compositum, ex materia, & forma. Moueor primo argumento negatiuo, quia multis adductis rationibus in contrarium, nullam inuenio, quæ repugnantiam ſufficientem adducat negatiuam partem concludentē.

Secundò probatur, quia corpus ſimplex phyſicum completum in ſuis prædicatis eſſentialibus non aliud dicit, niſi quod ſit actus non ordinatus ad aliud, ſed hæc prædicata neq; repugnant ſubſtantiæ vt ſic, cum de facto dentur ſubſtantiæ ſpirituales ſimplices completæ, neq; repugnat ſubſtantiæ phyſicæ, quia eſſe phyſicum eſt eſſe rem ſubiectam mutationi ſenſibili, ſiue accidentali, ſiue ſubſtanciali, non autem ſemper ſubſtanciali, cum coeli ſecundum aduerſarios phyſica corpora dicantur ob incorruptibilitatem, quam coelis concedunt aduerſarij, & tamen non ſubſtancialiter, ſed tantum accidentaliter mutantur, ſed illud corpus poteſt habere mutationes accidentales, cum mutationes accidentales ſenſibiles habeantur per quanti.

quantitatem, aliaque multa accidentia, quæ illi competere-
nt, siquidem quantitas, vel exigentia ipsius non necessario composi-
tionem requirit, dum soli materiæ à forma separatæ quantitas con-
cedatur. Item haberet hæc accidentia, & hanc exigentiam quanti-
tatis, per quæ distingueretur à spiritibus quibus non competunt, &
per simplicitatem distinguerentur à corpore composito, ergò ex
nullo capite includeret prædicatum repugnans.

Tertiò, quia inter entia spiritualia dantur quædam substantiæ cõ-
pletæ, non compositæ vt sunt Angeli, ergo etiam possunt dari inter
materialia, cum nulla assignari possit sufficiens ratio cur omnia ma-
terialia debeant compositionem includere, & non sicut spiritualia,
possint dari aliquæ incompletæ ordinatæ ad totum, & aliæ comple-
tæ non ordinatæ ad aliud.

Obijcies omne materiale est potentiale, ergo omne materiale in-
cludit potentiam, sed nulla potentia naturaliter potest esse sine actu,
ergo omne materiale includit compositionem ex actu, & potentia,
sed ista est compositio physica, ergo non potest dari ens materiale
completum, & non compositum.

Respondetur omne materiale esse potentiale siuè ad actum sub-
stantialem, siuè accidentalem, non semper ad substantialem, sic in
casu nostro esset quidem potentiale, hoc est diceret potentiam, &
capacitatem ad plures formas accidentales, non autem ad substan-
tialem, de qua substantiali cõpositione est difficultas, haberet enim
quantitatem, aliaq; plura accidentia materialia hoc est sensibilia, &
hoc sufficit ad rationem materialis, per quod distinguatur à spiri-
tuali, vel dicas esse materiale dicere tantum capacitatem quantita-
tis, per quam subiectum redditur impenetrabile.

Obijces implicat dari aliquod completum metaphysicum, & non
constare partibus metaphysicis, ergo etiam implicat completum
physicum sine partibus physicis; antecedens patet, quia quidquid est,
ex genere, & differentia constat, per quæ conuenit, & disconuenit
cum alijs, nec est excogitabile metaphysicum completum sine istis
partibus; consequentia patet, quia ita se habet physicum ad partes
physicas, sicuti metaphysicum ad metaphysicas, nec videtur maior
ratio de vno, quam de alio.

Respondetur negando consequentiam, & disparitas huius est, quia
cum compositio metaphysica sit compositio competens rei, per hoc

præcisè, quod quodlibet ens est, & determinatum ens, quæ rationes essentialiter indistincte reperiuntur in qualibet re, idcirco sicuti quodlibet includit essentialiter illa prædicata, nec sine illis esse potest ens reale, ita etiam includit radicaliter, & occasionaliter, ut ita dicam, compositionem metaphysicam. Secundo, quia illam compositionem non includeret, diceretur actus purus excludens omnem potentialitatem, non sic autem in compositione physica, quia hanc non includunt essentialiter res, quatenus ens sunt, cum verè dentur entia realia sine hac physica compositione, ut est Materia, Forma, & Angelus, & ut probavi, si daretur hoc corpus simplex, non inuolueret contradictionem.

Obijces si hoc corpus non poneretur compositum, non haberet id, per quod conueniret cum omni eò, quod est corpus, & differet ab eo quod non est corpus, ergo non haberet suam essentiam benè constitutam, quæ semper habere debet rationem genericam, & differentialē; antecedens probatur, quia de ratione corporis ut sic non est habere quantitatem, quia materia, & forma unitæ, separata supernaturaliter quantitate, adhuc dicerentur corpus, & totum physicum; nō enim videtur, quo alio nomine essent dicendæ, cum essent iam totum completum non ordinatū ad aliud, & tamen tunc non haberent quantitatem, ergo id, per quod constituitur corpus ut sic, non est quantitas, sed aliqua alia ratio prior permanens intrinseca separata à quantitate, scilicet compositio ipsa, quæ est rei compositæ intrinseca. 2. quia ratio corporis ut sic non reperitur in materia sola, & tamen ipsa dicitur quanta, & impenetrabilis, ergo per quantitatem non differet ab omni eo, quod non est corpus &c. Deniq; absq; vlla ratione dicitur corpus constitui per quantitatem potius, quam per aliquid aliud accidens physicum, quod si diceretur idcirco constitui per quantitatem, quia videmus hanc omni corpori competere, tunc diceretur, quod sicuti inductione etiam constat omne corpus esse compositum, & tamen per hanc compositionem non dicimus constitui corpus ut sic, ita neque per quantitatem dicendum est constitui, licet hoc omni corpori conueniat.

Respondeo corpus simplex semper habere id, per quod conuenit cum omni corpore, & differe ab alijs, quæ non sunt corpora, quia licet illud totum unitum esset separatum à quantitate supernaturaliter, illam tamen exigit, tamquam aliquod sibi debitum naturaliter,

vt proprietas ipsius, & per hoc conuenit cum illo corpore, quod dum dicimus nos, esse quantum, non intelligimus debere actualement quantitatem habere, quia ab illa supernaturaliter esset separabile, sed per exigentiam ipsius quantitatis, quæ semper esset in illo corpore, & in omni corpore, ac proinde cum exigentia illa sit intrinseca cuicunque corpori, constituetur tale per aliquod intrinsecum, nec solum sufficit hæc exigentia, vt dicatur corpus, quia vt innuunt aduersarij, adhuc exigentia ista est in materia, & tamen non est corpus, sed ulterius requiritur vt sit ista exigentia in ente completo, ad quod utpotè physicum semper cõsequitur exigentia huius quantitatis absq; ordine ad aliud.

Ad vltimum argumentum dicimus, ideo constitui corpus per esse completum, & exitium quantitatis, non per aliud accidens physicum, quia ipsa quantitas, aut exigentia ipsius est communis omnibus corporibus, & rei materiali distinctæ à spiritu, compositio autem non esset prædicatum commune omni rei completæ, siue actuali, siue possibili à spiritu distinctæ. Dices non videtur à quo exigatur illa quantitas, & per quem rationem. Respondetur exigi ab entitate illius corporis, sicuti exigitur ab entitate materiæ, & in multorum sententia ab entitate cœlorum si ponuntur simplices, ad hoc vt reddatur per ipsam actu impenetrata.

Dices secundo, non videtur in quo subiectatetur quantitas illius corporis, cum illud corpus non haberet subiectum, & materiam in qua subiectantur accidentia physica. Respondetur subiectari in toto illo corpore, sicuti in toto Angelo subiectantur accidentia spiritualia.

Obijces illud corpus est materiale, ergo vel debet cõstare ex materia, vel dicere ordinem ad illam, non secundum, quia cum sit completum non dicit ordinem ad aliud, ergo primum, ergo non est simplex, consequentia prima patet inductione in omni ente materiali, quod vel materia est, vel constat illa, aut dicit ordinem ad illam, nam vel est totum, vel materia, vel forma, vel vnio, vel proprietas accidentalis istorum, ergo &c. secundo, quia denominatio desumitur à forma, sed materiale non ab alio desumi potest, quam à materia, sicuti formale à forma, accidentale ab accidente, & per inductionem in alijs, cuius ratio est, quia denominatio habetur per formam communicatam subiecto denominato, ergo dicere corpus materia-

le, & non habere materiam implicat in terminis &c.

Respondetur corpus illud dici materiale per hoc præcisè, quod habet prædicatum aliquod, scilicet quantitatem, vel exigentiam illius per quod prædicatum adæquatè distingueretur à re spirituali, cui nec quantitas, nec eius exigentia potest competere. De facto autem licet omnia quibus competit hæc ratio materialitatis, aut materia sint, aut ordinata ad ipsam, per hoc tamen non deducitur rationem hanc alijs entibus non ordinatis ad materiā non posse cōpetere non enim valet arguere de facto ad de possibili, sic enim non oportet amplius facere quæstionem de possibili, sed ad cognoscendum an aliquod sit possibile sufficeret videre, an detur de facto, ex quo apparet, quam inefficaciter impugnent hanc sententiam dicentes à simili, quod si esset possibile deberet de facto dari, ut in rerum natura dentur omnes rerum ordines, cum ab ipsis multa concedantur possibilia, quæ de facto non dantur. Ad secundum dicimus denominationem istam materialis non sumi in rigore materialitatis, sed largè pro eodem, ac pro impenetrabilitate, nec mirum cum vocabula, & nomina ex mera hominum impositione assignentur.

Obijciunt communiter alij, illud corpus haberet quantitatem, aliaq; accidentia similia nostris, ergo habere debet sdbiectum, consequentia ista probatur, quia illa habent subiectum, ergo si accidentia huius corporis essent sine subiecto, non esset similia, sed dissimilia illis &c.

Respondent in primis aliqui quantitatem, aliaq; accidentia illius esse diuersæ rationis à nostris, quia illa sunt determinata ad illud corpus, & non poterant esse in alio, sicuti materia cœlorum ponitur diuersæ naturæ à nostra ab aliquibus, & quia illam dicunt esse inseparabilem à formā, & ordinatam tantum ad illam formā, quomodo non est sublunarium materia, at quidquid sit de hoc dico nullam esse repugnantiam, quod res specie diuersæ similia habeant accidentia, sicuti communiter dicitur calorem ignis, Solis, & cordis esse similes, licet differat specie substantia illius eiusdem caloris non distincti specie.

Obijcitur, nulla datur substantia, quæ non sit capax formæ accidentalis, vocationis, durationis, aliorumq; accidentium, nec est excogitabilis substantia carens his formis, ergo neq; substantia, quæ non sit capax formæ substantialis, consequentia patet, quia maiorem

con-

connexionem habet substantia, cum substantia, quam cū accidente.

Respondetur argumentum hoc si probaret, plus probaret quam intendit, nam hinc sequitur etiam Angelum in se debere constare forma substantiali, quia non potest esse sine forma accidentali, sicut neq; alia substantia siue spiritualis, siue materialis; quare respondeo, negando paritatem, & dico maiorem connexionem esse inter substantiam, & aliqua accidentia, quam cum forma substantiali, quia prima requiruntur per se à substantia, qua res creata realiter existens est, & producta à Deo liberè, at verò forma substantialis requiritur tantummodò in ordine ad totum, & sine ipsa forma, & materia esset completa in ratione substantiae, cuiusmodi est Angelus, at sine illis accidentibus non esset completa in omni ratione, quam naturaliter ex se praequirat, vel ut multi sustinent essentialiter praequirat, tamquam operationes debitas enti creato existenti realiter; deinde etiam nos dicimus, hoc corpus includere formam substantialem, imò dicimus esse solam formam, seu actum substantialem completum, tamen non ordinatum ad aliam partem, nec aliam partem includens.

Obijcies illud corpus simplex non esset actus, quia actus alicuius est actus; neq; potentia, quia haec sine actu non est, vel ad actum ordinata est, ergò nihil est, tum quia ex Aristotile habetur, quod quid quid est, aut actus, aut potentia, aut totum est.

Respondent communiter, non esse actum informantem, sed esse actum completum per se stantem non ordinatum ad aliud, cuiusmodi est Angelus.

Dices omnis actus ordinatur ad operari, sed illud corpus nullo genere actionis posset operari, non immanenter, quia actio immanens fit ab intrinseco, & recipitur in ipso, ipsum autem corpus esset inanime; neq; transeunter, quia haec actio excedit limites naturae.

Respondetur argumentum hoc, quod cōmune est in scholis, plures continere falsitates; primò dicimus posse operari immanenter, & esse animatum, imò esse ipsum actum completum operantē tantum materiales operationes, & modo materiali, nè modus operandi, & effectus excednat modum essendi, & perfectionē causae; deinde potest etiam operari transeunter, & quidem falsum est hunc modum operandi excedere vires naturae, cum de facto calor agat in alienum subiectum. Item frigus, aliaq; multa entia operatiua transeunter operentur.

Quæ.

Quæres poſſet nè illud corpus eſſe vegetatiuum, ſenſitiuum, & corruptibile. Quo ad vegetationem relictis multis quæ afferunt Doctores. Reſpondeo poſſe eſſe vegetatiuum, vegetatione tamen, quæ non eſt per tranſmutationem vnius ſubſtantiæ in aliam per illas varias tranſmutationes mediantibus qualitatibus corruptiuis, vt communiter fieri ſolet vegetatio, quia non daretur hæc qualitatium combinatio; nec tranſmutatio ſubſtancialis quæ formam, & ſubiectum requirit, ſed dico eſſe vegetatiuum, quatenus haberet virtutem vnien- di ſibi plures partes integrantes ſicuti ſi manus corpori integrando vniretur, quæ quidem vegetatio eſſet diuerſæ rationis à noſtra; deinde nullum eſt abſurdum ſi dicamus nec eſſe vegetatiuum, nec augeri, aut minui. De ſenſatione. Dico poſſe eſſe ſenſitiuum ſenſatione tamen non requirentem quatuor primas qualitates tamquam ſubiectum diſponentes, ſed alia diuerſa ſenſatione, aut per ſpecies inditas à Deo, quæ non exigent hoc temperamentum ex parte ſubiecti, cæterum dato quod non eſſet ſenſitiuum, quid nam contra corpus ſimplex ſequeretur? cum etiam Cœli ſenſitiui non ſint, & tamen ſecundum multos corpora ſimplicia ponantur. De corruptibilitate dico ipſum corruptibile non eſſe, ſed annihilabile, quia in deſtructione nihil ipſius corporis remaneret. Difficultas autem maior eſt an ſit corruptibile ſecundum vnionem integram incorruptibilibus manentibus ipſis partibus integralibus, ſicuti corrupta vnione materiæ, & formæ ſpirituales, ipſa non corrumpuntur.

Reſpondeo vtrumque poſſe ſuſtineri, eſſe ſcilicet corruptibile, vel per impulſum impreſſum in ipſas partes, vel alio modo, quem non video eſſe impoſſibile, vel poſſemus dicere adhuc ſecundum iſtam vnionem eſſe incorruptibilem, ſicuti etiam vnio integralis Cœlorum ponitur incorruptibilis. Cæterum quodcumque dicatur circa hoc, nil facit contra ſimplicitatem ipſius corporis.

Obijcies tale corpus eſſet nobilius, & ignobilius anima rationali, nobilius quia eſſe completum ſubſtancialitè, & ſimplex (quod vltimum maximè notandum eſt) dicit maiorem perfectionem quam eſſe incompletum, & ordinatum ad aliud, eſſet ignobilius, quia ſubſtantia ſpirituales ſemper eſt perfectior quacunque ſubſtantia materiali, cum multas habeat perfectiores operationes, vt eſt virtus intellectiua, capacitas videndi Deum &c.

Reſpondeo corpus ſimplex ſemper eſſe ignobilius, eſſe haberet il-

la prædicata, quia anima rationalis haberet alia prædicata talis rationis, quæ comparatione illius corporis longè excellentiora sunt, anima enim est substantia spiritualis intellectiua capax Beatitudinis, quæ prædicata talis perfectionis sunt, quod excedunt omnia. Non enim ad esse perfectius alio requiritur, vt contineat totum id, quod continet aliud, sed vt consideratis prædicatis huius, & illius, vnum sit excedens in perfectione reliqua sicuti in rebus etiam simplicibus accidens spirituale, licet spiritualitatem habeat, quæ est prædicatum perfectius materialitate, tamen non est perfectior musica, quæ est substantia materialis, quia prædicatum substantiæ perfectius est reliquis; & tunc rationes secundariæ augent perfectionem, quando sunt unitæ cum rationibus primarijs.

Obijcies exigentia impenetrationis, & quantitatis in corpore, non per alium finem posita est in natura corporea, & Physica, & ab ipsa exigita, nisi vt vitaret corruptionē, nè scilicet vnum corpus intra aliud penetratum, & intimatum in illud ageret, & efficacius expugnaretur, nè v. g. ignis intra terram, aut aquam penetratus secum continuo maiori efficacia, & secundum omnes sui partes approximatus, & penetratus agat; sed illud corpus simplex per nos esset incorruptibile, ergo non posset quantitatem exigere, quia illa non indiget, vt conseruetur à corruptione.

Respondent falsum esse principiū hoc ab aduersarijs assumptum, nam etiam ipsi concedunt materiam se sola esse quantam, & tamen est incorruptibilis, quare dico quantitatem præcisè poni in corporibus, vt quodlibet suum determinatum locum occupet, & vbi est vnū non sit aliud; atq; ad mundi pulchritudinem sensibilia hæc (ex quibus insensibilia, & inuisibilia cognoscimus) distinctè singula percipiamus, licet etiam multa vitentur mala, quæ quidem ex tali corporum penetratione sequerentur, vt speculanti patet. Item Cœli per aduersarios quanti sunt, & tamen in se incorruptibiles ponuntur, ergo falsum est assumptum aduersariorum.

CAPVT TERTIVM.

De Elementorum ad inuicem Conuersionem.

EX quolibet elemento aliud generari posse, & in materiam vnus formam alterius intro duci, communior est inter Philosophos sen-

sententia, hoc statuente Aristotele 2. de Generatione cap. 4. test. 24. & alibi, cum nulla assignari possit ratio cur elementa ministerio primarum qualitatū, itā materiam disponant, ut ipsarum contraria actione expulsiis qualitatibus disponentibus, & conseruantibus formam vnius elementi, ipsa quoq; forma destruatur, & alia introducatur, quidquid dixerint veteres quidam opinantes vnum elementū, quod propter varias qualitates, quas acquirit modò fit terra, modò aer, modò aqua, modò ignis; quam opinionem refutant Conimbrienses 2. de Generatione, Marsilius, Albertus de Saxonia, & alij.

Circā hoc notandum primo, quæstionem exagitari de conuersione immediata, quod idem est, ac quærere vtrum ignis, v. g. possit immediatè in aerem, vel aquam conuerti, aut terram, & è contrā, absq; eo quod aqua, v. g. antequam in ignem transmutetur, debeat conuerti in aerem, & sic mediatè, & non immediatè conuertatur; vel ut alij opinantur debeat prius elementum transire in mixtum, ut indè in aliud elementum transmutetur. Insuper præsens difficultas exagitur, non solum de conuersione elementi secundum qualitates, sed etiam secundum substantiam. Vltèrius dum dicimus elementum in aliud conuerti, non intelligi de conuersione totius elementi, hoc enim naturaliter fieri non potest, quia sic destrueretur hoc vniuersum, & ordinatio ipsius, quæ consistit in quatuor elementis, quidquid tamen in contrarium dixerint Stoici existimantes, aliquandò futurum, ut totus mundus igne comburatur, sed intelligenda est de conuersione elementorum quoad partes, ut docuit S. Thomas in quæstionibus disputatis.

Dico vnicè quodlibet elementum, siue symbolum, siue dissymbolum (symbola intelligo, quibus sunt similes proprietates, ut ignis, & aer, dissymbola quorū omnes proprietates sunt diuersæ, ut ignis, qui est calidus, & siccus, & aqua, quæ est frigida, & humida) potest in aliud quantum est ex natura sua immediatè conuerti, itā Aristoteles 2. de Generatione 24. Marsilius, Albertus de Saxonia, Conimbrienses, & alij, quibus annuit etiam Scotus in 4. distinctione 44. quæst. 3. & hoc ipsum colligitur in 4. distinct. 49. quæst. 13. contrā Ariagam, aliosq; recentiores.

Probatour nostra conclusio, primo ex Aristotele 2. de Generatione 24. & sequentibus dicente, *vniversaliter quidem manifestum est, quod omne ex omni generari natum est.* Quod autem intelligatur de
om-

omnibus elementis, tam symbolis, quam dissymbolis, probat hoc inductione; quod loquatur de immediata transmutatione patet, & ex ipso contextu, & ex ipsa ratione, quam modò adducemus, & quam insinuauit Aristoteles, de mediata enim nulla erat difficultas, cum etiam quodlibet mixtum, quantumuis perfectum, possit fieri ex quolibet, & tamen non dicimus hominem fieri ex lapide, ergo de immediata tantum poterat esse dubium, cui ipse affirmatiuè respondet.

Secundo probatur, quia quod est potentia tale, potest esse tale, quia esse in potentia est posse fieri, sed omnia elementa sunt potentia alterum elementum, ergo omnia elementa possunt esse omnia, & quodlibet potest fieri ex quodlibet, minor patet, quia omnium elementorum, & omnium sublunarium eadem est materia, vt communiter habetur in physica, & quia nullam inuenio rationem sufficientem, quod diuersificari debeant iste materiæ; quando communior pars philosophorum sustinet, adhuc materiam cælorum esse eiusdem speciei cum sublunari, sed eadem materia omnium est potentia omnia, quia ideò est eadem, quia non determinata est ad hanc formam tantum, sed potest omnes, quarum est materia, suscipere, & cum illa forma fieri illud, ergo si elementa habent materiam communem, quatenus habent hanc materiam sunt potentia quodlibet, ergo ex quolibet elemento quodlibet fieri potest quantum est de se; Cumq; indifferens sit quantum est de se ad hanc potius formam, quam ad illam, indifferens est, vt ex quolibet immediatè fiat hoc, vel illud, ergo quodlibet elementum potest in aliud immediatè conuerti, cum conuerti immediatè nō sit aliud, quam ad recessum vnus introduci immediate formam alterius &c.

Respondent aliqui probare solum hoc physicè esse possibile, non autem moraliter.

Contrà quia nulla videtur ratio, cur hoc sit tam difficile, & difficultatem soluemus in responsionibus argumentorum, licet enim à me, & ab aduersarijs, hoc facile fieri non possit, non tamen video, cur ab alijs melioris ingenij non fieret; impossibilia enim multa nobis apparent, quæ tamen alijs artium peritis sunt facillima, vel si homo non faceret, nō videtur cur hoc Angelis denegetur, quibus omniū naturalium scientia est aperta. Deniq; sufficit mihi hoc physicè non repugnare; & propterea dixi in conclusione quodlibet quantum est ex natura sua posse transmutari immediatè.

Probatur tertio ratione, quam insinuauit Aristoteles, quia quodlibet elementum habet cum quolibet qualitatem contrariam, ergo potest

vnum immediatè in aliud conuerti, antecedens patet, conſequentia probatur, quia per actionem contrariam poſſunt qualitates vnius remoueri, vincendo reſiſtentiam alterius, & aliæ induci illi conuenientes, ergo quod elementum non poſſit ſtare cum qualitatibus diſconuenientibus, ſequitur, quod præcedens corrumpatur, & aliud generabitur cui conueniant huiusmodi contrariæ qualitates. Deindè in hoc nulla assignari poteſt ſufficiens repugnantia, vt patebit ex ſolutione argumentorum, tum quia de ſymbolis elementis patet experientia, qua videmus exhalationes ignitas, quæ ſubſtancialiter terra ſunt, in ignem conuerti. Dixi etiam quantum eſt ex natura ſua poſſe immediatè conuerti, quia fortè propter diſtantiam (ſicb quam contrarium opinatus fuit Ruuius) ſtaret, quod ignis non approximatus terræ, immediatè ex eo terra non generetur, licet ex natura ſua, ſi eſſet applicata ſibi, generaretur.

Obijcies ex aqua nequit generari immediatè ignis, quia ex aqua non poteſt generari ignis, niſi prius aquæ materia calore, & ſiccitate ignea congruenti afficiatur, ſed hoc fieri non poteſt, quin prius aqua ipſa in aerem conuertatur, ergo non fit conuerſio immediata aquæ in ignem; probatur minor, quia calor ignis multò efficacior eſt, quam eius ſiccitas, & facilius agit humiditas aquæ, quam ſiccitas ignis, & prius humiditas aquæ ſiccitatem ignis ſuperabit, quam ſuperetur, ergo illa materia aquæ prius erit calida, & humida, ſed calor, & humiditas ſunt diſpoſitiones, ad formam aeris, ergo prius tranſit ad formam aeris, quam ignis, ergo non conuertitur immediatè aqua in ignem. Secundò, quia ſi ignis deberet conuerti in aerem, deberet caliditas ignis remitti, vt fiat ſumma, ad hoc vt ſit caliditas ab aere requiſita, ſed hæc non poteſt remitti à caliditate aeris, quia calor non remittitur à calore, ſed potius intenditur, omnis enim remiſſio, ſeu corruptio, non eſt ab eo, quod eſt eiſdem rationis, ſed fit à contrario. Neq; ab humiditate, quia humiditas opponitur cum ſiccitate, non cum calore, ergo nunquam poteſt ignis reduci ad talem diſpoſitionem, vt recipiat formam aeris.

Confirmatur, quia introductis tanta caliditate, leuitate, & raritate, quanta eſt aeris, quæro quæ forma eſt in aqua, ſi aeris, ergo non immediatè fit ignis, ſi forma ignis, ſequitur ignem non generari ſub maiori raritate, caliditate, & leuitate, quam forma aeris, quod etiam dicere eſt inconueniens.

Reſpondetur ad argumentum cum Copimbricenſibus fieri poſſe, quod aqua ab agente extrinſeco, frigido, & ſicco, magna ex parte deſtrua-

struatur humiditate natua, in quo casu si accedat ignis, expellet humiditatem, quæ remanet, quæ humiditas per agens extrinsecum attenuata fuit, & facta minor siccitate ignis, & etiam frigiditate, & sic generabitur ignis, cum tunc non sit humor aeri procreando requisitus, & sic non in aerem, sed in ignem immediatè conuertetur. Ad vltimum, similiter respondetur posse ignem ab agente frigido prius remitti, deindè adueniente humiditate summa aeris expellente siccitatem remanet materia calida, & humida, & sic habet dispositionem ad formam aeris prærequisitam.

Nec ex eo quod aer possit in ignem conuerti, sequitur quod si semel accenderetur aer, nunquam posset extinguì, cum nunquam ignis pabulo inuento extinguatur. Nam aer vim quoq; habet resistendi, & elementorum vires attemperatæ sunt in agendo, & resistendo, vt perpetuò conseruari possint, quod tamen non officit, quin aliqua eius pars in pugna deuincatur, & in ignem possit conuerti, quia sic non destrueretur ordo vniuersi, sic ex attritu silicis cum calibe videmus ex aere repercusso ignem excitari.

Ad confirmationem respondetur licet haberet caliditatem, raritatem, & leuitatem, si tamen per agens siccum, & frigidum fuisset priuata humiditate, & deindè paulatim calor, & leuitas introducta esset, non posset habere formam aeris, licet haberet calorem, & siccitatem similem, quia deficeret humiditas summa ad formam aeris requisita.

Obijces 2. aqua non potest immediatè fieri ex igne, ergo &c. antecedens probatur, quia prius oporteret materiam ignis, dum ad formam aquæ disponitur, frigus recipere, atq; ita ignem friges fieri, quod tamen fieri nequit; tum quia hoc docet Aristoteles 2. de partibus animalium cap. 2. & D. Augustinus supra Genesim ad litteram cap. 4. tum quia introducta media latitudine summæ frigiditatis in materia ignis, vel in ea est forma ignis, vel aquæ, si aquæ, sequitur quod aqua generatur in materia non actu frigida, imò calida, idest habente caliditatem adæquatè aquæ disconuenientem, quia sic ignis esset, & non esset calidus in illa materia, quia continuo intenditur in illa frigiditas.

Respondetur primo cum Conimbricenses aquam posse ignem in se conuertere antequam ignis tantam recipiat frigiditatem, vt ignis absolutè dici possit frigidus; licet enim tunc extra suum statum naturalem aqua generaretur, videlicet cum calore, quem tamen postea a se expellit vi suæ frigiditatis quantum potest, quæ frigiditas a forma ipsius aquæ emanat, si aliundè non sit impedita, sicuti è contra vapor qui est

substantialiter aqua, est multum calidus.

Respondent 2. alij apud Marsiliū non esse inconueniens, quod ignis in via corruptionis stet in materia actu frigida, & cum dicitur, quod ignis est calidus, & non potest frigescere, intelligitur in statu conaturalis dispositionis, vel propè illam.

Obijcitur, elementa dissymbolica sunt extrema, sed nequit fieri transitus inter extrema sine medio, vt patet inductione in omnibus, tam in motu locali, quam alijs, sic etiam semen non statim in formam corporis transit, sed prius in formam embrionis. Item panis non statim transit in lignum, sed prius in terram, ergo &c.

Respondetur ordinem istum inter extrema, & media non esse essentialē, sed accidentalem, essentialiter enim, & ex natura sua possunt vnum in aliud transmutari. Deindē dicimus, huiusmodi elementa dici tantum extrema ratione distantiae, & situationis localis, vnde non fit transitus localis de aqua ad ignem, nisi per aerem, aer enim est medium secundum locum, non autem est medium secundum mutationem, nam quantum est ex natura elementorum, tam oppositus est ignis cum terra, quam etiam cum aere, & tota oppositio est accidentalis, ratione scilicet qualitatū, quæ ita contrariantur cum qualitatibus vnius, ac alterius elementi. Ad alias experientias dicimus tales formas prærequirere prius tales dispositiones ad sui introductionem, ad quas dispositiones concurrat talis, vel talis forma, in casu autem nostro possunt ita extenuari qualitates vnius elementi ab aliquo agente extrinseco, vt nō possit sequi nisi tantummodò forma vnius elementi determinati.

Obijcies, implicat vnum elementum in aliud conuerti, nisi prius in mixtum transeat, ergo &c. probatur, quia dum vnum elementum v. g. aqua aget in ignem, debet frigiditas aquæ agere in calorem, & introduci in materiam ignis, sicuti, & humiditas vt agat in siccitatem, & contrarietas fiat in eodem subiecto, sed quotiescunq; in subiecto sunt introductæ quatuor primæ qualitates ibi non est forma elementaris, sed forma mixti, quia mixtum est, quod quatuor primas qualitates continet, ergo &c.

Respondetur non vbi dantur quatuor primæ qualitates in actu contrarietatis, & pugnæ, dari ibi formam mixti, sed donec à debita dispositione requisita ad tale elementum non destituatur, nunquam desinet esse forma elementaris, tunc autem quando est destituta illo temperamento, quia est introductum temperamentum proportionatum pro alio elemento introducitur forma alterius elementi non mixti, nec

repu-

repugnat dum est in via transmutationis habere materiam suam illas contrarias qualitates, & omnes illas quatuor, sed repugnat illas habere, dum est in suo statu naturali, sicuti dantur in statu naturali in mixtis ille primæ quatuor qualitates elementorū, elementa autē statim, ac eius forma est introducta, expellunt alias qualitates sibi non debitas, & duas tantū retinent, sicuti aqua quantumvis calefiat, statim ac relinquitur suæ naturæ deperdit contrarias illas qualitates, & duas tantum humiditatem scilicet, ac frigiditatem retinet.

Obijcies ex Ariaga, primò aqua in ignem coniecta conuertitur in aerem, vel fumū. Secundò ignis si aerem in se conuerteret posset illo in fornace nutriri, & dum magnus mons comburitur, etiam si ligna sint extincta, posset ignis nutriri aere montis. Item ignis nunquam aquam in se conuertit, vt patet in lampadibus.

Respondetur ad primum, aquam in igne coniectam immediatè conuerti in ignem, nec semper verū est conuerti in fumū, vt si aqua in magno igne apponatur. Ad secundum dicas posse aliquantulum ignem aere nutriri, sed quia statim ille vincitur, statim in ignem conuertitur, & ideò statim consumitur pabulum, neq; posset in magno monte conseruari, nisi sit in illo materia sicca, & calida, in qua tamquam in subiecto disposito per viam aggenerationis conseruaretur. Ad aliud dici potest aquam in ignem non conuerti in lampade, quia cū sit frigida, & humida, & ille ignis sit in materia rara, & in pauca quantitate, non habet tantam actiuitatem, vt possit superare humiditatem, & frigiditatem ipsius aquæ, vnde potius aqua ignē conuertet in se, quam è contra, quod si seruaretur proportio inter hæc duo, & humiditas aquæ, ac frigiditas essent attenuatæ per alia agentia, statim in se aquam conuerteret, vt patet de gutta aquæ posita super magnum ignem.

Obijcies quodlibet mixtum non potest in aliud transmutari, ergò neq; quodlibet elementum in aliud, cum elementa maiorem habeant contrarietatem quam mixta, quia mixta habent contrarietatem ratione elementorum.

Respondetur ideò non posse quodlibet mixtum in aliud transmutari immediatè, quia multa mixta determinant sibi quandam figuram, dispositionem, & organizationem in materia, quæ alteri mixto non possunt conuenire, hoc autem non conuenit elementis, quæ non habent nisi solam contrarietatem, quæ potest per pugnam vinci, & superari, & consequenter expulsis primis dispositionibus contrarijs aliud introduci, cum non habeant aliam oppositionem.

Obij.

Obijcies ex Ariaga, impossibile videtur terram in ſe aerem conuertere, nam quæ deſinunt in terram, non ex actione terræ, ſed ex corruptione aliorum entium deſinunt, ſic ignis deſinit in terram, ſic cineres ſunt terra elementaris, ſic homo corruptus deſinit in pulueres, non tam actione terræ, quam natura ſua, vnde inſuſus in ciſta in terram deſinet, ergo incredibile videtur, quod terra in ſe aerem conuertat.

Confirmatur, nam ſi fiat infrà terram exiguum valdè foramen, in æternum non conuertetur ille exiguus aer in eo foramine exiſtens in terram, ergo non eſt, vnde inferatur terram in ſe aerem conuertere.

Reſpondetur nimis vulgariter loqui aduerſarios, exempla enim ruſticiſimo primo intuitu concludentia videntur, falſum enim eſt terram ita actiuam non eſſe ſua frigidityte, & aliquantulum ſua ſiccitate (iſtas enim qualitates actiuas eſſe probauimus ſupra) vt agens cum alijs elementis aliundè in ſuis qualitatibus attenuatis poſſit illis qualitatibus ſuperatis in ſe elementum conuertere.

Ad confirmationem falſum eſt aerem inſuſum intrà foramen non corrumpi, & per corruptionem conuerſi in terram, & nescio vnde repugnantiam hanc colligat Ariaga; Quod corrumpatur patet, videmus enim aerem intrà cubicula inſuſum corrumpi, cur autem non conuertatur in terram poſt hanc corruptionem nescio vnde colligatur, nam ſicuti ſua frigidityte, & humiditate aqua aerem conuertit in aquam, ſic enim ſi vaſa vitrea impleas niue, videbis aerem illi vitro adhærere, ita vt colligatur, & alter adueniens iterum adhæſebit, & colligetur, & hoc modo aerem congelauimus, & in aquam conuertimus, quam nos rectificauimus, & in tantam venit ſubtilitatem, vt etiam manus calore ſuſum aſcenderet, ita ſimiliter conuertatur in terram.

Obijcies ex eodem, terra in aquam, & aerem nunquam immediate conuertitur, quia ſi ponatur exigua pars terræ in magno ſchyſo, aut Cantharo aquæ, cadet ad fundum, & ibi perpetuò manebit, nec conuertetur in aquam, nec flumina augentur conuertendo in ſe littora, etiam ſi rapiant ſecum partem terræ, eodem modo in aerem non conuertitur terra, nec vnquam viſus eſt aer augeri terra, nam ſi in ſuprema regione, vbi aer eſt in ſuis qualitatibus proprijs ponantur puluiſculi terræ nunquam alterabuntur aere.

Reſpondetur nimis debilitè argumentum procedere, vnde enim ipſe colligit, terrā ipſam mutua actione ab aqua in ſe non conuerſi etiam ipſemet fatetur exhalationes terreas, quæ ſunt ſubſtancialiter terra, mutua actione in ignem conuerſi, vt apparet in impreſſionibus ignis, ſic

etiam

etiam mutua actione aquæ supra terram successu temporis potest in se conuertere, nec mirum si nō videamus schysm terræ in aquam totum conuerti, adeo enim attemperata est virtus actiua elementorum ad inuicem ad conseruationem vniuersi, vt non nisi post magnam pugnam parta victoria vnus pars in alterum conuertatur, & quidem in suprema regione maior fiet conuersio terræ, seu exhalationum sursum eleuatarum, imò exhalationes istas, sustinet communior pars, in aerem, & in ventum deindè conuerti.

Quoniam verò communis est inter Philosophos sententia, facilius symbola quam dissymbola elementa ad inuicem transmūtari, quod scriptum reliquit Aristoteles, rationem huius oportet inuestigare.

Rationem assignarunt aliqui, quia facilius deperditur vna qualitas quam duæ, facilius autem est duo quam vnum superari, rationem hanc tradidit Aristot. verum hæc aristotelis explicatio nisi meliorem habeat explicationē subsistere non potest, primo quia idē per idem explicatur, cur enim facilius est amissio vnius, quam duarum, ita sanè se habēt duo ad duo, sicut vnum ad vnum expugnandum. Dixerunt alij faciliore esse transitum, quia ex eo quod elementa symbola conueniant in vna qualitate, conueniunt etiam in formis substantialibus plusquam dissymbola, per consequens habere proprietates secundas similiores, quam habeant dissymbola, quæ maximè differunt, hæc autem secundæ qualitates vincuntur difficilius, quia etiam magna ex parte primis destructis adhuc secundæ restant, vt patet in terra, & aqua, quæ licet calidissimè adhuc tamen retinent grauitatem, quæ est secunda qualitas, & hinc oritur maior illa difficultas in vna quam in alia transmutatione.

Sed neque explicatio ista soluit difficultatem, nam vel illæ secundæ qualitates debent destrui à primis, vel à secundis. Si à primis, ergo primæ qualitates debent duas destruere, & primas oppositas, & secundas ergo sicuti ibi vna prima qualitas debuit destruere primam oppositam qualitatem, & aliquas secundas pauciores in dissymbolis sic duæ primæ qualitates debent destruere duas primas, & plures secundas, ergo seruetur eadem proportio. Si dicēs secundas istas qualitates destrui à secundis, sequitur etiam eadem proportio, nam licet, in dissymbolis sint plures destruendæ, sunt etiam plures destructiua, & ita multiplicata si est vis resistitiua, multiplicata quoq; est vis actiua.

Aliter dicere possent faciliorem esse transitum in symbolis, quia in dissymbolis vna qualitas alteram corroborat, non autem in simbolo propter conuenientiam, quare humiditas aeris quæ per vnā horam


refi-

resisteret siccitati ignis, coniuncta in aqua cum frigiditate resisteret per horam cum quadrante, quia corroboraretur à frigore, & vtrumq; contrarium contra cōmunem hostem fortius fit, quod cū aere non accidit.

Sed contrā, responsio ista manifestum petit principium, in primis nescio vnde proveniat ista corroboratio, cum contrarietas sit vnius qualitatis respectu alterius, non verò respectu duarum calor enim opponitur cum frigore, non cum humiditate. Deindè sicuti corroborantur qualitates resistitiuæ rei transmutabilis, ita etiā corroborabuntur qualitates transmutantis, cum totum agens secundum ambās qualitates sit contrarium, à simili etiam impugnari potest solutio huius difficultatis traditæ ab Auerſa, cum coincidat, cum ista vt legenti patet.

Huic difficultati insistens, propositioni Aristotelis duplicem assigno rationem menti Aristotelis & verbis magis conformes, primo faciliorem dico fieri transmutationem in symbolis, quia cum in his destruenda sit vna tantum qualitas, non est necesse vt totaliter destruat, sed satis est si destruat secundum maiorem partem v. g. vt quatuor, quia si sit vna qualitas vt quatuor satis est ad productionem elementi, v. g. si aqua destruat in aere quinque gradus caloris, ponendo quatuor frigoris, cum aer sit humidus vt octo, & iam sit frigidus vt quatuor habet sufficientes dispositiones vt fiat transmutatio; in dissymbolo verò sunt duæ qualitates superandæ quarum vna saltem est producenda in gradu valdè intenso, ad hoc vt fiat transmutatio in dissymbolum, v. g. vt ignis conuertat aquam in se, debet in illa producere calorem supra septem, & siccitatem vt 6. difficilius autem est producere qualitatem in summo, & alteram saltem vt sex, quam solum producere vnam solam, v. g. vt quatuor, ergò difficilior est transmutatio in dissymbolum, & per hanc explicationem benè concordantur verba Aristotelis.

At melius respondeo rationem huius facilioris transmutationis assignando, quia si agens per duas, vel plures qualitates agat, secundum plures etiam ab eodem repatietur, nempe secundum omnes quibus agit, ac proindè magis remouebitur à suo statu naturali, quia si per vnā tantum ageret, & non secundū aliā, agens pateretur tantū secundum vnā, & sic minus remoueretur à suo statu naturali, quo magis autem recedit à statu naturali, eo minus virtutis actiuiæ retinet, quia vergit ad interitum, ergo minus actiuitatis remanet ad agendum, & transmutandum.



CAPVT QVARTVM.

De Mixtione, & Mixtorum speciebus.

Post habitam aliqualem de elementis in communi cognitionem, restat aliqua de mixtis breuiter attingere, triplex in vniuersum assignatur mixtio. Prima imperfectissima, quando scilicet ita miscentur plura, vt singula per se pateant esse diuersa, etiam ad sensum. Secunda est cum plura ita permiscentur inter se, vt videantur esse vnum ad sensum, quamuis reuera sint plura, & aliquando etiam separabilia per artem, sic ex aqua, & vino fit liquor tertius, ex pluribus metallis fit quoddam mixtum, & tamen ea quæ miscentur possunt aliquo modo separari. Tertia mixtio est quando plura ita miscentur, vt faciant vnum tertium, in quo separari non possunt partes permixtæ, sic multi colores conficiunt vnum colorem, dum permiscentur pulueres colorati, multa medicamenta conficiunt vnicam compositionem, vt in Terriaca. Porro hæc tertia mixtio dupliciter esse potest, primo si nihil aliud substantiale producat in ijs rebus, quæ commiscentur, sed solum remaneant ea vnita vt videtur esse mixtio ex metallis, & similes, & metheora omnia, in quibus non datur forma mixti distincta, sed sunt ipsemet formæ substantiales aquæ, & terræ, hæc autem appellatur iuxta positionem partium, seu compositio, secundo si in ipsis partibus vnitis producat alia forma substantialis de nouo, quæ sit forma mixti, quasi superior ad particulares formas, & illarum proprietates, talis videtur esse mixtio in animali v. g. equo, in quo præter elementa vnita, datur etiam anima. Dari tertiam speciem mixtionis, iam assignatam patet in exemplis allatis, difficultas solum est an detur solum primo modo, an etiam detur secundo, Empedocles, & Anaxagoras ex antiquis Philosophis, & postea Auicenna, & multi ex medicis, quos citat Baconus in parte de mixtione, dicunt omnem mixtionem esse per iuxta positionem partium, abique quod producat noua forma substantialis. Hæc tamen sententia reiecta fuit alibi, quia tollet de medio Generationem substantialem in rebus perfectis, quales sunt mixta, & ita homo quatenus homo esset ens per accidens, quia reduplicaret unionem accidentalem harum partium. Præterea omnia mixta essent eiusdem speciei, quia constarent iisdem quatuor elementis, & solum differrent, quia aliqua plus haberent de vno, alia plus de alio, quod certè non posset facere tantam diuersitatem

tatem mixtorum, tandem de homine est de fide dari animam, quæ est forma spiritalis, & non congregatio formarum elementarium, quare hæc sententia defendi non potest vniuersaliter.

Vtrum autem detur aliqua mixto per solam iustapositionem plurium, non videtur posse negari, cum pateat ad sensum, solum posset esse controuersia de nomine, scilicet an appellanda sit mixtio hic definita ab Aristotele, ideoque eius definitio est explicanda. Definit hic ergo Aristoteles mixtionem. Mixtio est miscibilium alteratorum vnio, nomine miscibilium intelligit ea quæ miscentur denominatiuè accepta, non formaliter quatenus miscibilia, vnde immerito Scaliger hanc definitionem caluminiatur, quasi definiat idem per idem, nempe mixtionem per miscibilia, Aristoteles enim hic non accipit miscibilia, vt miscibilia formaliter, sed ea solū, quæ misceri debent, sicuti si dicerem ambulatio est noua acquisitio successiua spatij in ambulante, benè explicarē definitionem ambulationis, quia terminus ille ambulans stat solum denominatiuè. Dicit ergo Aristoteles, ea quæ miscentur debere alterari, quia prius elementa debent in se pati, & reagere, vt refrangantur eorum qualitates, & fiat dispositio necessaria ad formam mixti. Nomine vnionis non intelligit vnionem localem, quam appellare potius iusta positionem, sed vnionem substantialem, qua materiæ diuersorum elementorum substantialiter continuantur, ad quam vnionem requiritur forma mixti vnita cum eadem materia, non enim possent vniri plures materiæ simul vnione substantiali, nisi etiam sit vna forma substantialis informans totam illam materiam iam substantialiter continuatam, & factam vnā.

Præsens nostra quæstio intelligitur de mixtis imperfectis, in quibus non datur forma substantialis distincta ab ipsis elementis, sed vapor substantialiter est aqua, & exhalatio substantialiter est terra, idcirco metheora mixta imperfecta appellantur. Quæri solet vtrum elementa maneat formaliter, an verò virtualiter in mixto, verū quia difficultati huic communiter respondetur manere tantum virtualiter, idcirco in præsentī omitto, & ad species mixtorum descendo.

De coagulabilibus, & dissolubilibus.

Ex mixtis ergo sciendum aliqua esse coagulabilia, & sunt quæcumque aquea, & terrea sunt, & etiam quæ tantum aquea. Quæ aquea à frigido non humido coagulantur, quæ autē ex terra, & aqua sunt mixta, & calore, & frigore coagulantur, ratione patet, quia id per quod coagulatur, contrarium est ei per quod dissoluitur, quia contrariorum

con-

contrariâ est ratio vt docet Aristoteles, sed aqua calido dissoluitur, ergo frigido congelatur quatenus frigido; non vt humido quia humidum non facit consistere cuiusmodi coagulata esse debent, sed fluere, & diluere; quare Christallum aut glacies cum caliditate soluantur, ipsa caliditate non coagulabuntur, ac propter calorem etiam huiusmodi coagulata aqua calida soluentur. Item mixta ex aqua, & terra, quia humiditate, & frigiditate soluantur caliditate, & siccitate coagulantur; propterea aliqua aqua calida non coagulantur, quia est calida, non tamen est sicca. Coagulata autem, & composita ex aqua, & terra à frigido non totaliter humidum, & omnem calorem expellente hæc à calido, & si non in magna quantitate liquefcunt iterum, sic lutum quod per frigus congelatur aliquantulum, nec tota humiditas, nec calor abiit facile aduentu solaris caloris iterum liquefcit, ac lutum fit.

Sciendum etiam dissoluere non esse mutare, sed tantum subtiliare, hoc suadet experientia nam si supra soluta metalla, aut salia in aqua superponatur aliquantulum salis, statim ad fundum descendunt corpora soluta.

De exsiccabilibus, liquabilibus, & calcinabilibus &c.

Insuper alia sunt desiccabilia, alia non, prima sunt quæcunque aut aqua, aut aquæ species sunt; hæc autem sunt quæcunque; intrinsicam habent aquæ naturam, & quæ ab extrinseco aquam habent, vt vestis madefacta; Item quæ nullam, vel parvam hypostasim habent, cum aquosa sint, vt vinum, vrina, & serum desiccantur. Viscosa autem, quia ob viscositatem sibi annexam aliquam habent subsistentiam, propter quam ab humido quod in ipsis est nequeunt separari, ideo non desiccantur, vt sulphur, pix, cæra, & similia. Quæ aqueæ sunt, dum desiccantur totaliter destruuntur, quia desiccantur per amissionem humiditatis, qua amissa nil remanet; non sic quæ aquea simul, & terrea sunt, namque humido amisso terra manet, vt patet in metallis, lapidibus, & calce.

Exsiccantur omnia à calido vel interiori, vel exteriori. Interiori, nam vestes frigori expositæ ratione frigoris obsidentis calor in ipsis existens contrarium fugiens, euaporans, secum humidum trahens vestes exsiccatas relinquit. Ab exteriori verò, dum calor extrinsecus evaporare facit humidum quod in ipsis est. Hæc autem intellige de exsiccatione via naturali, nam aliter artificiosè res exsiccantur spongijs, siue exprimendo, aut alio modo.

Quæ connaturale habent humidum tantum ab extrinseco euaporât, veluti lac, & aqua, quæ quantumvis frigori reliquantur, non desiccant.

bantur, sed solum calore extrinsecus appposito.

Modus quo fit exsiccatio, idem est cum eo, quo fit liquatio, nam ex materiae diversitate quædam liquefcunt, alia verò exsiccantur. Quæ enim humiditatem habent non benè commixtam cum terreo, hæc calore sollicitante, quia humiditas erat quasi extrâ, foras auolat, & exsiccati dicuntur. Liquefcunt autem quæ humidum habent benè commixtum cum fixo, ita tamen vt fixum cædat superantè humido, & iuxta maiorem vel minorè fixi resistentiam facilius, vel difficilius liquefcant.

Ex liquabilibus quædam aliquando calcinâtur, & non fluunt, & calcinabilia aliquandò fluunt, & calcinata tandem liquefcunt. Primum accidit si subito igne vehementi corpus tormentetur, & humiditatem ipse aggrediatur vt ipsa attenuetur, atq; fixæ itâ disponantur vt humiditas sequi possint, illa pars magis aquea quæ citius attenuata fuit, auolat, & res calcinari dicuntur. Hinc habes, quod sicuti nunquam auolat humiditas ex mixto, quin secum deferat partes fixas aliquas cum ipsis, itâ etiam reliquæ partes fixæ nunquam remanent omni humido destitutæ, sed semper in cineribus ipsis adhuc aridissimis innata aliqua remanet humiditas, propter quod magno igne sollicitata fluant in vitrum vt patet de cineribus illius herbæ, ex qua fit vitrum, sicut fit etiam vitrum ex plumbo calcinato, de quo in libro de mineralibus (quod vitrum, ego apello canem minorem enigmaticè) tunc enim humiditas illa benè compacta cum fixo calore vehementi attenuatur, & fluit. Hinc ex cineribus omnibus cuiuscumq; rei haberi potest fusibilis materia virtute magni ignis, quam tantum commendarunt philosophi.

Aliqua autem & si metallica, & fusibilia, nisi tamen illis aliqua quæ fusionem habent apponatur, difficillimè fluent, idcirco balneum humidorum paratur illis; sic cineres alio vitro fuso fluunt facilius, & pulueres metallorum difficillimè fluent, & calcinarentur, nisi super fustum metallum ponantur, & hoc in mineris maximè notandum ab artificibus, vt dum partes minere fluere non valent iuventur apponendo illas super aliud metallum fustum, quia aliter vis ignis, antequam ad fluiditatem conducat, paruorum puluerum humiditatem extenuabit potius, quam fluere faciet.

Ex corpore exsiccabili, si terreum, & aqueum est, vapor & exhalatio habentur pro metheororum materia, si solum aqueum, habetur vapor tantum, vnde pluuiæ.

De mollificabilibus, humectabilibus, ac indurabilibus.

Iterum mixtorum alia mollificabilia, alia non. Mollificantur quæcunq;

cunq; sunt terrea, & aquea, quia molificari est rem duram tractabilem fieri, non autem fluibilem, molificari enim est quid medium inter dissolutum & durum). Durities autem non habetur sine sicco, nec siccum solum mollescit, quia semper durum est, & fluere non potest, quod proprium est humidum, hinc quo magis de humiditate bene compacta participant, facilius mollicantur. Mollius enim aurum, quam argentum. Mollicantur res vel addendo nouam humiditatem, qua prima fiat maior, vel per calorem dilatando primam; hinc videmus metalla per siccorum projectionem super ipsa, arsenicum scilicet sulphur, & alia huiusmodi frangibilia reddi, nec dulciuntur nisi per humiditas medicinas.

De putrefactibilibus, in quo expenduntur artis transmutatorie principia multa.

Rursus mixtorum alia putrescunt, alia non. Est autem putrefactio corruptio illius caliditatis, quæ cum humiditate cuiuscunq; rei reperitur, & conuenit illi secundum naturam illius; corrumpitur autem hæc caliditas intrinseca à caliditate extrinseca ambientis; licet non ambiat vndequaq; sic paludes corrumpuntur esto tantum à Sole ex parte superiori ambiuntur, licet facilius corrumpantur, si vndequaq; ambiuntur, cum enim in vnaquaq; re dentur quatuor primæ qualitates, & consequenter habeat humiditatem cum calore mixtam, à qua detinentur res ne expirent, si detur agens ambiens maioris caliditatis (nam si est minoris, vel æqualis caliditatis cum passo, non valet illam expellere, quæ debilius non possit in fortius, nec attenuare valet humiditatem rei cum qua auolet calor intrinsecus) expellet humiditatem, & cum illa auolare facit illum calorem, & hinc res facit putrescere, est enim humiditas vinculum partium spirituosarum cum fixis in corporibus, vnde quia ignis calor non est amouibilis, neq; humiditatem habet, putrescere non potest, nec calor internus ignis, utpote summus superari potest ab alio calore. Ideo etiam, quia maior est calor internus in rebus feruentibus, & bullientibus, quam extrinsecus calor ambientis, hinc bullientia, ut bullientia non putrescunt.

Aer facilius cunctis potest putrescere, quia ipsius calor qui non est in summo, potest auferri à calore extrinseco, conante humidum destruere, & secum calorem trahente aliquo modo, & sensibilibus frigore ipsius aeris resistente, nam si frigus ipsius non resistit, absorbetur, & non dicitur res corrumpi. Vbi diligenter notandum calorem extrinsecum non debere esse in magna quantitate, sed paulo maiorem intrinseco calore, sic namq; dum volumus ouum corrumpere, aut alia, non exponimus
calori

calori magno, sed calori temperato paulò maior proprio; hinc corrumpitur sub fimo, calore gallinæ, & cum moderato calore in forno lento, vnde etiam habetur, quod ad aerem purgandum adhiberi debet ignis magnus, non parvus, quia sic putresciet, idcirco etiam subita, & efficax attenuatio humiditatis aperiens aditum ut fluat, dicitur ab Aristotele violenta; quare ad putrefactionem sufficit si calor extrinsecus tantillum excedat internum, quod diligenter obseruetur, cum in hoc fundetur tota ars transmutatoria. Hinc etiam habetur optimum esse ad corrumpendum calorem humidum, quia calor humiditate attemperatur in sua aëritate, & sic non aget in passum cum tanta violentia ut absorbeat, sed putrefaciet tantum.

Terra etiam, & aqua putrescere possunt, quia habent semper admixtum calorem, & humorem, quò magis in pura elementa, eò magis putrescibilia; hinc tot putrescentes aquæ, & terræ videntur, sic aquam æstate non multum durare, sed putrescere; in hyeme verò, quoniam calor parvus est, non nisi post multos dies corrumpuntur res. Res congelata, qua congelata, non potest putrescere, quia cum congelatio habeatur à frigore, manente congelatione manet frigus, & consequenter non erit calor superans externus.

Cur autem in animalibus mortuis tot ex putri nascentur animalia. Rationem dat Aristoteles paucis verbis, quia in putrescentibus calor naturalis, qui est pars viuida, & spirituosus, & apta facere nasci, & est spiritus quidam animalis, & veluti sperma, & semen, expulsus per calorem externum, coniungitur cum particula aliqua animalis relicta ex illo corpore putrescente, illamque consistere facit, & in illa receptus sua naturali virtute partem illam disponit, & format in animal &c.

Collige ex dictis per putrefactionem dissolui corpus, quia humiditas attenuata non conseruat partes spirituosas vnitas cum fixis, in qua vnione consistit compositum, cæterum partes illæ spiritusque non auolant, sed remanent vnitæ cum humido maior saltem pars, eò quia humidum non totaliter attenuatur, ut partes valeant auolare, ut patet de humiditate vntuosa, ideò non putrescit facillè cera, aut sulphur, ob nimiam scilicet vntuositatem, quæ non permittit partes auolare, & sic lutum facillè exsiccat sole, quia humiditas huius est aquea, & facillè exhalabilis, non verò cera.

Hinc nota, & attentè frustra illud laborare, qui veras medicinas querit, si corpora, vnde medicinas extrahit, non putrefacit, quia per putrefactionem partes spirituosas, & viuidas, non auolant, sed illæ ligatæ

manent, vt possint cuicunq; alteri corpori adiungi cum penetratioe, & ingressu, quod si facta penetratione fiat perfecta concoctio facta erit perfecta medicina; per calcinationem autem auolant huiusmodi partes, & deperduntur, ac proinde calcinatio minus adhibenda, & si necessitate ductus corrosiua, & aquas fortes adhibes, corrumpas postea calcinatum corpus, coquas, & fixes. Soluta enim per calcinationem, non sunt facta subtilia, sed tantum minutim concisa, & totam habent crassitiem. Putrescant igitur tam lapides, quam metalla demptis corrosiuis præcisè si inducatur talis temperies, vt humidum calidum se paulatim insinuet in substantiam, & humidum metalli, vel lapidis se paulatim debent aperire, vt admittat actionem externi caloris soluentis, & attenuantis, & sic putrescant.

Nota insuper calorem attenuantem non necessario requiri si sit ambiens, potest enim fieri putrefactio si calidum, & humidum etiam permisceatur cum corpore putrescibili &c.

Putrescit citius aqua pluuiæ, quam fontanæ, quia prima attrahit à nubibus maiorem copiam spirituum, actiuorum, & subtilium euolantiū, & corruptibilium, fontanæ verò spiritus magis sunt fixi, vtpotè a terra deducti. Ob dictos spiritus facilè confluentes alterantes aerem, & ob alios veneficos spiritus infectatur aer, & animalia pestiferè occidunt. Habes etiam, febres putridas frigida hyeme gigni, sicut & apostemata, quia poris frigore clausis spiritus ignei non valentes exire, alterant humores, & suo calore putrefactionem inducunt.

Nigredo non semper est primum signū putrefactionis, aliqua enim putrefacta crocea euadunt, alia nigra, alia albā, quam vulgò, putrefactionem albā vocamus (muffam). Ratio totius est, quia cum color oriatur ex partis sulphureæ maiori, vel minori puritate, iuxta illius diuersitatem, & vnionem cum materia humida colores oriuntur diuersi.

In putrefactione sentitur fetor, quia fetor habetur per exhalationem spiritus cum humido, odor verò per exhalationem spiritus cum sicco, exhalatio ergo spiritus cum humido est in putrefactis, nam cum res putrefacta calorem amittat secum humidum trahit.

Rursus quædam combustibilia sunt, quædam non. Combustibilia dicuntur, quorum humiditas ita attenuari potest vt auolet, & clarius, quæ tales meatus habent, vt intrare possit ignis, & humidum illorum absumere; quæ autem meatus non habent, nec humiditatem, quæ ignis deuoret, vt sunt cineres, non comburuntur, quæ autem solo frigore coagulata sunt, sunt tantum liquabilia, & consumuntur ab igne resoluendo

do tantum illa in vaporem, & si quae sunt, ut ipsorum humiditas tota auolare non possit, non comburuntur, & tale tantum posset esse aurum, quorum humiditas, ut ab omnibus dicitur, non separatur, nec ab igne ut narratur de tela confecta ex Amiante, qui communiter dicitur linum asbestinum, & non comburitur igne &c. sicut carta facta ex ipso, & ut purgetur, igni exponitur, & ex qualibet re dicunt separari substantiam aliquam dictam aurum rei, quae incorruptibilis est. Item oleum inextinguibile lucernarum factibile est; & quomodo fiat, docetur modus, sumatur calcis viuae, salis alkali, salis communis, & aluminis plumae prius vltae anauncias tres, & misceantur cum libra vna olei communis, & spatula lignea per horam misceantur simul, ponantur deinde in elambicco ad distillandum lento prius igne, ut moris est, distillatum misceatur iterum cum faecibus, & redistilletur, & hoc fiat saltem septies, & quo magis distillatur, semper faeces pistando cum ipsis, & distillando, eo melius, & oleum inconsumptibile euadit, in hoc si spiritus diu ebulliantur, fixantur pro medicinis. Item in ipso luna si prius cimentata, deinde fusa extinguatur fixatur ad pondus auri; aliaque plura secreta huius olei mihi reseruo, aliud oleum inextinguibile in tractatu de ignibus lucernarum sub terra perpetuis inuentis habetur.

Multa ligna, lapides, & animalia numerantur, quae igne non comburuntur, ut dicitur de Ceraunio, de Aitere, ab alijs dicto Gagete, de Apiroto, de Alumine, quo illinita ligna a combustionem praeseruata narrantur. Idem de Larice arbore, quae nec ignem concipit, nec in carbonem conuertitur, ligna Setim igne non cremantur, Gallocamelum prunas deglutire, Salamandram ignem tactu extinguere, & spinalem medullam Salamandrae exsiccatam positam cum oleo illo inextinguibili, nunquam consumitur, sicut non consumitur lychinus factus ex filis lini Asbestinis quem apud me habeo, & probaui. Vermem etiam quemdam dictum stellam ignem dicitur extinguere. Narrantur etiam quidam montes ignei, in quibus animalia magnitudinis vnius ouis igne vescuntur, & extra ignem pereunt, lychinum etiam factum ex anima Sambuci multum durare videmus, sicut & lychinum factum ex alumine schaiolae consumpto oleo ipsum non consumi.

Haec igitur vnde incomcombustibilitatem istam sortiantur, res est nimis difficilis. Dicam tamen, vel provenire hoc, eo quia istorum quaedam poros habent adeo densos, ut non dent ingressum ipsi igni ut intrinsecus illa consumantur. Quod patet, quia videtur iam huiusmodi ligna in aquam proiecta ad fundum descendere, vnde arguimus nimiam clausuram

furam pororum ipsorum lignorum non admittentium intrâ se aerem, aut aquam facientes leuitare, & sursum manere, vt accidit in alijs lignis &c. vnde ista ligna, sicut & lapides humiditatem habent benè commixtam cum fixo, & ab ipsius ignis actione indepalcibilem &c. Vel in alijs esse potest, quia sunt adeò illorum pori aperti, & humido adeò destituta, vt non sit ibi retinaculum ignis, cum enim ignis (vt dixi) in inferioribus maneat per viam aggenerationis, aliter hic retineri non potest ignis, nec in illa agere, dum sunt cum humido coniuncta, vnde est quod asbestina tela sordida ignem concipiant, & sordibus consumptis ipsa alba ob suam siccitatem, & depurata manent, & post depastas sordes non amplius comburatur. Per accidens res incombustibiles esse possunt, ratione scilicet humiditatis extraneæ adiunctæ, vnde panni in cacabo cum aqua ebullientes igne non consumuntur, & separati ab aquâ comburerentur, sicut etiam difficilior ligna madefacta comburuntur, & ratio totius est, quia dum agit ignis in partes externas, partes internæ reagunt, & impediunt actionem factam contra ipsas. De alijs autem animalibus extinguentibus, & declutientibus ignem, dicas provenire ex nimia humiditate ipsorum, quam depascitur ignis, & extinctum statim ac superat ignem, se reducit ad pristinum, viresq; deperditas recuperat, vt possit contra ignem iterum assurgere.

Ex opposito quædam dantur, quæ talem habent cum igne affinitatem, vt ignem è longinquo ad se trahant, ita narrat Plinius lib. 24. cap. 17. radicem herbæ Aproxis è longinquo ignem concipere, quod idem lib. 37. narrat de Criselecto, & lib. 2. de Naphta, narrat omnia comburere sibi vnita, & ignem è longinquo trahere, ignem quoq; trahere lapidem Anast narrat Albertus Magnus, & cum ignis sequitur quocumq; vadat.

Hæc omnia quomodo fiant, primò dico provenire ex naturali quadam illarum virtute trahendi ad se ignem, non aliter, ac in auro est virtus ad se trahendi argentum viuum, & in magnete ad trahendum ferrum, in ambra ad trahendam paleam, & eandem virtutem esse in alijs corporibus respectu aliorum trahendorum, quorum multa commemorat Chircher in sua Philosophia Magnetica. Vel quia cōtinuo expirant ex huiusmodi corporibus ignem trahētibz tenuissimi quidam spiritus, qui vsq; ad ignem pertingentes illum concipiunt, & per radium, seu per lineam secum spiritus per mediū successiue vsq; ad corpus trahens pertingentes ignem adducunt, non aliter, ac facta linea pulueris tormentari pertingens vsq; ad os bombardæ, ignem ad bombardam vsq; adducunt.

ducunt, ità similiter discurrendum in casu nostro. Similiter exemplum apparet in lucerna mox extincta sub alia accensa posita, quia tunc fumus, seu halitu vim habet ignem concipiendi, & si ignem ipsa non tangat. Quomodò autem esca cum vitro solaribus radijs in puncto illo radiofacta accendatur, dicimus per calorem optimè disponi materiam, & acquirere temperamentum debitum, & aptum ad formam ignis, ad quam materiam dispositam, vel tenetur Deus, vt author naturæ ignis formam introducere, sicut in materia organizata introducit Deus animam rationalem. Vel dicas quia calor vehemens ignis particulas per aerem dispersas disgregat ab alijs partibus, & in materiam dispositam per se introducit, & magnetica quadã vi trahuntur, quidquid dixerint aliqui Doctores, produci ignis substantiam ab accidente ipsius, contra quos infra disputo. Recentiores autem illi, qui negant formam substantialem ignis, dicunt inflammationem istam, & combustionem fieri per segregationem præcisè, & attenuationem, ac maximam rarefactionem corporis inflammati.

Insuper cū non omnia combustibilia eodem modo se habeant, nam in aliquibus fit flamma, vt in ligno, carta &c. in alijs carbo, & in aliquibus cinis, vt in cornubus, ossibus &c. ideo quomodo ista fiant, dilucidabo.

Flamma fit, eo quia exhalanat spiritus habens partes aliquas fixas viscosas & opacas, quam opacitatem habet ex fixo sibi vnito, & propterea sensibiliter apparet, quia semper dum auolat humidum, secum fixum trahit, sicut dum retinet fixum, semper retinet humidum. Si autem calor combustius secum non deferat partes fixas sensibiliter, post combustionem apparet tantum cinis, & quo minus fixi remanet eo pauciores cineres, vt patet de frondibus vitis, de palea, fuligine &c. in parte magis fixa illius humiditatis exhalantis residet flamma, quæ eo purior, & clarior, quo partes sunt magis depuratæ a crassitie, ac proinde ad flammam requiritur, vt partes non sint multum subtiles, quia sic non perciperentur sensu, nec nimis vntuosæ, & crassæ, quia colorem generarent obscurum, vnde habetur, quod exigua flamma candelæ cereæ, vel seui, cum sit materia purior, melius illuminat cubiculum, quàm magnus ignis. Alia humiditas magis aquea dicitur fumus secum habens ad mixtas partes siccas, propter quod in caminis concresci, iuxta Cardani doctrinam 2. de subtilitatibus, duplex potest distingui fumus, primus est qui antè flammam incipit apparere, cum scilicet antè quam materia inflammetur, assurgit, & eò magis, quo res humidiores, & alius tenuis,

tenvis, magis siccus, & spirituosus, ad quem succedit flamma.

Dum autem res inflammata est, si ignis estinguatur sepeliendo, vel humectando ipsum, ita quod non permittatur partes flammam facientes expirare, estò aliquæ subtiles expirauerint, tunc fit carbo, quia remanent illæ partes crassæ tenentes materiã vnitam, ideò plus denigrat materia impurior, ac proindè quæ non habent istas partes intrasportabiles à calore non faciunt carbonem, cuiusmodi est palea, & stappa, sed quia potest vnico impetu tota humiditas vntuosa, & aerea cum partibus fixis attenuabilibus, attenuari, recedit in flammam, & carbonum durities euanescit, reliqua euadunt Cinis. Carbo maximæ siccitatis est, ac propterea inputrescibilis, vt miratur D. Augustinus; & Dianæ templum, vt in perpetuum duraret, carbonibus substractum fuisse, legitur.

Cinis fit ex consumptione humidi igne extenuabilis, & si quid in cinere remanet humiditatis, nō consumitur igne, sed fluit in vitrum, quod est fixæ nimis naturæ, & qui sciunt vltimam humiditatem à corpore perfecto, quod dicitur anima illius, extrahere, illamq; coniungere cum partibus eiusdem generis, non dico speciei, & coquere, ad se trahit illas partes, & fit suprema resolutio, & artis complementum, ac naturæ compendium. Si habes intellectum me percipies, quia alia addere non audeo &c. Remanent namq; in quocunq; corpore calcinato spiritus, & virtutes antiquæ, & si corpus perfectum sit, ita remanent, vt possint etiã ablatis spiritus reuocare, & se ad pristinum reducere, & hinc semper ad corpus reuertuntur, & ideò dicitur quodlibet siccum trahere ad se suum humidum, propter quod enigmaticè philosophi materiam, quæ post putrefactionem, & coagulationem per calorem accensum separata fuit ad humore suo, & sicca se ipsa trahit humidum suum, à quo vi ignis fuit separata, magnesiã nostrã per similitudinem appellarūt; nec humido alieno ipsam siccum humectatur, sed res vna, vt dixi, solo ignis regimine se ipsam lauat, calcinat, & emundat &c. attentè hoc legas, nè a sophisticis decipiaris, & ad præsentiam contrarij intenduntur per antiparistasm in calore, & ignescunt.

Artificiosè fit lapis propter hanc rationem, calcinatione, & decoctione, qui sputo accenditur.

Vltimo quoniam mixta colorata sunt, aliqua de coloribus attingemus, & quidem tam de realibus quam de apparentibus.

Sciendam igitur colores apparentes prouenire ex luminis diuersitate reflectentis in ipsum corpus, sed variantur iuxtã luminis varietatem, de quo in lib. de coloribus in aere apparentibus.

Cut autem aliqui colores visui noceant, alij verò non, prouenit, quia est magis vnus quam alter consimilis visui, sic color albus, quia ob nimiam lucem transparens est, magis similis est visui, celeriter, ac vehementer visus in illum agit, & quia reperit passum proportio natum violententer agit, & magnam habet passum vim mouendi ratione lucis, cum qua est vnitus calor, & ideo disgregat visum, non sic in nigrum ob suam opacitatem minus habens de luce, cæterum album semper minus contristat quam nigrum, ac proinde dixit Galenus lib. 2. de sympatiæ causa c. 6. Album cognatione quidem substantiæ minus contristat, quam ea, quæ sunt contraria (vt nigrum) sed cum actiuitatis violentia sit violentior, hoc ipso quoq; celeritatem visui nocuam obtinet, medij verò colores omninò lætificant, quia nec per se, nec per accidens lædunt.

Circà colores veros, sciendum pura elementa colore carere, quia color est ex commixtione quatuor primarum qualitatum, quibus caret purum elementum, determinatus igitur color determinatam habet temperiem qualitatum; Aristotiles lib. de coloribus docet, Alborem, & nigrorem sequi elementa simplicia, & magis vnum quam aliud; licet includat quilibet color qualitates omnium elementorum, sic mixta in quibus dominatur aqua, & aer alba, in quibus ignis, flaua, in quibus terra, nigra. Docet autem idem Aristoteles ex commutatione aquei humoris in siccitatem nigrum oriri colorem, vt patet de fumo, de carbone omninò consumpto albescit, vt in cineribus patet, estò quia non totaliter expulsus fuit humor, maneat pallidus cinis, & secunda coctione optimè albescit. Sic tamen componitur colorum structura. Albus color fit vel ex copia humoris aquei non concocti, vt patet de radicibus in terra absconditis; vel quando calor agit vehementer in humidum, expellendo natium debilem calorem, vt patet in lacte, & senibus; & manus æstate albior est, dixi calore vehementer agente, nam si lentè agit, putrefactionem inducit, & nigredinem, vel fuscum colorem; alij dicunt candorem esse in siccis, à quibus humiditas superflua fuit extenuata, & decocta, vt in colore viridi in humido crasso, cuius quasi mater aqua sit; ceruleus in humido tenui, vt paret in flamma aquæ vitis, & quorundam metallorum, quādo in finè fusionis emittunt partes subtiliores, flauus in calido, qui oritur ab igne. Et notandum ad colorum varietatem non parum facere minorem remotionem à lumine, & diaphaneitate. Extremi colores sunt candor, & nigror, & cæteri medij iusta maiorem, vel minorem propinquitatem ad istos nascuntur similes colores, estò alij assignari possint præcipuè, & apparentes sunt septem;

candor, nigror, purpureus, rubeus, flauus, viridis, & cæruleus, & reliqui dicuntur tales per maiorem accessum ad istos. Immutantur colores coloribus, succo herbarū, sic & auri colorem induit æs si super ipsum ponatur aliqua ex medicinis rubificantibus, dealbatur cum dealbantibus quales assignantur in minerali philosophia.

Mutantur aliquando colores ex temperamenti mutatione, hinc senium capilli canescunt, & etiam iuuenum ob laborem, vel metū. Item in rixis iusta temperamenti varietatem aliqui rubei, aliqui pallidissimi euadunt in facie. Quomodo ex coloribus in vultu apparentibus aut in ore multæ aliæ passionēs dignosci possent, demonstratur in explicatione super emblemata Alciati.

C A P V T Q V I N T V M:

De Origine Mundi an fuerit, vel saltem potuerit esse ab æterno.

Elementarium corporum originem indagaturi, ne ipsa ab æterno producta ab Aristotelis affeclis censeantur, necessarium valdè futurum existimaui, discutere an ipsa ab æterno vel in tempore fuerint producta, ubi an saltem potuerint esse ab æterno. In præsentī autem quoniam eadem militat ratio de elementaribus, ac de alijs quibuscunq; creaturis, idcirco nomine mundi, omnem & quamcunq; intelligo creaturam, siuè compositam, siuè simplicem, siuè materialem, siuè spiritualement. Qui mundus communiter vocari solet vniuersum. Hoc enim nomen mundi accipi potest pro mūdo Archetipo, seu intelligibili, qualis dicitur Deus. Secundo pro mundo angelico, & est tota angelorum multitudo. Tertio est microcosmos, hoc est paruus mundus, & hic est homo, in quo quia perfectionum omnium gradus, qui in vniuerso dispersi in pluribus sunt, in ipso solo per compendium continentur, nos autem, vt dixi, agimus de omnibus his, Deo excepto, qui de fide & ratione naturali ostenditur æternus &c. supponimus igitur mundum à se non esse, quia sic prima causa, & Deus esset, quod nec ipse Aristoteles ausus est dicere, sed ab alio dicimus esse productum, vnde prima omnium causa, Deus scilicet fuit cognitus ab ipso Aristotele.

Prima circa mundi originem opinio fuit Aristotelis multis rationibus mundi æternitatem probantis. Secunda Platonis, aliorumq; affequentium mundum fuisse in tempore productum, quorum sententiam, vt de fide certam sequuntur Christiani omnes, quam ego merito amplector in præsentī.

Pro-

Probatur cōclusio ex Sacra Scriptura, Genesis enim primo dicitur, in principio creauit Deus Cœlum, & Terram, quod etiam definitum fuit in capite firmiter de summa Trinitate in Cōcilio Lateranensi, vbi docetur esse vnum Deum qui vtramq; de nihilo condidit creaturam, angelicam scilicet, & mundanam, hoc est spirituales & materiales. Item in Cōcilio Remensi dicitur, nihil est ab æterno præter Patrē, Verbum, & Spiritum Sanctum, quæ propositio licet à D. Bernardo prolata fuerit pro sua sententia, ab omnibus tamen communiter accipitur. Prouerbiorum etiam 8. antequam quidquam faceret à principio cum eo eram cuncta componens, vbi demonstratur ab æterno nihil fuisse productum, per quod excluduntur angeli etiam ab æternitate. Item à SS. PP. enumerantur anni creationis mūdi vsque ad Christi natiuitatem, ergo ex fide constat temporanea mundi productio, & Doctores omnes in eadem sunt sententia excepto Aristot. & scriptores omnes qui de origine mundi tractarunt, post Diluuium, fuerunt vt de singulis discurrendo patet. Et deniq; entia successiua non potuisse esse ab æterno videbimus infra, ergo ex nullo capite mundus est statuendus ab æterno.

Quo autem anni tempore fuerit productus mundus multis relictis.

Dico fuisse verum tempus mēse Martij Sole existente in Ariete, ad quod asserendum moueor ex auctoritate Damasc. lib. 2. fidei orthodoxæ cap. 70. Leonis Papæ sermone de Passione Domini, Augustini in quæstio: noui & veteri testamenti, quæstione 106. Atanasi, Rabani. Isidori, Cyrilli, Bedæ, Ambrosij, Theoderoui, & aliorum quorum omnium auctoritas in quæstionibus de facto est sufficientissima. Item quia inter reuelationes manuscriptas factas ab Angelo Gabriele Beato Amadeo Lusitano, reuelatum præ cæteris hoc fuit, mundum in primo arietis puncto fuisse conditum. Item anni reuolutionem & tempus ab ariete incipiunt Astronomi; quod idem etiam affirmavit Poetarum Princeps dum dixit, non alios prima nascentis origine mundi. Illuxisse dies, aliumuē habuisse tenorem crediderim; verū illud erat, ver magnus agebat; tum quia eo tempore verē mundi inspicitur pulchritudo, dum & fructus simul inspiciuntur, & flores, vnde benè cecinit ille, tempus in quo, ogni animal d'amor si racconciglia, ac tunc dixit Deus germient terra herbam virentem. Item Ismaelitas ab Egipto liberauit. Eodemq; tempore incarnatus, & pro salute mundi fuit crucifixus.

Circa diem quo mundus fuit conditus D. Hieronymus, & alij dicunt, fuisse diem 25. Martij die dominico, propter quod in Hymno diei dominici ab Ecclesia canitur, primo dierum omnium, quo mundus ex-

tat conditus, vel quo reurgens conditor, Nos, morte victa, liberat, & hoc idem dictum est à Leone Papa Epistola ad Dioscorum. Licet Strabus, & Rabanus dixerint fuisse diem 18. Martij. Verum sententia, & opinio Hieronymi tutior estimenda.

Ad id quod dicunt mundum fuisse conditum mense Septembris, quia tunc arbores fructibus sunt plenae. Respondetur, ad maiorem varietatem requirebatur, ut non omnes fructus essent maturi, sed aliqui, & aliqui acerbi, ut etiam videretur initium generationis fructuum, quae omnia verno tempore habentur, non verò autumno.

An autem demonstrari possit, mundum non fuisse ab aeterno, si sermo sit quo ad creaturas permanentes. Respondetur negativè, ut infra probabimus, quia potuit res permanens ab aeterno produci. De successivis autem ostendimus non potuisse esse ab aeterno.

Obijcitur commune illud argumentum, si Deus non creasset ab aeterno, fuisset intrinsecè mutatus, sed hoc esse non potest, ergo &c. maior patet, quia Deus dum non creavit ab aeterno, noluit ab aeterno, & quia creavit in tempore, voluit in tempore, ergo in tempore habuit intrinsecam volitionem, quam non habuit ab aeterno, ergo esset intrinsecè mutatus, cum mutari intrinsecè, sit habere aliquid de nouo intrinsecum, quod non habebat prius.

Respondetur Deum nunquam fuisse intrinsecè mutatum, nam dicimus voluntatem creandi mundum fuisse in Deo ab aeterno, & semper durasse, non tamen fuit voluntas creandi in aeternitate, & pro aeterno, sed in tempore, ac proinde nulla facta est in Dei voluntate mutatio, sed tantum in termino extrinsecò, sicuti ego v. g. habeo hoc mense Maij voluntatem eundi Mediolanum mense Octobris, non pro mense Maij, quamvis voluntas sit in hoc mense Maij, & absq; meae intrinseca mutatione voluntatis, sed ex sola extrinseca conditione, mea voluntas reducitur in actum, sic dicimus voluisse Deum mundi initium futurum in tali tempore post aeternitatem. Vnde dixit Vgo de S. Victore primo de Sacramentis, voluntas aeterna fuit, & opus voluntatis aeternum non fuit, semper enim voluit ut faceret, & non voluit ut semper faceret, sed ut aliquando faceret, quod semper voluit ut faceret aliquando. Dices dum Deus liberè voluit Petrum, v. g. saluum fieri propter orationem Antonij, potuit hoc nolle, & velle eum saluum fieri propter orationem Francisci, aut sine illo, ergo potuit carere ea volitione, quam de facto habuit, nam ideò saluus factus est propter orationem Antonij, quia Deus ita ab aeterno voluit, ac decrevit, cum tamè posset aliud vel-

le,

le, ac proinde fuit antecederet mutabilis per volitiones, scilicet ac nolitiones diuerfas, quæ poterant in illo esse.

Respondetur potuit carere Deusea volitione formali, vt volitio est nego, potuit carere ea volitione obiectiue, seu potius volitio Dei potuit carere tali obiecto secundario concedo, quia non pendet ab illo; fallacia enim argumenti consistit in hoc, quia comparant Deum cum sua volitione, sine qua non potest esse, cum potius deberent comparare volitionem cum suo effectu, & obiecto secundario, sine quo potest esse, & maneret in causa potentia in ordine ad effectum actu producendum in tempore.

Instabis Deus est actus purus carens omni potentia, sed si produxisset mundum in tempore fuisset ad æterno agens in potentia, in tempore verò agens in actu, ergo facta fuisset mutatio de agente in potentia in agens actuale.

Respondetur causam duobus modis considerari, vel in actu primo, & hæc dicitur illa, quæ habet ea omnia, quæ requiruntur ad actu causandum, etiam si actu non causet, vel consideratur in actu secundo, hoc est cum actuali exercitio causandi in actu secundo. Deus ab æterno fuit causa primo modo, non secundo. Neq; per hoc sequuta est aliqua mutatio in Deo, sed tantum in creatura, quæ aliquid accipit de nouo.

Instabis causa actu causans perfectior est ea, quæ causat in potentia tantum, quia causare est dare esse; ergo sicuti melius est dare, quam accipere, ita melius est dare, quam non dare; quia cum melius sit accipere, quam non dare, quia primum dicit positium, secundum negatiuum, ergo comparatum ly (dare) quod est perfectius, cum accipere, perfectius est, quam non dare, sed Deus actu causans dat esse creaturæ; ab æterno causans in potentia non dat esse; ergo in tempore perfectius se habet, dum actu creat, quam ab æterno non creans; ergo ne detur hæc mutatio in perfectione, dicendum semper ab æterno actu causasse.

Respondetur argumentum hoc falsum esse, quia plus probat, quam intendit probare. Probarer enim nihil amplius esse futurum, & nihil de nouo posse produci, quia maiore perfectione dicit produxisse hæc actu, quam potuisse produci, vt ostendunt aduersarij. Quod est contra ipsummet Aristotel, dicentem, producto quocunq; ente perfecto aliud perfectius posse actu produci, & facta hodie quacunq; continui diuisione, semper restat alia cras facienda. Quare Respondeo in ente de se, & essentialiter vndequaq; infinito circa operationes transeuntes, siue sit actu causans, siue in potentia, & in actu primo habente omnia prære-

quisita ad causandum, & nolente liberè causare, nam maiorem perfectionem dicit causare actu, quam non causare, imò hoc quod est nolle causare, non potest arguere nisi maximam perfectionem ex libertate ipsius causæ, quæ posset si vellet.

Urgebis si ergo Deus potuit & noluit ergo accidit hoc ex invidia voluntatis Diuinæ in omnipotentiam, cum impediatur eius actio.

Respondetur, absit à Diuinis hoc vocabulū invidiæ, accidit enim hoc ex mutua subordinatione potentiæ cum voluntate, & quia plures habuit optimos in perfectione fines Diuina volūtas nobis ignotos, ut per Diuinam potentiam non exierit in actum, qui autem sint fines isti, cauendum est, ut à nobis indagentur.

Replicabis si ab æterno fuit mundus possibilis in tempore, ergò ab æterno præcessit potentia sui ad essendum, sed omnis potentia habere debet subiectum in quo sit, & cuius sit potentia, ergo æterna debuisset præcedere ista creatura.

Respondetur ab æterno fuisse potentiam obiectiuā sui & potentiam actiuam Dei; quibus non necesse est, ut correspondeat subiectu huius potentiæ, imò hoc excluditur ab agente per creationem, sed solum sufficit possibilitas obiecti &c.

Obijcies, ens summe bonum, est summè communicabile, sed Deus ab æterno est bonus, ergo ab æterno debuit se communicare, ergo debuit ab æterno producere creaturam, cui se communicet.

R. bonum se communicare eo modo quo est, sed quia est bonū gaudens libertate, ideò liberè se communicat quando vult, ideòq; quamuis ab æterno fuerit summè bonus, non tamen voluit se communicare ob sapientissimā sui ordinationem. Secundo R. Deum ab æterno se communicare ad intrā, non ad extrā, quia ab æterno fuerunt Diuinæ processiones, per quas ad intra Diuina bonitas se communicat; nec de ratione boni est semper se cōmunicare ad extrā, sed vel extrā, vel ad intrā.

Dices si se communicasset ad extrā, maior Dei gloria extrinseca resultasset, facta enim fuissent tot bona opera quæ in Dei laudem resultassent, sed omne bonum sibi siuè extrinsecum, siuè intrinsecum necessario amatur à Deo, quia cum eius voluntas sit ordinatissima, & recta, amat necessaria (quod est bonum) ergò saltem per hoc bonum extrinsecum Dei, quod fuisset ab æterno, debuit illas creaturas ab æterno producere.

R. estò omne bonum amat Deus, quia tamen maximum bonum est eius libertas eiusque imperscrutabiles fines, idcirco illo relicto, debuit

hoc, dum ita voluit, amplecti &c. & maximum bonum voluit Deus hoc, quod fuit velle hoc bonum extrinsecum in hoc tempore; & non ab æterno &c.

2. Obijc. motus est actus mobilis, ergo motus supponit mobile, quia omnis actus supponit potentiam, à quo est actus, ergo si motus non fuit ab æterno, sed aliquis primus motus extitit, dabitur mobile antè primū motum, vel ergo mobile cæpit esse, ergo per alium motum, & sic ille motus assignatus non esset primus motus, vel non cæpit esse, ergo fuit semper, ergo ab æterno.

R. mobile cæpisse esse non tamen per generationem & motum, sed per simplicem productionem, & causationem, quæ nec subiectum, nec motum requirit &c.

2. Obijcies nulla assignari potest sufficiens ratio cur mundus fuerit productus in tempore sed Deus nihil facit sine optima ratione ergo &c. Secundo, quia tempus est æternum, ergo & motus, antecedens probatur quia si tempus in cæpit esse, ergo prius non erat, sed posterius cæpit esse, ergo antè tempus fuit aliquid ipso prius, sed prius & posterius est tempus, ergo antè tempus fuit tempus.

R. ad primum argumentum militare contra aduersarios, nam per ipsos nulla assignari potest sufficiens ratio, cur mundus non fuerit productus in tempore, sed ab æterno. Quare & optimam idoneamq; rationem esse Dei libertatem, qua ita voluit ob reconditas nobis rationes. Ad secundum dicimus illud prius quod dicitur fuisse antè tempus, non fuit aliquid reale, sed imaginarium de quo non loquimur; temporis enim imaginarij differentiæ quoq; sunt imaginariæ.

Obijcies ex possibilibus Deus & natura semper faciunt quod melius est, sed melius est mundum fuisse ab æterno, quam in tempore, quia sicuti melius est esse quam non esse, ita melius est fuisse quam non fuisse, sed cæpisse esse ergo &c. Secundo, quia sicuti se habet voluntas noua ad actionem antiquam; ita voluntas antiqua ad actionem nouam, sed voluntas noua non potest esse causa actionis antiquæ, ergo voluntas antiqua neque causa actionis nouæ, sed voluntas Dei est antiqua ergo non potest esse causa actionis nouæ, & temporaneæ.

R. ad primum estò natura faciat meliora, quia non liberè, sed necessario operatur, Deus tamen quia liberè operatur poterit & perfectius, & imperfectius quodlibuerit producere. Quemadmodū voluntas creata propositis spiritualibus, quæ sunt maius bonum, temporalia minus bona prosequitur ob suam in operando libertatem. Ad secundum quid
quid

quid sit de forma argumenti quam iuxta regulas definitionum Euclidis falsa reputatur atendendo ad materiam, dico voluntatem Dei non esse antiquam, ita ut non sit noua etiam quia non ita fuit ut desinerit esse, quia voluntas non potest esse causa actionis de nouo existentis; cæterum voluntas Dei & fuit & est, ac proinde omnia noua, & præsentia sunt apud ipsum, quamuis voluntas noua, quæ nondum extit, non possit producere actionem antiquam, quæ iam præterijt, quia causa cum non extiterit, non potuit illi communicare esse, cum non det quod non habet.

An autem Arist. Deo libertatem in operando concesserit, dubia fuit eius mens, in aliquibus enim concessit, in alijs negauit, lib. enim 8. textu 52. & alijs locis negauit, cum dixit in æternitate primi principij necessario concludi mundum semper fuisse, quarto autem Topicorum cap. 5. dixit Deum quædam posse facere, quæ non fecit & 8. Hæticorum cap. 7. protulit Deum habere amicitiam erga bonos & 10. Hæticorum cap. 8. asserit eos qui sapientes sunt, & rationē ducem sequuntur Deo esse carissimos, & texte Laertio in sua morte Aristoteles quædam religionis causa testamento reliquit, quæ quidem non fecisset, nisi crederet Deum pijs hominum actionibus ab benefaciendum placari, quæ quidem omnia libertatem ostendunt.

Obijcies si mundus ab æterno non fuit productus, vel hoc tempus in quo non fuit, mundus incipiens ab æternitate fuit finitum, vel infinitum, non finitum, quia sic daretur primum finitum durationis in æternitate quod repugnat, tum quia inter durationem æternam, & quodcunque tempus datur tempus infinitum, si infinita præcessit duratio, & æterna ergo nunquam dabilis esset duratio in qua sit producta, consequentia ista probatur, quia tempus infinitum, & æternum absorbet omne tempus, quia infinitum est id à quo si semper sumatur semper restat sumendum, & quod finem aut principium non habet, sed si produceretur aliquando, illud tempus, in quo producitur esset, finis illius infiniti temporis transacti in quo mundus non fuit, quia ab eo tempore incipit esse, ergo vel dicendum mundum semper fuisse, vel nunquam fuisse, sed hoc secundum à nobis negatur, ergo primum erit dicendum.

Respondetur argumentum plus probare, quam intendit, probaret enim non posse amplius aliquid de nouo produci ob idem argumentum, quia æquè currit, nam vel post æternitatem præcessit tempus finitum, vel infinitum, & sic sequitur eodem modo ut speculanti patet. Quare

hoc argumentum licet multum valeat cōtra definientes infinitum modo dicto ab aduersarijs, non tamen contra nos, sed facile dicimus praecessisse tempus infinitum, in quo non fuit, vsq; ad tempus quo fuit, & illud tempus quo incepit esse, fuisse finem illius totius infiniti temporis, in quo non fuit. Nec hoc repugnat, quia cum ad hunc finem successiue enumerando perueniri non possit, nisi tempore infinito, ideo non extrahitur illud tempus à ratione infiniti, cum habeat id per quod adaequatè distinguitur à finito. Vnde bene potest res non producta ab aeterno produci in tempore, ante quod praecessit infinitum tempus.

Exagitur nunc maior dubitatio de possibili, an scilicet licet mundus fuerit ita in tempore productus, poterit tamē ab aeterno produci.

Pro intelligentia dubitationis propositae. Notandum primo, creaturas in duplici esse genere, alterum est genus entium permanentium, alterum successiuorum, & consistentium in successione vnus partis post aliam; quaestio praesens examinabitur in utroq; sensu. Notandum secundo duobus modis rem aliquam posse esse aeternam, vno modo vt scilicet sit aeterna absq; dependentia à Deo, & hoc repugnat fidei, omnia producta à Deo recognoscenti; Altero modo cum dependentia à Deo, qui causa sit aeternitatis illius creaturae, cum hoc tamen vt nullum habeat suae durationis principium, & in hoc sensu agitur praesens difficultas.

Dico primo implicat res successiuas, siue sit motus rectus, siue circularis, siue sint productiones inuicem succedentes, potuisse esse ab aeterno, conclusio ista fere communis est in Scholis, maxime inter eos, qui negant infinitum in actu.

Probaturs conclusio primo contra negantes infinitum in actu, quia si res successivae potuissent esse ab aeterno, dari posset infinitum in actu, & chategorematicum, sed hoc repugnat in istorum sententia, ergo, probatur, quia si fuissent res successivae ab aeterno, fuissent ab aeterno res infinitae sibi inuicem succedentes, v. g. infiniti homines, leones &c. non enim fuissent finitae, quia sic numerari possent, & haberent finem, quod est contra rationem aeterni, quod caret principio, & fine, nec res successivae numerari possent, quia nullum haberent à parte ante terminum, à parte post finem.

Confirmatur, quia si ab aeterno fuissent homines sibi succedentes, vsq; ad hoc tempus isti deberent habere infinitas manus, & capillos &c. & sic daretur infinitum chategorematicum. Verum, vt dixi, rationes istae non militant contra sustinentes possibile infinitum.

Pro-

Probatur secundo, conclusio præsertim de motu, & tempore, & alijs, quia quod successivè producitur nullo modo potest esse æternum, sed entia successiva, ut successiva successivè producuntur, ergo, probatur maior, quia quæ successivè producuntur, non possunt partes ipsius esse simul, sed una post aliam, sed quod est æternum, debet esse simul, ergo, probatur minor, quia si non est simul, quæro inter productionem primæ partis, & productionem secundæ partis, vel intercedit tempus finitum, vel infinitum, non finitum, quia inter productionem secundæ partis, fuit prima pars, & quodcumq; imaginabile tempus intercedens semper est infinitum, si infinitum tempus intercedit, ergo non fuit ab æterno, quia antequam ad æternitatem ex hoc tempore perveniat, præcedit tempus infinitum, ergo non potest successivum ens, quia successivum ens, esse æternum &c. minor probatur, quia successivum est id cuius una pars succedit alteri.

Probatur tertio, quia ad generationem hominis requiritur emissio seminis, formatio fetus, informatio animæ, quæ omnia non videntur posse fieri in eodem instanti, ergo prius debet præcedere unum, quam aliud, ergo inter generantem, & genitum debet præcedere aliquod tempus, ac proinde generatio non potuit esse ab æterno, neque pro eodem instanti, quo ipse homo, v. g. genitus fuit, potuit alium generare, quia sic generationes illæ non fuissent successivæ, sed instantaneæ, si non simul, sed unum post aliud, ergo non ab æterno, qui æternitati nihil potest præcedere. Unde colligitur creaturam ab æterno productam, vel non posse operari, vel operationem illam debere conservari pro æterno, & ita similiter, si ab æterno produceretur prægnans nunquam posset parere, & si ignis esset stuppæ applicatus non combureret illam, quia hæc, ut dixi, vel faceret post tempus finitum, vel infinitum, & destructio neq; posset fieri ut modo supra ostendi &c.

Obije. potuit motus esse prior, & prior, quia potuit Deus creare coelos antè, & antè, ergo potuisset motus esse ab æterno, consequentia probatur, quia ideò probamus Deum posse producere infinitum, quia producta quocumq; creatura potest aliam, & aliam producere. Item producta quacumq; numero potest aliam producere, ergo ita dicendum in casu nostro.

Respondetur disparitatem esse primo, quia secundum communio-rem sententiam, secundum quam repugnat infinitum, motus productus ab æterno est infinitum chategorematicum, at verè motus prior, & prior sine termino importat tantum infinitum synchategorematicum,

nam

nam quodlibet prius assignatum est, sed procedi potest in infinitum antè, & antè sine termino, quod infinitum secundum nullos repugnat cū sit synchategorematicum. Cæterum ratio à priori est, quia si fuisset ab æterno non amplius motus esset motus, & inuoluit contradictionem in terminis, quia cum motus successiuus, quia importat prius, & posterius, & ab æterno vt ostendi non possit esse res successiua, nec importare æternitatem, & passibilitatem, ideò &c. hoc autem non valet de infinito, vt speculanti patet.

Dices motus futurus potest durare pro æterno sine fine, ergo etiam motus præteritus potuisset esse ab æterno sine principio.

Respondetur disparitatem esse primo, quia motus futurus pro æterno est infinitum synchategorematicū, at verò motus futurus ab æterno, esset chategorematicè infinitus. Secundo disparitas assignatur, quia futuritio pro æterno non tollit, imò ponit, & stat cum successione, quia æternitas de futuro dicit vnum post aliud successiuè, vsq; in infinitum succedere, at verò productio in æternitate tollit successionem, & inuoluit contradictionem, vt ostendi.

Inflabis si motus ab æterno est impossibilis, ergo neque nunc daretur, hoc est falsum, ergo fuit ab æterno possibilis, consequentia probatur, quia quod semel est impossibile, nūquam potest esse possibile, quia impossibile dicit contradictionem in terminis si poneretur, possibile vero non, ergo &c.

Resp. distinguo antecedens, quod est impossibile absolutè, & simpliciter secundum se concedo; conditionatè, & secundum quid, pro aliquo scilicet statu, & sic nego, motus autem non est intrinsecè impossibilis, & ex intrinseca sui natura, & ideò esse potest, & de facto est, est tamen impossibilis pro æternitate, vt scilicet non sit ab æterno, vbi notandum quod hæ duæ propositiones, motus ab æterno fuit possibilis, & motus non fuit possibilis, ab æterno non sunt contradictoriæ, sed verissimæ, in diuerso tamen sensu, prima enim significat possibilitatem motus fuisse ab æterno, sed in actu existentiæ reducibilis in tempore, non in æternitate, secunda verò significat non potuisse motum cum existentia coningi cum æternitate.

Et si autem de creatura successiua videatur communis opinio illam coæternam negans, non sic de permanenti discunt, cum contradictiones istæ assignatæ in creatura successiua non militent. Negatiuam partem quoad entia quonq; permanentia tenet, Henricus, Toletus, Valentia. Affirmant autem Thomistæ, & Nominales, Scotus autem in hoc

hoc est problematicus, licet in affirmatiuam partem videatur potius inclinare, propter quod consentiunt Scotistae, quam etiam affirmatiuam partem amplector ego, non repugnare scilicet creaturam permanentem coaeternam.

Probatur primo conclusio argumento negatiuo, cum nulla assignari possit ratio conuincens partem negatiuam, ut patebit ex solutione argumentorum.

Probatur secundo, ratione fundamentali, nam in creatione quatuor requiruntur, primo causa efficiens, quae est Deus; secundo ipsa productio; tertio terminus ipse productus; quarto libertas in producendo, sed omnia ista possunt stare simul in aeternitate. Causa efficiens qualis est Deus, semper fuit, & erit, & quantum est de se potest in omne, quod contra adiectionem non inuoluit, cum infinitus sit in omni genere, & actus purus, qui sicut omnem excludit potentiam in esse, ita potest rem independentem a subiecto de nouo producere nihil praesupponens, ergo non repugnat ex parte Dei. Neque repugnantia esset, quia causa debet duratione praecedere suum effectum, & consequenter non potest esse productum aliquid ab aeterno. Nam in primis Deus Pater ab aeterno genuit Filium, & tamen unus non est duratione prior alio, sed uterque est coaeternus, ergo neque implicabit causam efficientem esse coaeternam, & simul cum effectum. Secundo quia constat in agentibus naturalibus non esse effectum duratione posteriorem causa, in eodem enim instanti quo est ignis, est splendor, Sol, & lumen, pes in puluere, & vestigium, sicut etiam declarauit hisce exemplis S. Augustinus ad explicandum symbolum (esto productus a Patre) esse tamen illi coaeternum, ergo non repugnat effectus simul cum causa, cum non videatur minus potens Deus ad producendum pro eadem duratione, qua ipse est, effectum, quam sit potens Sol ad lucem, & pes ad vestigium producendum.

Neque repugnat ratione libertatis, primo quia nulla assignari potest conuincens ratio, cur ad libertatem requiratur prioritas temporis, ut causa non dicatur liberè producere, nisi praecedat tempore. Secundo quia omnia argumenta aequi militant contra decreta libera Dei, quibus voluit mundum in tali tempore producere. Tertio, quia est libertas positiua non posset stare in eadem duratione cum effectum productum, potest tamen bene libertas priuatiua, quae consistit in hoc, quod scilicet competisset illi non esse, nisi fuisset impeditum per esse, sicuti si materia, & forma fuissent simul productae, materiae non competisset priuatio formae positiuae, scilicet ut fuerit actu priuatio in illo, sed priuatiue hoc est fuisset actu

actu priuatio ſi fuiſſet impedita per formam. Quarto, quia vt arguit S. Thomas opusculo 27. tunc agens liberum, & ex electione anteire debet effectum cum ita eligit, vt indigeat deliberatione, conſultatione, alijsque actibus enumeratis in tract. de fide, hic autem modus operandi alienus eſt à ſimpliciſſima Dei intelligentis, & volentis natura.

Neq; ex parte actionis productiuæ cum Deus ab æterno produxerit, & ſemper etiam producat ad intra, neq; ex parte termini producti, quia ad rationem creaturæ, vt creaturæ pertinet, vt ſit dependens à Deo, & ſit ſuum eſſe, & producatur liberè; quæ non repugnant creaturæ; nam his tantum poſitis adæquatè creatura diſtinguitur à Deo; tum quia natura cuiuſcunque rei exigit potius æternitatem, & niſi eſſent contraria accidentia, ſemper perpetuationē deſiderat habere, ergo ſicuti perpetuitatem deſiderat à parte poſt, & aliā poſidet, ita multo gratius illi erit, & iuxta ipſius naturam ſi illam habent à parte ante. Breuius igitur totum hunc diſcurſum ſic formo.

Ponere creaturam coæternam non inuoluit implicantiā in terminis, ergo &c. probatur, quia creatura illa haberet prædicatum per quod adæquatè diſtingueretur à Deo, probatur antecedens, nam ita fuiſſet producta vt potuiſſet non produci, cum liberè produci, vt modo oſtendi, non repugnet creaturæ coæternæ; ſed hoc eſt prædicatum Deo repugnans, cum Deus neceſſario ſit, & non ita ſit, vt potuerit non eſſe, ergo nec illi competere poteſt priuatio neq; priuatiuè, ergo creatura illa non extraheretur a ratione creaturæ, & conſequenter non inuoluit implicantiā in terminis ergo eſt poſſibile.

Confirmatur, quia creatura per decretum liberū Dei tranſit ab æterno à non eſſe futurum, ad eſſe futurum, licet non præceſſerit non eſſe illius futuritionis, vel eſſe poſſibile, ergo etiam potuit tranſire de non eſſe exiſtentis ad eſſe exiſtens & ſi non præceſſerit non eſſe, aut nihil ipſius, antecedens eſt certum; conſequentia probatur quia non videtur maior ratio, cur creatura ſecundum eſſe futurum poſſit ab æterno terminare Dei volitionem liberam, & non ſecundum eſſe exiſtentis &c.

Obijcies implicantiā in hac creatura oritur ex ratione formali creaturæ, nam de eſſentia creaturæ eſt vt fiat ex nihilo ſui, ſed ab æterno, non potuiſſet præcedere tale nihilum, quia ad æternitatem non pertinet, nec poſitiuum, nec negatiuum eſt imaginabile, quod præcedat, quia præcedentia repugnant æternitati, quæ occupat omne imaginabile tempus, ergo non poteſt creatura, qua creatura eſſe æterna, & hac ratione vſus fuit Athanaſius oratione ſecunda contra Arrianos, non poſſe

posse creaturam quippe de non esse. ad esse traducitur, coæternam esse opifici suo, & Basilius ait eiuldem æternitatis esse creaturam æternam asserere, ac creatorem non æternum dicere, ergo creaturæ implicat æternitas.

R. non esse de ratione creaturæ nihilum sui actuale præcisisse, sed sufficere nihilum aptitudinaliter competere, seu priuatiuè, hoc est quod potuisset poni absq; vilo absurdo negatio illius creaturæ, per hanc autem aptitudinem saluatur optimè conceptus dependentis, & indifferents ad essendum, & non essendum, quod est prædicatum constitutionis creaturæ, cum sit defectibilitas essentialis, cuius non est capax Deus. Quare gratis dicitur requiri, quod antè creaturam præcesserit nihilum sui, sed sufficit vt creatura fiat ex nihilo, siuè actuali, seu positiuè conuenienti, vel aptitudinali, seu priuatiuè. SS. Patres autem vel loquuntur de creatura de facto, vel dicunt creaturam non esse creaturam si esset ab æterno, sumendo creationem in rigore, pro vt scilicet dicit transitum de non esse positiuè ad esse, nam creatura ab æterno nunquam transisset de non esse ad esse, quia nunquam fuisset sine esse, sed semper cum suo esse. Qua propter illud quod fuisset ab æterno, non fuisset in rigore creatum, sed causatum, & productum, & sic non potest dici produci ex nihilo sui, neq; ex aliquo sui, sed solum produci ex nullo præsupposito subiecto, quatenus scilicet nullus fuit subiecti concursus in productione illius æternæ creaturæ.

Dices si non præcessit subiectum, ergo præcessit negatio subiecti, consequentia probatur, quia inter ens & nihilum, cum sint contradictoria, non datur medium; & contradictoriorum alterum debet esse verum, alterum falsum, ergo si subiectum præcessisse est falsum, negationem subiecti præcessisse est verum.

R. propositiones istas aduersariorum esse veras, quando datur subiectum circa quod verificentur huiusmodi contradictiones, & verificari possit alterum illorum, in æternitate autem cum non possit dari vlla præcedentia; idcirco tunc nec præcessit negatio, neq; ipsum subiectum, quia ipsa negatio vt dicatur præcedere, cum requirat durationem, in qua præcedat, & ista duratio in æternitate non detur antecedens, idcirco non potest haberi ista præcedentia. In temporaneis autem productionibus licet assignatæ propositiones aduersariorum sint veræ: prouenit hoc, quia nulla est assignabilis duratio, quam non præcedat alia, in qua possit intelligi, præcedere negationem.

Obijcies ex hoc sequitur creaturam ab æterno positam non posse

amplius deſtrui à Deo per integram æternitatem ob rationes ſupra adductas, ſed hoc de regat ſupremo Dominio Dei, & repugnat creaturæ, quæ de ſe & eſſentialiter eſt defeſcibilis, tunc enim poſſet contra Deum aſſurgere, & gloriari dicendo, fac contra me quoduis, te iam non timeo, cum me non poſſis amplius deſtruere.

Hoc argumentum tãtam habuit vim apud eruditos quosdam Neutericos, vt in contrariã partem illos traxerit. Reſpondent in primis aliqui diſtinguendo antecedẽs, non poſſe deſtrui a Deo pro qual bet æternitate aſſignabili nego antecedens, non poteſt deſtrui a Deo pro aliquo inſtanti, niſi ante illud præceſſerit æternitas, & tempus infinitum concedo. Quod ſolum benè probat argumentum, quod ſcilicet inter æternitatem, & tempus productionis, aut deſtructionis debeat præcedere tempus infinitum, v. g. ſi præceſſiſſet tempus finitum, iam æternitas finito tempore præceſſiſſet. Ad intelligentiam igitur propoſitionis traditæ aduertendum, æternitatem poſſe accipi, & cum pluribus, & cum paucioribus annis, v. g. tota duratio quæ fuit ab æterno vſq; adhuc diem, fuiſſet vna æternitas, tota duratio ab æterno vſq; ad initium mûdi, eſt alia æternitas, ſed comparata cum prima æternitate, non habet tot annos iſta, quam prima, ſic vel addendo, vel diminuendo annos finitos, facimus æternitatem, infinitam quidem, ſed magis, vel minus materialiter, eſſo non formaliter, infinitum enim, vt oſtendam, poteſt habere terminos, dummodo ad illos ſucceſſiuè non perueniatur, niſi in tempore infinito, poteſt ergo Deus facere, vt creatura illa duraret per æternitatem vſq; ad initium mundi, vel æternitatem vſq; ad finẽ mundi, vel demũ æternitatem vſq; ad inſans, quod diſtaret ab initio mundi de cem millionibus annorum, & ſic de quacunq; æternitate aſſignabili. Verum & hæc non ſoluit difficultatem, primo quia ratio illa incidit indifficultates de durationibus diſtinctis poſitis ab Ariaga, quia in ſua ſententia cum creatura illa indifferens ſit ad durandum tali, vel tali tempore infinito; per diſtinctas durationes durat, quia pro eo tempore quo non poſſet deſtrui, ſed durare debet tempore infinito, eſſet indeſtruibilis, & poſſet gloriari, nec vitantur abſurda aſſignata ab aduerſarijs.

& igitur melius cum communi, creaturam illam æternam non eſſe quidem deſtruibilem, ſed hoc non haberet eſſentialiter, ſed tantum per accidens, ex decreto ſcilicet Dei de producẽda illa ab æterno, quod eſſet proprietas conſequens ad æternitatem, nam qui dat formam, dare debet conſequens neceſſariò ad ipſam, ſicut dans albedinem, dat diſgregationem vilus, & qui dat calorem dat congregationem homogeneorum;

rum; nam creatura illa quantum esset de se indifferens est vt duraret, vel non duraret, & à Deo destrueretur, nisi a Deo posita fuisset ab æterno, non autem antecederet ad liberū Dei decretum, quod tollit libertatem, sed idem est durare creaturam ab æterno, ac illam pro æterno conseruare, & ipsa temerariè contra Deum insurgeret, ac superbiret, dum se incorruptibilem videt, quid mirum? adhuc ipse diabolus aliundè nimis doctus suam celsitudinem adhuc à Deo participatam recognoscens tantum insanit, vt Dei sui creatoris appeteret æqualitatem, & insipientum atque superborum est in huiusmodi insanias prorumpere; semper tamen permaneret intacta Dei gloria, dum ideo durare habet in æternum, & de æternitate gloriari, quia ita ipse liberè voluit, cum potuerit hanc æternitatem illi non dare.

Dices si potuisset illi æternitatem non dare ergo fuisset indifferens ad illam dandam, vel non dandam, sed indifferētia non potest stare cum æternitate, ergo, probatur minor, nam vel fuit indifferens dum creauit, & hoc non, quia tunc potentia fuit determinata per ipsum actum productionis; neq; postea, quia iam fuit ante determinata per productionem, nec amplius datur indifferentia ad producendum, & non producendum id quod iam productum est, neq; antè, quia productioni æternæ nil potest antecedere, ergo nunquam habuit indifferentiam ad producendum, ergo non liberè, sed necessariò, quod repugnat Deo, qui non operatur ad extra ex necessitate &c.

Et Deum pro eo instanti reali quo creauit, fuisse etiam indifferentem pro aliquo instanti naturæ, in quo casu non erat de se determinatus, sed indifferens, non enim ad libertatem, vt dixi, requiritur prioritas temporis, sed sufficit prioritas naturæ, vt scilicet creatura operetur nullo determinante, sed de se cum cognitione vtriusq; partis oppositæ, vt patet de decretis liberis ab æterno. Propterea sustinent aliqui Angelos potuisse peccare, & mereri in primo instanti suæ productionis, imò dubitant multi, an peccatum Angelorum fuerit in primo ipsorum instanti.

Instabis quod indifferens est competit illi esse, & non esse, sed hoc non potest competere pro instanti reali, quia cum esse, & non esse sint contradictoria, non possunt simul realiter verificari, neq; pro instanti naturæ, quia hoc instans naturæ includitur intra instans reale, ergo si non possunt esse in instanti reali, neq; in instanti naturæ, ergo si acquirit esse, relinquit non esse.

Et enti habenti indifferentiam, vt producat, vel non producat, competere illi non esse, non positiuè semper, sed vel positiuè vel negatiuè,

tiue, hoc est ita est productum hoc esse, ut nisi illi datum fuisset esse, competisset non esse, non esse autem priuatiue potest pro eodem instanti stare cum esse, licet non possit stare non esse positiue, hoc est quod verè detur negatio esse, & huius ratio est, quia non esse priuatiue, non dicit aliud nisi aptitudinem illam, quæ est in ente, ut producat, vel non producat, sicuti licet implicet Petrum currere & non currere, non tamen implicat Petrum currere, & quantum est de se posse non currere; non enim contraria sunt esse; & posse quantum est de se non esse, sicuti neq; repugnat non esse, & posse esse) quæ aptitudo cum non distinguatur ab entitate ipsius rei, hinc pro eodem instanti reali nulla involuitur implicantia &c. & hinc deducitur, creaturam illam longè distare à Dei æternitate, licet tam diu duraret quam diu duraret Deus, quia æternitas illius creaturæ fuit contingens & participata, quia poterat produci, & non produci, æternitas autem Dei est necessaria & imparticipata, ac proinde à Dei æternitate differret &c.

Obijcies creatura illa non haberet esse acquisitum, quia semper illud habuisset, quod autem acquiritur, non habebatur prius; Secundo, quia omne quod communicat esse alteri per electionem præintelligit necessariò illud sub opposito illius communicati, quia electio ex tertio ethicorum non est respectu præsentis, sed futuri, sed Deus communicat esse per electionem, ergo præintelligit ipsam non esse.

R. ad primum, creaturam æternā non habere esse acquisitum, sumpto (ly acquisitum) secundum quod dicit nouitatem, seu inceptionem e fendi, quam non habebat prius. Cæterum habet esse acquisitum, hoc est dependens à Deo non à se, quod ut ostendi non repugnat creaturæ æternæ. Ad secundum R. ut supra, præintelligi prioritate naturæ, non tempore, quia non agit ex determinatione, consultatione, & deliberatione per alios, alijsque modis enumeratis, ut cum de fine dicitur. Vel breuius si electio intelligatur pro conclusione alicuius syllogismi practici, vera est propositio. Cæterum Deus non operatur hoc modo electionis, vel pro libera aliqua volitione alicuius obiecti contingenter volibilis, & sic est falsa, & hoc modo operatur Deus. Aristoteles autem loquitur de prima electione, non de secunda.

Obijcies potuit mundus non creari ab æterno, ergo etiam potuit annihilari ab æterno, consequentia ista probatur, quia non minus potens est Dei potentia ad creandum, quam ad destruendum, sed consequens dicitur esse falsum, ergo, & antecedens.

R. negando primam consequentiā, ad probationem dico factis quibus

Quidam suppositis magis potentem esse Deum ad creandum, quam ad annihilandum, nec hoc derogat (vt dixi) Dei perfectioni, quia ista necessitas est consequens, & repugnantia provenit ex parte creaturæ, quatenus creatæ ab æterno, quod autem possit non creari, non autem producta ab æterno possit annihilari, provenit quia vt possit non creari sufficit sola libertas, at vero vt possit annihilari ab æterno requiritur, vt sit productum ab æterno, quod autem est productum ab æterno, necessario habere debet infinitam durationem, at quod annihilatur ab æterno caret ista æterna duratione, cum autem implicet habere durationem æternam, & illam simul non habere, implicabit annihilari ab æterno &c.

Obijc. omne, quod potuit esse æternum, fuit æternum, quia potentia ad esse æternum coniungitur actui, quia aliter potentia præcederet actum duratione, quod non potest stare cum æternitate, ergo vbi est potentia ad æternitatē, ibi est æternitas, sed nulla res creata fuit æterna, ergo non potuit esse æterna.

Respondetur potentiam ad esse æternū non coniungi necessario cū actui, sed liberè, & sic creatura, quæ nō fuit liberè cum actū ab æterno non fuit æterna; ad probationē verum est, quod potentia, quæ non coniungitur actui necessario, potest actus præcedi à potētia, tamē actus ab æterno, prout coniunctus est potentia, nullo modo præcedi potest à potentia, & sic verum est, quod illud, quod est ab æterno, nullo modo præcedi potest duratione, tamen illud quod liberè poterat esse ab æterno, non reduplicatiuè, sed specificatiuè, potest præcedi duratione.

Obijc. ex Ariaga argumenta, quæ difficilima, ac insolubilia reputat, estō concedat esse falsa, primo, quia creatura ista deberet durare per durationes distinctas, & sic si creatura fuisset producta ab æterno, successiuè pertransisset durationes infinitas, infinitum autem non potest successiuè pertransiri, ergo &c. Secundum argumentum ex suppositione, quod daret per plures distinctas durationes successiuas, sic oritur, sumo omnes durationes successiuas, quas habuisset ab æterno Petrus, & vsq; in æternum si durasset, & sic argumentor, datur inter istas aliqua duratio prima omnium, ergo non sunt ab æterno, consequentia probatur, quia æternitas a parte antè non potest habere primū instans suæ durationis, antecedens probatur, quia non omnis duratio à parte antè habet vnā durationem priorem se, ergo est aliqua, quæ non habet priorem se, ergo illa est prima omnium; illa enim est prima, quæ non habet aliam ante se, probatur antecedens, quia est impossibile, vt

omnes illæ habeant priorem se, quæ sit ex numero omnium, sicut est impossibile, ut omnes homines quantumvis infiniti producantur ab hominibus, si non datur mutua causalitas; ideoq; recurrendum est ad aliquod principium inproductum, nempe Deum, ergo similiter non poterunt omnes durationes antecedi à durationibus in ipsis omnibus inclusis, cum repugnet mutua antecessio durationum, ergo debebit esse aliqua, quæ non antecedatur ab alijs, illa autem erit omnium prima.

Explicat clarius argumētum hoc, nam sumantur omnes durationes, usq; ad hodiernam diem inclusivè, qua terminata est existentia Petri, scilicet argumentari, non possunt omnes hæ durationes habere aliam priorem se, ergo aliqua est prima, probatur antecedens, quia in hac collectione plures sunt, quæ subsequuntur, quam quæ antecedunt, nam hæc ultima subsequitur alteram, illam alia, & sic reliquæ omnes, & subsequuntur, & antecedunt, ergo plures sunt, quæ subsequuntur, quam quæ antecedunt, ergo vel vna immediatè antecedit duas, quod est impossibile, quia post vnam durationem, tantum immediatè succedit altera, vel aliqua debet remanere sine alia antecedenti ipsam, quod intenditur probare. Consequentia patet, quia quantumvis, quæ possunt subsequi, & antecedere sint infinitæ, si tamen plures sint, quæ possunt subsequi, quam quæ antecedere, & cuilibet ex his, quæ subsequitur respondeat vnica ex antecedentibus, necesse est ut aliqua ex subsequentibus non habeat antecedentem, quæ illi correspondeat.

Has, & alias multas, tam responsiones, quam impugnationes adducit P. Ariaga, nec videns posse satisfieri argumento, insolutum reliquit. Primo enim ostendit falsum esse argumentum, quia adhuc militat de æternitate à parte post in actibus intellectus faciendis ab hominibus per totam æternitatem, fateor quidem in sententia de durationibus successivis, argumentum aliqualem habere difficultatem, at non in mea sententia. Dico enim ego, creaturam illam æternam, nequaquam per plures distinctas durationes durare, sed per vnam indivisibilem durationem, quæ correspondeat omni tempori, præterito, præsentis, & futuro. Desumo, & ostendo totum hoc ad hominem contra ipsummet Ariagam, ipse enim in quæstione de duratione, de vocatione, de relatione, alijsq; modis probat admittendas esse distinctos huiusmodi modos, eo quia res modificata potest esse sine hoc, vel illo modo, v. g. eo quod sit in hoc, vel illo loco, in hoc, vel illo tempore, quod si aliquid ita esset affixum huic loco, vel huic tempore, ut non possit esse alibi, vel in alio tempore, tunc non esset per modos distinctos. Ex hoc dico, quod cum

per

per ipsummet Ariagam, creatura æterna statim, ac est producta ab æterno, necessario, & infallibiliter durare debeat per totam æternitatem, nec ita durat, ut possit non durare, consequenter non durabit per distinctam durationem. Quare licet creatura illa æterna fuerit indifferens, ut producat, vel non producat, unde arguitur fuisse productam per distinctam actionem, non tamen durare per distinctam durationem, quia ad durandum non est indifferens, hoc ergo supposito ruit tota machina ab Ariaga constructa, nam in hoc casu non datur illa collectio durationum, in qua fundatur argumentum, sed una diuisibilis duratio, quæ nec antecedit, nec anteceditur ab alijs durationibus ipsius creaturæ &c. Deinde falsitas argumenti euidenter constat, quia probaret, neq; dari æternitatem, quia iuxta principia Ariagæ, si sumamus omnia instantia, tam realia, quam imaginaria, quæ sunt in tota æternitate, idem sit argumentum. Quare argumentum Ariagæ, nullo modo fieri potest in rebus æternis, in æternitate enim non potest sumi ista collectio terminata termino aliquo etiam successiuè impertransibili, nam quodcumq; assignas, semper vnum instans antecedit aliud, & hoc aliud, nec vnquam deueniri potest ad aliquod, quod antecedit, & non antecedatur, sed quodcumq; instans anteceditur, dum autem dicit, sumatur tota collectio, est implicantia in terminis. Vult enim sumi totam collectionem æternitatis, si enim sumeretur tota, iam non esset amplius infinita synchategorematicè, sed chategorematicè; item Deus ipse ita cognoscit, ut infinita sua cognitio terminetur ad ea, quæ nunquam successiuè possunt ita excedi, ut non simul excedantur, nam cum non detur vnum, quod excedat, & non excedatur, illud non potest Deus cognoscere, cum Dei cognito non possit cognoscere, nisi ut in se res sunt.

Aliter enim discurrendum est in infinito ut sic, ac in æternitate; argumentum Ariagæ potest fieri contra reliqua infinita, quia hoc etiam si habeant in se terminum, dummodò sit successiuè impertransibilis saluatur ratio infiniti, & sic potest sumi in actu, & dici tota collectio, hoc est inclusa intra illos duos terminos, qui non exceduntur, ut v. g. esset infinitum animalium inclusorum intra hominem, & equum imperfectiorum homine, & perfectiorum equo, cuius termini essent homo. & equus. At verò æternitas antè, & post (de sola enim æternitate à parte post cum habeat principium, potest aliter dici) cum sit interminabilis, & in ratione temporis infinita in omni genere, in nulla ratione temporis terminatur, sed quocumq; dato etiam infinito semper restat aliud assignabile, nec est primum à quo incipitur, aut ad quod deueniatur, aut quod
finia-

finiatur, & deinde cum excessus iste sit successiuus vnus supra alium, & supra alium, & infinitum successiuè numerando nunquam possit pertransiri, consequenter non potest deueniri ad aliquam omnium primam durationem, sed quacunq; data, semper restat dabilis alia &c.

Obijc. argumētum desumptum ex auctoritate SS. PP. definientium creaturam esse illam, quæ de nihilo vtpotè producta nequit esse æterna, imò per hoc, quod creatura non possit esse æterna, probatum fuit contra Arrium, Verbum non esse primam creaturam, quia Verbum est æternum, vt docebat Gregorius Magnus, Hylarius, Hieronymus &c.

Respondent communiter auctoritatem SS. PP. vim habere solum ad hominem contra Arrium, qui cum sustineret creaturam non posse esse æternam, & ex alia parte Verbum concedebat esse æternum, ideò sibi ipsi contradicens damnatus fuit, de alijs SS. PP. dicendum ipsos, vel loqui de creatura, vt creatura, seu vt producta per creationem, ad quam debeat præcedere nihilum sui, & de hac nos non loquimur, sed dicimus fuisse non creatam, sed simpliciter productam, vel loquitur de creatura iam producta, cui, vtpotè producta, & reduplicatiuè, repugnat æternitas, licet non repugnat illi sumptæ specificatiuè.

C A P V T S E X T V M.


De compositione continui.


Hic sanè inextrigabilis est ille nodus Herculeus, Lærneaq; illa Hydra, à qua non tot recisa difficultatum capita, quin septuplicata, imò centuplicata resurgant.

Duæ circa hoc primo fuerunt extremæ sententiæ, vna Aristotelis cum suis componentis continuum ex partibus diuisibilibus, & diuisibilibus vsq; in infinitum, ita quod nulla assignari possit in quacunque parte facta diuisio partium, quin aliæ restent semper faciendæ. Ex his autem diuisi sunt, quidam enim cōcedunt partes istas, in quas semper, & semper est diuisibile continuū, non dari actu distinctas in continuo, sed tantum in potentia distinguibiles, sicut sunt diuisibiles in potentia. Alij verò admittunt illas actu distinctas, sed in potentia tantum diuisibiles. Distingunt autem isti duas partes, alias vocant proportionales, seu eiusdem proportionis, alias æquales, seu eiusdem quantitatis, proportionales sunt, quæ inter se sic se habent, quod licet sint inæquales semper tamen seruant inter se aliquam proportionem duplam, vel subduplam, & sic



de Trigonometria
liber secundus





& sic deinceps ut si diuidatur vna linea in duas medietates, & iterum alia medietas, in alias medietates, tunc proceditur per partes eiusdem proportionis, & partes primæ diuisionis habent diuisionem duplam respectu partium secundæ diuisionis & sic deinceps. Partes vero æquales sunt quarum vna non excedit aliam, & ideo dicuntur eiusdem quantitatibus, ut duo palmi, tres semipalmi. Harum partium æqualium quædam ponuntur determinatæ, & certæ cuiusdam mensuræ, ut sunt duo semipalmi in palmo, & otto palmi in vlna, aliæ dicuntur æquales indeterminatæ, quæ non sunt vnus certæ ac determinatæ mensuræ, sed indeterminatæ tales sunt pro varia diuisione partiū. Partes æquales adhuc sunt duplices, aliæ sunt communicantes, & sunt illæ quarum vna aliquid accipit ab alia, ut si diuidatur palmus in duas partes, quarum vna contineat semipalmum, & dimidium semipalmi; & altera sit tantum dimidium semipalmi, & deinde idem palmus diuidatur incipiendo ex alia parte, ut vbi prius erat dimidium semipalmi, nunc accipiatur semipalmus, & dimidium illius pro vna parte, & pro alia dimidium tantum, erunt partes æquales tam semipalmus cum dimidio in vna diuisione quam semipalmus cum dimidio in alia diuisione, sed communicantes inuicem in semipalmo medio, relictis hinc inde duabus medietatibus semipalmi. Hac diuisione facta dicunt partes determinatas, & aliquotas finitas esse; partes verò indeterminatas seu proportionales, & communicantes esse infinitas. Qui distinctas admittunt partes. Alij dicunt componi ex partibus, & indiuisibilibus simul. Alij admittentes continuatiua & terminatiua. Alij sola continuatiua, non terminatiua. Alij omnia indiuisibilia excludunt.

Hic vnum notandum est diligenter, partes communicantes esse inclusas in partibus determinatis seu aliquotis, quia partes istæ dicuntur aliquotæ vnus respectu alterius, ut vnus palmus respectu alterius palmi, & vnus semipalmus respectu alterius, respectu autem totius omnes sunt communicantes.

Secunda autem sententia est Zenonis aliorumq; stoicorum sustinentium continuum componi ex solis indiuisibilibus mathematicis, ac physicis, ita quod facta partium componentium diuisione, non restent amplius ipsæ partes diuidendæ. Hi quoque inter se diuisi sunt; Alij enim admittunt in continuo puncta componentia finita tantum. Alij infinita. Alij finita sed inflata, quod scilicet vnum punctum materiæ occupare possit plura puncta loci, sicut Angelus indiuisibilis modo occupat maiorem, modo minorem locum. Vnde admittunt constituenta ista esse

indiuifibilia formaliter, diuifibilia virtualiter. De indiuifibilibus sciendum eſſe in triplici differentia, alia enim ſunt indiuifibilia ſecundum latitudinem, & longitudinem, & hæc dicuntur ſuperficies; alia vero ſunt indiuifibilia ſecundum latitudinem, & profunditatem, diuifibilia vero ſecundum longitudinem, & hæc dicuntur lineæ, alia vero dicuntur indiuifibilia ſecundum longitudinem, latitudinem & profunditatem, & hæc dicuntur propriè puncta. Illud vero quod è contra eſt diuifibile ſecundum trinam dimensionem dicitur corpus. Sciendum etiam indiuifibilia alia eſſe terminatiua, & ſunt illa extra quæ non progreditur totum, vt ipſa vltèrius non ſint diuifibilia, alia ſunt continuatiua quibus ſcilicet vniuntur partes componentes, ipſa autem non habent partes, quæ vniantur. Alia demum appellantur indiuifibilia conſtitutiua, quæ ponuntur indiuifibilia in alias partes, ità vt facta diuiſione vnius ab alio, non amplius reſtet diuidendum, quæ indiuifibilia ſunt totaliter oppoſita partibus ab Ariſtotelicis conceſſis, quæ nunquam totaliter diuidi dicuntur, vt quacumq; diuiſione facta vnius ab alia, non ſemper quælibet reſtet diuidenda. His igitur breuiter, ſed pro dilucidatione totius difficultatis annotatis, vnica conſuſione noſtrâ ſtatuemus ſententiã, & contrarias refutabimus, ſoluendo omnium obiectiones.

Dico vnice cum Zenoniſtis, continuum componi ex ſolis indiuifibilibus finitis, non infinitis, neq; ex finitis inflatis. Auctoꝝ præcipuus huius conſuſionis eſt Zeno quem ſequuntur ſtoici, adhærent ex reſenſioꝝ Ariaga. Ouiedus, eandemq; ſuſtinent ſoluendo rationes in contrariũ plures ex Societate Ieſu contra Ariſtotelicos, & multi ex noſtris, nec improbabile reputarunt Spighius Generalis noſter, Abbates Saponarius, & de Corſalibus.

Probatur noſtra cõcluſio, & ſimul impugnantur opinionẽs alioꝝ. Primò, quia fruſtra & abſq; vlla neceſſitate, & fundamento admittuntur iſtæ diuiſiones poſſibiles vſque in infinitum, cum tota continui machina ſolis finitis punctis, finitisq; indiuifibilibus poſſit coſtrui, pro quibus nullum ſequitur inconueniens, & vitantur difficultates de infinito, quod ipſemet Ariſtoteles mordicus impugnauit. Et aliunde difficultates, quæ ſunt contra puncta, militant æquè de ipſis partibus, vt patebit ex ſolutione argumentorum, ergo &c.

Probatur ſecundo, quia ſi continuum ponitur diuifibile vſq; in infinitum, vel eſſet diuifibile ſecundum partes quas actu diſtinctas habet, vel indiſtinctas; neutrum dici poteſt, ergo, non primum, quia ſi eſſet diuifibile ſecundum partes quas habet actu diſtinctas, debent neceſſario

concedere infinitum tam in multitudine, in extensione, sed vtrumq; ab Aduersarijs negatur, ergo &c. probatur maior quo ad infinitum in multitudine, quia quæ sunt inter se diuisibilia, ea debent esse actu distincta inter se, ne dicatur idem posse diuidi à se ipso, & sic incurreremus in alteram sententiam dicentium partes non necessariò debere actu distinguui, licet possent diuidi, sed sicut diuisibiles sunt in potentia ita in potentia distinguibiles; sed in continuo sunt infinita diuisibilia, ergo infinita actu distincta, sed infinita actu distincta sunt infinita secundum numerum, cum infinitum secundum numerum non sit aliud, nisi tot distincta inter se, & actu existentia, quod successiuè numerari, non possint &c. Probatur ista minor, quia implicat fieri infinitas diuisiones, & non esse infinita diuisibilia, quia cum omnis diuisio sit vnus ab alio separatio, multiplicatis istis separationibus, multiplicatur vnum, & aliud, aliter semper idem esset diuisibile, & separabile à se ipso, quod negatum fuit. Secundo probatur eadem minor, quia si essent infinitæ vniones, eo quia omnis vnio sit vnio duorum, deberent esse infinita vnibilia, ergo sic quæ sunt separabilia, & diuisibilia, cum diuisio sit vnitatis amissio. Deinde quod partes debeant esse actu distinctæ, probabo modo infrà, & quidem argumentum non solum probat de partibus proportionalibus, verum etiam æqualibus, quia quælibet istarum cum diuisibilis sit actu, debet actu esse distincta.

Præmuntur quam maximè hoc argumento aduersarij, proinde varias adhibent responsiones. Primo & partes illas, quæ sumuntur equales ex palmo v. g. esse minores, & minores, & proportionales inclusas in partibus minoribus, tamquam in totis, vt duo semipalmi sunt minores palmo, quartæ partes sunt minores semipalmis, octauæ minores quartis, & sic de alijs in infinitum; & partes istæ licet infinitæ ponantur, non est absurdum hoc dicere, cum ex his non fiat quantitas infinita, quia licet crescant in numero, non tamen crescunt in quantitate, cum intra eandem quantitatem ponantur minores, & minores.

Sed contra primo, quia quamuis partes ad totum comparatæ sint minores, & proportionales, comparatæ tamen inter se sunt æquales, non communicantes, & quælibet habet suam propriam entitatem, quæ comparata cum alijs eodem modo se habeat, & omnes istæ æquales præexistunt, nec per istam compositionem amittit suam entitatem, & fit alia, essentia enim rei sunt inuariabiles, & quod de se est tale, vbicunq; ponitur, remanet tale, distinctio autem rei, vt probatur in Metaphysica, à propria entitate est, quia per id distinguitur, per quod con-

stituitur, ergo essent infinitae actu non solum partes proportionales minores, & minores, sed etiam partes aequales non communicantes essent infinitae. Quod etiam constituerent infinitum actu secundum extensionem probatur, quia quaelibet pars imaginabilis in ipso continuo est materialis, & quanta, aliter si non esset quanta, una cum alia penetraretur, quod negatur ab aduersarijs, tum quia, neq; in tali casu infinita sufficerent ad faciendum extensum, cum quaelibet penetraretur, ergo quaelibet est quanta, ergo quaelibet est impenetrabilis cum alia, & una extra aliam, sed sunt infinitae distinctae non penetrabiles, ergo infinita quarum quaelibet est extra aliud, sed infinitum extensum, per hoc solum constituitur, quod sunt infinita extra unum ab alio, quia tunc habetur constitutum infinitum in aliqua ratione, quando sunt infinita actu participantia talem rationem, sicuti tunc datur infinitum hominum, quando dantur infiniti participantes actu rationem hominis, ergo si continuum diuisibile esset in infinita per aduersarios, teneretur concedere infinitum, tam in extensione, quam in multitudine, & sic debet etiam dari locus infinitus, quem occuparent illa infinita. Deinde probatur infinitum, tam secundum partes proportionales, quam aequales, quia ipsae partes proportionales, quae actu in continuo ponuntur, siue finitae, siue infinitae, diuisibiles sunt usq; in infinitum in partes etiam aequales, sed omnes partes, quae sunt capaces diuisibilitatis, sunt actu distinctae, ergo &c. Et ex hoc deducitur alia ratio, nam hinc etiam sequitur, unum continuum non esse maius alio, quia si partes unius essent maiores, possent diuidi in partes aequales partibus alterius continui, & adhuc non essent illis maiores, quia cum partes alterius continui sint infinitae in actu non potest in isto assignari maior pluralitas, quia infinito nihil est maius per ipsos aduersarios, & admissa per ipsos semel multitudine infinita, totam partium possibilem absorbet multitudinem, cum isti infinitum definiant id, extra quod nihil, & semper restat auferendum, quantumuis auferatur; deniq; non solum deberet esse infinitum partium, verum etiam vnionum vnientium istas partes, ut patet, quia cum quaelibet sit diuisibilis, consequenter retinet partes unitas, in quas diuidatur.

Respondent alij, partes istas non constituere infinitam actu multitudinem, quia est o sint distinctae, non tamen sunt discretae, & diuisae, numerus autem dicit actuale discretionem, vel diuisionem. Potius omnes istae partes dicuntur unum simpliciter, cum unitae componant unum continuum; admittere autem hoc modo diminuto infinitum, non est absurdum; nec constituerent infinities infinitum, quia omnes istae partes sunt

sunt res incompletæ ordinatæ ad constitutionem vnius rei completæ. Aristoteles autem negat infinitum rerum separatatum completarum, non autem aliud.

Sed contra quia dum ipsi aduersarij admittunt pluralitatem partium infinitam, & negant illas continere multitudinem infinitam incidunt in easdem difficultates supra assignatas; primo, nam cum partes illæ sint distinctæ, & vna non sit alia, non est excogitabile, cur non constituent infinitam multitudinem, discretio etiam reperitur in illis partibus, quia cum vna non sit alia, in se ipsis sunt discretæ, nec vnio continuatiua, & ordinatio ad aliud tollit hæc omnia, nam etiam forma ordinata est ad materiam, & tamen non audet quis dicere, si ponantur infinitæ formæ, quarum vna non sit alia, non constituere infinitam multitudinem formarum, siquidem ordinatio ad totum facit, quod constituent vnum totum, non autem tollit partium multitudinem, inò necessario debet illam includere, quia cum omne totum compositum includat vnionem partium, vnio debet esse inter extrema distincta, & multa. Totum hoc patet etiam ex ipsa definitione continui, nam continuum est illud, cuius partes copulantur termino communi, nō sic verò discretum. Vbi verè admittuntur partes distinctæ, tam in continuo, quam in discreto, cum admittatur vnio copulans, & ad vnionem sequitur distinctio extremorum.

Dices Aristoteles dixit numerum causari ex diuisione continui, ergo partes consideratæ, quatenus in continuo nō faciunt numerum, nec infinitam multitudinem, quæ constituitur per numeros infinitos.

Respondetur Aristotelem ibi loqui de numero, qui ponitur in linea prædicamentali, cuius partes important completudinem, molem, & diuisionem, non autem de transcendentali, quam vnitatem participat quodlibet, eo ipso, quod aliquid est ens ab alio distinctum, cuiusmodi solemus dicere octo animas, lapides, octo accidentia &c. Quare licet partes in continuo non habeant numerum prædicamentalem, quia non sunt separatæ, habent tamen numerum transcendentalem, quatenus sunt, licet non diuisæ, tamen distinctæ, difficultates autem, quæ militant contra multitudinem actu infinitam, tam militant de transcendentali, quam de prædicamentali, quia difficultates vim sumunt ex ipsa entium infinitate, siuè entia realia sint, siuè rationis, siuè completa, siuè incompleta, vt euidenter facile speculanti patet. Hoc solum argumentum, stante partium distinctione, fateor, adeò efficax mihi videri, vt reputem difficillimum, ita quod si huic difficultati possem satisfacere

(quod

(quod fieret si Thomistarū opinio de indistinctione partium posset subsistere) inclinarē in communem Aristotelis sententiam aliquantulum.

Probatur 2. conclusio quia tota, & præcipua ratio, in qua fundantur Aristotelici, consistit in hoc, quia indiuisibile additum indiuisibili non facit maius, & extensum, quia penetrantur, sed hæc ratio nulla est, ergo probatur minor, nam hæc ratio, primo æquē militat contra aduersarios de partibus, quæres namq; ab illis, an vna pars addita alteri facit maius, vel non? si facit, ergo pro continuo finito sufficient partes finitæ, non infinitæ requiruntur, si non facit, ergo cum quælibet pars sit æquē constitutiuæ, & in ordine ad totum ita se habet vna, ac alia, secundum se enim consideratæ partes, vna potest esse æqualis simul, & communicans, quia hæc habet considerata in ordine ad diuersa, & de qualibet quæri potest, an tangatur secundum totum, vel secundum partem, & si primum istarum concedunt, debent dicere penetrari, & non facere maius, si secundum nulla illarum partium penetrabitur, ac proinde cum quælibet faciat maius pro continuo finito, cuiusmodi dicunt esse vnam, v. g. sufficient partes finitæ, quia finitum potest constitutere finitum. Præcipue cum constitutio ista sit per modum causæ intrinsecæ, per communicationē scilicet ipsarummet partium in toto. Cumque totum non sit aliud præter ipsas partes, tota finitudo totius continui habenda est ex finitate partium. Secundo, quia potest dari tactus secundum totum, & tamen non dari penetratio, ergo &c. probatur, quia ad penetrationem ultra tactum secundum totum, requiritur vt correspondeat eidem puncto fixo, seu indiuisibili puncto loci, sed possunt duo se tangere secundum totum, & non correspondere eidem loco, ergo, probatur, quia si poneret Deus duos Angelos contiguos, hoc est in duobus locis contiguis, verè vnus ita esset approximatus alteri, vt inter vnum, & alium nihil mediet, & tamen vnus Angelus non est in loco alterius, quia supponimus illos esse contiguos tantum, ergo sic etiam, licet inter vnum indiuisibile, & aliud nihil mediet, potest tamen ita esse in suo puncto determinato loci, vt vbi est illud non sit aliud, & consequenter tangerentur quidem secundum totum, hoc est inter vnum, & aliud, nec pars alia, nec totum intercederet, sed per hoc non penetrarentur, quia non sunt in eodem loco. Cur autem contrarium accadat in rebus diuisibilibus, videbitis in solutione argumentorum.

Probatur 3. conclusio, quia vltimum in quod resoluitur, est primum quo res constituebatur, sed vltimo res resoluitur in indiuisibilia, ergo, probatur, quia si continuum diuideretur quantum diuidi potest, diuidere

deretur ultimo in indiuisibilia, probatur, quia si diuideretur quantum diuidi potest, non remaneret amplius diuidendū, quia sic prius non fuisset diuisum, quantum poterat diuidi, ergo tunc remaneret indiuisibile, quia inter diuisibile, & indiuisibile non datur medium, cum dicant contradictionem, sed potest hoc Deus facere; quia possibili posito in actu, non dicit contradictionem, per quod differat ab impossibili, quod positum dicit implicantiā in terminis. Cum ergo continuum per aduersarios possit diuidi secundum omnes sui partes, si actu diuidatur, non dicit implicantiā, sed si hoc Deus faceret, resolveretur in indiuisibilia, ergo dum potest hoc fieri, signum est quod ex illis constituitur.

Respondent huic argumento aduersarij dicēdo continuum posse quidem diuidi synchategorematicè, & successiuè, non tamen chategorematicè, & totum simul, quia sic destrueretur essentia continui.

Sed contra est primo, nam quod continuum totum simul diuidatur, & non tantum successiuè, nulla potest assignari ratio, quæ non petat principium, nam si dicis, quia sic non esset continuum, hæc est mera petitio principij, & aliam rationem debes assignare. Secundo, quia dum dicis, quia destrueretur essentia cōtinui, videris ludere verbis, nam dum dicis destrui continuum, vel loqueris de continuo reduplicatiue, quatenus continuum est, quia scilicet factis omnibus diuisionibus non remaneret continuum, & hoc vltro conceditur, nec est difficultas, nam dum ego dico, vltimum in quod resoluitur, est primum quo res constituebatur, iam suppono fieri continui destructionem, ergo sicuti ab omnibus admittitur illa maxima, ita admittitur hoc secundum. Patet res exemplo, dum volumus Nos probare totum componi ex materia, & forma, eo quia in istas resoluitur, certū est tunc destrui totum, quia implicat loqui de resolutione, & quod maneat totum, ergo in hoc sensu responsio aduersariorum est impertinens. Si autē loquuntur de essentia illius, quod erat continuum, hoc erant ipsæ partes constitutiue, sed hæ per diuisionem non destruuntur, sed tantum vna ab alia separatur, deinde est per separationem illæ partes destruuntur, quia indiuisibile solum non posset durare, nil obstat, nam etiam forma materialis separata à materia destruitur, & tamen verè separari potest, & de facto separatur. Item separatis à corpore manibus, pedibus, oculis, naribus, & sic de singulis partibus integralibus destruitur homo integraliter, & tamen, hoc non obstante, ne vllus negat posse separari, ita similiter in casu nostro.

Contra etiam secūdo, quia licet ad destructionem infiniti simul non sufficiat virtus finita, non virtus finita, non videtur tamen cur sit deneg-

gandum hoc infinitæ virtuti, & licet infinitum definiatur illud, à quo est semper accipiendum, hoc, si dicamus intelligi in ordine ad virtutem finitam, non vero infinitam, nullum sequitur absurdum, vel si dicamus intelligi hoc sumendo successiue, quia successiue est impertransibile, non verò totum simul, benè distinguimus infinitum à finito, vt ostendam infra, ergò potest destrui, ergò resolui in indiuisibilia &c. Deniq; cognoscit Deus in hoc instanti quotquot diuisiones possibiles sunt in continuo, ergò etiam Diuina omnipotentia producere potest illas, cum non minus potens sit Dei potentia ad ea quæ non dicunt contradictionem, quam Dei cognitio ad cognoscibilia &c.

Probatur etiam maior huius probationis supra factæ hoc secundo medio, nam si separet Deus omnes vniones, quæ sunt in continuo, tunc partes illæ remanerent indiuisibiles, sed istæ possent separari, ergò; probatur maior, nam in tantum res est diuisibilis, in quantum non amisit vnionem, quia diuisio fit cū amittitur vnio, ergò deperdita vnione non est quid destruat, & quomodo separetur, cum iam sint separatæ, sicuti si deperdatur vnio quæ est inter animam, & corpus, non amplius est diuisibile totum, in animam & corpus, quia deperdita vnione, deperditur totum, & partes sunt iam diuise, non diuisibiles ergò remanent tunc indiuisibiles. Minor autem probatur, quia quælibet vnio, sicut & pars, & quodcunq; ens creatum ita est, vt possit à Deo destrui, subtrahendo concursus suum, cum Deus ad extra non operetur necessario, ergò non est assignabilis ratio, quare Deus cum distinctæ sint vniones à partibus, non possit destruere vniones, non destructis partibus, quod si dicas dari connexionem essentialem, inter vnionem, & partes; gratis hoc totum dicitur, nec vlla assignari potest ratio ad hoc probandum, quæ non petat principium. Secundo, quia ipsi aduersarij vere debent concedere aliquas vniones inter partes aliquas esse destruibiles, & separabiles, cum iam experientia constet vnā partem continui ab alia diuidi, & separari, ergò idem dicendum est de reliquis partibus, cum non sit maior ratio de vna, quam de alia, & cum æquè distincta sit vna, quam alia pars ab ipsa vnione, & quælibet indifferens sit, vt sit vnita, cum per aduersarios quælibet sit diuisibilis in alias, & ab alia. Tum quia vnio inter partes essentielles phyficas, hoc est, materiam, & formam, est separabilis, vt patet de vnione inter formam equi, & materiam, vel animam rationalem, & corpus, ergò etiam poterit destrui inter partes integrales, & continuatiuas, cum non videatur maior ratio,

Probatur 4. conclusio directè contra Aristotelem, ipse enim primo phy.

physicorum arguens antiquos, qui ponebant quodlibet corpus sensibile componi ex aggregatione infinitorum corpusculorum, sic habet tex. 35. (*infinitem, secundum quod infinitum, ignotum est, secundum multitudinem quidem, aut magnitudinem infinitum ignotum, quantum quoddam est secundum formam quoque; infinitum ignotum, ut quale quoddam est. Principijs autem existentibus infinitis impossibile est ea, quæ sunt ex his, cognoscere, sic enim cognoscere compositum arbitramur, cum cognoscimus ex quibus, & quod sit*) Ex quibus verbis Aristotelis sic arguo, si quantitas est composita ex partibus semper physicè diuisibilibus esset ignota, consequens est absurdum per Aristotelem, qui ideò negabant componi res ex infinitis athomis, ne esset ignotum ipsum compositum, ergo &c. sequela probatur, quia debet componi ex partibus infinitis (quia ut supra ostendi non potest aliquid diuidi, nisi in ea, quæ habet, & diuisionum numerus attenditur pænes partes, quæ diuiduntur, cum diuisio alicuius sit diuisio) non minus, quam Antiquorum corpora ex athomis componebantur, sed quod hoc modo componitur, est ignotum per Aristotelem, ergo &c. maior item probatur, quia non potest assignari per aduersarios, neque à Deo determinatus numerus partium componentium quamlibet quantitatem, cum tamen entitas omnium istarum debeat existere, ergo partes componentes sunt infinitæ, ergo non possunt cognosci omnes, sed illud compositum dicitur ignotum, cuius omnes partes non possunt cognosci, ergo &c. Quod si dicas partes componentes quantitatem, cum existant omnes actu secundum totam suam entitatem, non sunt actu infinitæ, erunt atque ita indissolubiles.

Confirmatur quia si res naturales componerentur ex totidem principijs, vel partibus substantialibus, quot habet quantitas, essent secundum Aristotelē ignotæ, imò, & infinitæ, ergo eodem modo erit ignota quantitas, quæ tot habet partes, quot habebat athomos omne compositum secundum antiquos, nempe infinitas, imò infinities plures.

Confirmatur secundo, quia id est ignotum per Aristotelem, cuius prima principia componentia nequeunt assignari, sed si partes componentes quantitatem sunt physicè in infinitum diuisibiles, non possunt assignari eius principia componentia, neque à Deo, ergo est ignota, minor probatur, quia nec Deus cognoscit primas partes componentes, quia non dantur, implicat autem esse aliquid verè compositum, & cognoscibile, si nullo modo possunt eius principia componentia cognosci, vel assignari, ut accideret in quantitate, nam assignata una parte, quamuis minima, illa erit composita, cum habeat alias infinitas partes, in quas

in infinitum est diuisibilis, & idem dico de reliquis illis diuisis, ac proinde nulla erit principium componens; si ergo Aristotelis argumentum quidquam probat contra antiquos, probat etiam contra compositionem, ac diuisionem physicam, & realem Aristotelis in quantitate &c. ergo dicendum est, vel Aristotelem sibi contradicere, vel illam probationem contra aduersarios non fuisse sufficientem, quod negant Aristotelici, vel hanc opinionem non esse veram.

Probatur etiam quinto, pro quo prius suppono potentiam ad diuidi esse physicam, cum diuisibile respiciat actum diuisionis, tunc sic arguamur, stante opinione de diuisibilitate partium, usque in infinitum, & queretur dari actum in rebus potentiam passiuam physicam maiorem, quam sit potentia actiua Dei, & quam Deus non posset actuare; consequens dicetur esse absurdum, ergo & antecedens, maior probatur primo, quia potentia passiuam, quam habet quantitas ad diuisionem actiuam, est Physica, & exiens a parte rei, in quauis minima quantitate; sed haec ita est infinita; ut a Deo non possit actuari, vel tota simul, vel successiue, cum facta quacunque diuisione restent aliae infinitae faciendae, ergo est maior potentia passiuam quantitatis, quam potentia actiua Dei.

Respondebis potentiam passiuam quantitatis non esse maiorem potentia passiuam Dei, sed id provenire ex ipsa natura quantitatis, quae cum sit in infinitum diuisibilis implicat esse totam actu diuisam.

Sed contra, quia potentia passiuam physica non respicit actum impossibilem, ergo possibilem, ergo si ipsa est capax; & tamen non potest fieri diuisio, provenit haec impotentia ab agente, sicut communiter dicitur aliquod minimum quantitatis non posse actu diuidi, non quia non datur capacitas ad diuisionem, sed quia non datur agens potens illud diuidere.

Confirmatur hoc, quia capacitas quantitatis, & eius potentia ad diuisionis actum, est eiusdem rationis in singulis partibus; ergo quantum est de se, non repugnat singulas reduci ad actum diuisionis; nec in quantitate vlla est excogitabilis pars, quae non possit reduci ad actum diuisionis, sicut reliquae partes; si detur potentia potens diuidere, ergo quod non possit diuidi tota quantitas, vel reliqua eius pars indeterminata, & de se sit capax, non est ex defectu potentiae passiuae, sed actiuae, & sic maior esset potentia ad diuisionem, quam actiuitas diuidentis, haec autem capacitas saltem est proprietas realis quantitatis existens, vel potens existere, imò a quantitate inseparabilis etiam de potentia Dei absoluta, ergo &c.

186 Dices, esse paritatem, & exemplum de passiva potentia, quam Deus non potest actuare omnibus formis, quas potest habere, & tamen illa non est maior quam potentia actiua Dei, ergo sic in casu nostro.

187 Sed contra, quia materia non habet actu potentiam passiuam naturalem nisi ad vnam formam substantialem, quæcunq; illa sit, qua habita non potest naturaliter habere plures, ita vt si Deus plures formas induceret, foret hoc præter ipsius naturam, nam eius potentia est æquè bene completa, & actiuata per quamlibet formam substantialem, quantitas autem habet naturalem capacitatem ad omnem, & quamcunque diuisionem possibilem, quam Deus quia non potest facere, ideo non fit, ergo diuersa est ratio.

188 Confirmatur nostra ratio, nam si potentia passiuæ materiæ haberet capacitatem naturalem potentem actu existere ad suscipiendas omnes formas quas nullum Agens siue creatum, siue increatum posset producere, esset potentia infinita maior in suo genere, quam quælibet potentia actiua in suo; sed potentia quantitatis ad diuidi est huiusmodi, quia potest actu recipere plures diuisiones, quâ possit Deus facere vel simul, vel successiue in tota æternitate, ergo superabit potentiam Dei. Nec hic quidem contendo ego, quod tota reducatur in actu, sed solum sufficit non posse a Deo etiam volente per totam æternitatem reduci ad actum quamlibet minimam partem earum diuisionum quas potest physicè, & actu recipere, sed omnia ista tanquam absurda habenda sunt, primò quia derogant infinitæ Dei virtuti, secundo, quia omni potentiæ passivæ correspondere debet potētia actiua, quia omnis potentia vt potē incompleta, & perfectibilis ordinata est ad actum; istę vero potentiæ passivæ ad diuisiones omnes quas posset habere, non correspondet potentia actiua sufficiens, quia facta quacunq; diuisione resurgunt, tanquam Hydræ Lerneæ capita, aliæ infinities multiplicatæ faciendæ, ergo &c. Deniq; auribus omnino dissonum apparet, ac imperceptibile, tot partes panis posse a Deo, vel Angelo elici ex minima indiuisibili parte, quot ex magna quantitate, quod tenentur dicere ipsi Aristotelici, cum tam sit in infinitum diuisibilis vna pars quam alia, & per Aristotelicos vnum infinitum non possit esse maius alio & ex alia parte omnes partes, in quas res est diuisibilis, debeant esse actu distinctæ, & contentæ in ipsa re, quæ diuiditur, vt probauimus supra, hinc cum infinitæ partes contineantur in minima particula panis, nec plures in hac, quam in magna quantitate, æquè satiabit appetitum minima pars, quam magna, quia in infinitum sufficientissime satiatur quodlibet. Nec recurra-

tur ad partes determinatas, vel indeterminatas &c. quia omnes istas, ostendi supra, debere reperiri in qualibet minima parte iuxta sententiam Aristotelis &c.

Aliae adducuntur rationes Aristotelicos impugnantes, quas utpotè inefficaces relinquo, hoc quidem verum est, aduersarios multas debere concedere propositiones nè dum sensui, verum & rationi omnino repugnantes, & odiosas. Primo, Deum non posse scire vnde incipiat, vel vbi finiatur lignum, quod ipse creauit, licet verè finem habeat, & principium, vltra quæ non transgreditur. Quod non possit destruere id, quod ipse condidit liberè, & conseruat, & multa alia, vt muscæ alam esse tantæ magnitudinis in se ipsa, quod possit, nè dum hoc vniuersum, verum etiam infinities infinita loca occupare, si eius partes diuiduntur.

Prob. etiam, quia iuxta Aristotelicam sententiam sequeretur, neq; Angelum, neq; animam rationalem, aut quodcunq; aliud speciale ens posse à Deo produci, quod dicere est contra fidem. Probat. antecedens, quia productio entium spiritualium debet esse instantanea, quia cum Angelus nullas in se contineat partes, si producitur, totus simul produci debet, sed quod producitur totum simul, producitur in instanti, quia si in tempore diuisibili, ergò prius produceretur vna pars, postea alia, cum non valeret tunc dicere, ita Angelus producitur in hac parte temporis, vt non sit verum dicere, fuit productus in aliqua parte antecedenti, ergò nunquam incipiet productio tota simul, & hinc impeditur refugium ad partes minores, & minores, quia quæcunq; sint istæ partes, semper sunt diuisibiles per aduersarios, & argumentum militat immediatè contra diuisibilitatem partium, non contra minoritatem.

Respondent aliqui Aristotelici Angelum (licet creari debeat totus simul, cum in se non habeat partes) non per hoc tamen in instanti, sed dicunt non posse assignari creationem Angeli, quæ nō includat aliquam conseruationem, ita quod quantumcunq; dixeris, nunc est Angelus, verum sit etiam dicere, immediatè ante erat, quia illud nunc, in quo dicitur Angelus productus, potest adhuc diuidi in duas partes, imò, & in infinitas; quare vel debet sumi aliquod tempus totum simul, v. g. hora, vel semihora cathegorematicè, vt dicunt, & dici debet in tota hac hora est Angelus, & immediatè non fuit antè illam, vel assignanda erit aliqua breuissima morula, quæ assignetur illi productioni, & quidem non solum hoc in creatione Angeli, verumetiam in productione for-

mæ,

mae cuiuscunq; substantialis, v.g. formæ ignis &c. Quod si dicas, ergò falsum erit, quod ignis primò producat à Deo simul cū alio igne, conseruatur autem à solo Deo. Respondent ideò dici ignem, primò produci, non autem conseruari ab alio igne, quia post breuissimam morulam à Deo sumendam non amplius accipit esse ab alio igne. Vnde dicunt isti, quod quando Auctores admittunt actiones instantaneas, solum volunt dari aliquas, in quibus producit terminus totus simul, & non prius quidem vna pars, deindè alia, nō autem volunt, quod aliquæ productiones fiant in instanti, & non durent saltem per aliquod modicissimum tempus, quod communiter appellatur instans.

Sed responsio ista adhuc tamquam falsissima reicitur, nec vllō modo potest subsistere, quia tempus secundum nihil sui ipsius est diuisibile, quia sic non omnes eius partes essent successiuè, ergò nisi dentur instantia, nunquam poterit secundum vllam sui partem dici, est, quia neq; secundum se totum, neq; secundum partem est actu hora, quia cum omne diuisibile debeat habere suas partes vnitas, per cuius vnionis ammissionem diuidatur, hinc ponere ipsum tempus diuisibile in indiuisibilia, ita quod nunquam valeat dicere, fuit nunc, & non prius, cum sit ponere tempus habens partes in quas est diuisibile, consequenter est ponere partes vnitas, sicuti si quantitas continua poneretur sine vnione, remanerent indiuisibiles suæ partes, ponere autem partes vnitas implicat in terminis, vt dixi, ergò tota hæc aduersariorum responsio non satisfacit difficultati.

Quod autem ex hoc benè probetur, quantitatem permanentem debere adhuc constare ex indiuisibilibus, probatur, quia mobile in vno instanti temporis non potest acquirere plures partes, quia dum medietatem illarum acquireret, pertransiret solum seminstans, quod est absurdum.

Aliqui recensiores dicunt, in tempore dari indiuisibilia terminatiua, & copulatiua, & in his produci entia spiritalia, seu indiuisibilia, non verò in tempore constante terminis diuisibilibus, sicut & formam substantialem ignis generari, & sic soluunt omnes difficultates factas contra ipsos, ita similiter discurrunt de continuo permanenti, nam in ipso admittentes puncta continuatiua, & terminatiua, dicunt planum, & sphaericum perfectum &c. tangi in plano in istis punctis, non autem in partibus, & quidem responsionem istam, dicunt, esse conformem menti Aristotelis, quem clarè dicunt admisisse huiusmodi puncta, dum quantitatem diuisit in lineam, superficiem, & corpus.

Sed adhuc responsio ista impugnatur primo, in tempore, in quo omnino excludenda sunt puncta copulativa, cum tempus, utpotè ens successivum, cuius nulla pars simul est, necessario excludere debeat partium unionem. Vltcrius neq; in continuo successivo excogitare possumus instantia terminativa, quia cum omnes partes sint successivæ, non potest unquam assignari, cui una sit terminans, & alia terminata. Secundo, quia in quantitate discreta omnes partes habent rationem termini, quia quantitas discreta non fit per unionem partium, ultra quas non potest transgredi, sed sunt per additionem unius supra aliam, non unitæ constituentes maiorem numerum, & quod hæc pars temporis appelletur hora, illa verò non, parum refert, & est ex magno hominum beneplacito, cum potuerimus horam adhuc dicere licet duas partes plus haberet, exemplum est in numeris, quorum quilibet potest esse terminus ad constituendum numerum, & simul etiam pars.

De continuo permanenti magis patet falsitas, quia vel illa puncta sunt in eodem loco cum partibus, quas tangunt, terminant, & ununt, vel non, si primum, iam tanget sphaera planum in parte diuisibili, quia implicat unum tangere aliud, & non tangere id, quod in eodem loco est cum illo, si secundum, ergo iam conceditur cum Zenonistis bene posse punctum tangi cum alio, & non penetrari cum illo, sed facere extensionem. Deinde positus istis punctis copulativis debet illa ponere infinita, & quidem inter se æqualia, & non communicantia, cum punctum, utpotè, indivisibile, alteri, sit æquale, cum non possit habere maius, & minus, nec ipsum est in aliud diuisibile, ut communicet ex alio, vel alia ab ipso.

Quoniam autem sufficientem nullam adiuvenire potuerunt Aristotelici rationem naturalem, ac speculativam, ad mathematicas recurrerunt experientias, dicentes Zenonis sententiam mathematica principia subvertere. Verum quam parum probent contra Zenonem ostendam infra, imò demonstrabo magis Aristotelicos quam Zenonistas urgere, utq; astra sententia magis principiis mathematicis cōformari videatur.

Probatur, primo experientia mathematica. Si quantitas est diuisibilis in infinitum, sequeretur quamlibet quantitatem quamvis minimam, esse actu infinitam, sed hoc ab his negatur, ergo &c. sequela probatur, nam in qualibet quantitate habente superficiem potest fieri circulus, qui tangat in puncto aliquam rectam lineam seu superficiem, & tunc verè fiet angulus contingentia, & si a centro circuli usq; ad punctum contactus recta linea duratur, faciet angulum rectum cum linea,

quæ

quæ tangitur, & cadit extra circulum. Tunc mathematicè sic demon-
stratur apud Euclidem lib. 3. theoremate 15. propo. 16. omnem an-
gulum rectilineum possibile esse maiorem quocunq; angulo contingen-
tiæ, sed in angulo recto, qui sit a semidiametro circuli cadente super li-
neam rectam, quæ transit extra circulum, & cuius pars, nempe angulus
recti est angulus contingentie, possunt assignari anguli rectilinei fi-
niti in infinitum secundum mathematicos, & physice separabiles, sal-
tem à Deo, per aduersarios, quia ille angulus rectus in infinitum est di-
uisibilis, ergo possunt assignari in illo angulo recto partes finitæ in in-
finitum, id est rectilinei æquales, imò maiores vna certa, & determinata,
id est angulo contingentie, quæ est pars physice quanta eiusdem circu-
li & actu separabilis à reliquis saltem à Deo, ergo omnis quantitas erit
actu infinita iuxta definitionem infiniti &c. sit enim circulus D, in eo
angulus A, B, C, rectus est per constructionem, potest autem diuidi in
angulos rectilineos B, finitos in infinitum maiores angulo contingen-
tiæ E, B, C, qui est pars anguli recti, sed angulus contingentie est quan-
titas, & quidem diuisibilis in infinitum, tum per alias lineas curuas, tum
per maiores, & maiores, quæ semper diuiditur idem angulus contingen-
tiæ, vt demonstratur clarius apud Euclidem, si ergo quantitas est in infi-
nitum diuisibilis, poterit actuali diuisione à Deo separatim poni vnus
angulus contingentie, imò & multi sine fine facti in eodem angulo re-
cto, semper minores & minores, quibus possunt in eodem angulo recto
abscindi partes æquales, imò omnes maiores, nempe anguli rectilinei
finiti in infinitum singuli possibiles ad existendum separati, quod impli-
cat, cum omnis quantitas, in qua sunt assignabiles partes finitæ in infi-
nitum æquales, vel maiores vna certa, & determinata, sit infinita; quod
totum euidenter in hac figura conspici potest.



Secunda demonstratio sit hæc, in quauis par-
te assignabili quantitatis fieri potest angulus re-
ctus, sed quælibet pars habet in se alias finitas
partes in infinitum tamen diuisibiles, ergo in
quauis particula poterunt assignari anguli recti
finiti in infinitum, omnes separabiles saltem à Deo distributiuè, sed om-
nes anguli recti sunt æquales ex 10. axiomate primi libri Euclidis, er-
go in quauis minima quantitate sunt partes separabiles finitæ in infi-
nitum, omnes diuisibiles, & rursus infinites in infinitum, sine vllò termi-
no, quarum quælibet est realiter diuisibilis in alias infinites infinitas
æquales, atq; adeo quælibet minima pars est infinita. Neq; didant par-
tes

tes illas esse determinatæ rationis, quia angulus rectilineus, & angulus contingentia sunt diuersæ rationis, nam primo omnes anguli rectilinei sunt eiusdem rationis, deinde non curo ego de figura anguli, sed quæro, an omnes illi anguli habeant entitatem quantitatis, siue habeant illam figuram anguli recti, siue non, & item an possit per diuisionem quantitas cuiuscunq; anguli, ut suis lineis compræhenditur, diuidi, & poni separatim à parte rei, vel non, si secundum habeo quod volo, non omnem scilicet quantitatem esse diuisibilem etiam à Deo; si primum, cum quilibet angulus rectus sit pars eius quantitatis, à qua, & in quam est diuisibilis, quilibet feret secum suam entitatem, & partem quantitatis finitam diuisibilem in alias partes, & in alios angulos rectos per nouas lineas perpendiculares assignabiles in infinitum, quod est impossibile, sic enim quæuis quantitas erit finita, & infinita actu.

Probant 3. communi illo argumento mathematico, sed nimis inexplicabili, si corpus perfectè sphæricum, tangeret perfectè planum non nisi in puncto tangeret, ergò verè constat ex punctis, quæ sint aliquid reale, quia contactus non fit in negatione, sed fit in positio. Antecedens præterquamquod est Aristotelis primo de anima 13. probatur adhuc, quia si tangeret in aliquo diuisibili, sequeretur, quod esset in corpore sphærico aliquod planum, sed hoc est falsum, ergò &c. sequela probatur, quia quando corpora diuisibiliter se tangunt, adæquantur in eo, secundum quod fit contactus, sed planum nequit adæquari nisi cum plano, quia quælibet pars sphærici sphærica est, & plani plana, tum quia totum illud sphæricum aliquod planum esset, & tota illa circumferentia circuli esset vna linea recta, quia illa pars circuli, secundum quam partem est contactus, totam tangeret plani partem, quæ utique est recta, & per consequens tota coaptatur illi, & extrema eius tangunt extrema recti, & medium eius medium recti, & per consequens ipsa est recta, cum autem rectum illud secundum illam eandem partem possit successiue tangere totum circulum, sequitur quod tota circumferentia circuli fit ex rectis lineis præcisè composita, & totum corpus sphæricum ex corporibus planis. Deniquè si in parte diuisibili tangeret non esset perfectè sphæricum, quia illud est perfectè sphæricum, à cuius centro omnes lineæ rectæ ad circumferentiam ductæ sunt æquales, si verò ducerentur tres lineæ à centro circuli ad duas extremitates, & ad medium illius partis, secundum quam fit contactus, longiores essent lineæ ductæ ad extremitates, quam ad medium ut patet, ergò &c.

Idem

Idem argumentum principaliter fit de columna perfecte rotunda dicta cylindrum, quæ cadens super planum propter easdem rationes debet tangere in indivisibili linea.

Varias huic argumento adhibent responsiones aduersarij, propter quas ab aliquibus parui æstimatum fuit hoc argumentum.

Respondent primò negando, dari posse huiusmodi figuras sphericas, ac rotundas perfecte, & mathematicè.

Alij admittentes huiusmodi figuras, negant tamen tangere planum, sed debere aliquantisper distare, & hoc propter improportionem corporum istorum cum plano. Alij dicunt tangere quidem, sed in parte indivisibili, & indeterminata, quia scilicet non potest signari pars tam parua, in qua tangat, quin alia minor in infinitum assignari possit in qua tangat, quod est tangere indivisibiliter in parte diuisibili. Demum alij respondent huiusmodi corpora sphericum scilicet, & rotundum perfecte tangere planum in puncto, non quidem positivè, sed negativè distincto à quantitate, quatenus fit tactus in entitate, non prout est diuisibilis, sed prout negat omnem extensionem.

Sed omnes responsiones istæ facillè impugnantur. Prima falsa est, quia afferri nequit vlla ratio convincens, cur saltem à Dei infinita potentia nequeant produci, & omnis erit petitio principij, præterquam quod corpus cæleste est perfecte sphericum de facto; tum quia si saltè secundum aliquam partem non daretur perfecte sphericum, partes rectæ quandò obliquè in circulum flectuntur, vel faciunt angulum, vel perfecte circulariter flectuntur, si secundum, ergò non constat sphericum ex omnibus partibus rectis, sed aliquam perfecte circularè habet, quod facit currere argumentum, quia hæc deberet in puncto tangere, aliter non esset perfecte spherica; si primum, vel angulus ille est indivisibilis, vel dicit punctum, aut lineam, & hoc est quod volumus, si diuisibilis, itaut planitiem habeant, hoc est contrà rationem anguli, & potius partes illæ essent connexæ in rectum, quam in obliquum, ergò &c. Secunda responsio falsa est etiam, nam in primis gratis dicit non tangi, & improportionem assignantes perunt principium, graue enim semper tendit deorsum scindens, & superans medium, ergò sicuti superavit reliquum aerem, ita & hunc paruum, tum quia velocior est motus in fine, quam in principio. Alia responsio de parte indeterminata implicat, quia cum tactus sit actio realis habens proprium terminum, estò non cognoscamus nos, quæ sit hæc pars tacta, non videtur dicendum Deum non cognoscere illam, quæ tangit, agit, & per actionem patitur, nam

cum Deus ad omnes creatas actiones concursus præbeat, indignum videtur dicere, Deum præbere concursus suum, & nescire cui illum præbeat, tum quia cum pars illa realiter tangat, & ens reale sit, indeterminatum quid esse non potest, cum omne id, quod à parte rei est, sit aliquid determinatum, suumque nomen habere possit, cum habeat suam entitatem distinctam ab alijs, vagum enim, & indeterminatum, ut omnes fatentur, est denominatio proveniens ab actibus intellectus confuse cognoscentis, & non magis hoc, quam illud affirmantis. Ultima responsio adhuc impugnatur, nam illæ duæ res realiter tranguuntur, & actualiter, ergo per aliquid reale actuale, non per aliquid negativum, aut factum à ratione, deinde si non distant, aut hoc est per aliquid negativum, aut positivum, si positivum, de illo positivo redit eadem difficultas, an sit divisibilis, vel indivisibilis, si verò per negativum, ergo per nihil non distant, quod dicere, iam implicaret interminis, quia non distare per nihil, est distare, cum duæ negationes affirmant.

Faber in solutione huius argumenti, & similium plura innumerabilia concedit absurda, scilicet lineam constare ex Solis punctis, post punctum immediatè sequi punctum &c. quod esset inuitum incidere in opinionem Zenonis, qui omnia ista concedit. Alias mathematicas rationes vestrae remitto curiositati alibi videndas.

Probatur etiam, quia uniones illæ, quæ etiam per aduersarios ponuntur in continuo ad uniendas partes, sunt omnes distinctæ à partibus, ergo partes secundum se consideratæ sunt indivisibiles, consequentia patet, quia in tantum sunt divisibiles, in quantum una dicit unionem cum alia, divisio enim habetur per destructionem unionis inter unum, & aliud, ergo consideratæ partes ut distinctæ ab unionem sunt indivisibiles, ita ut ea, quæ unionem subeunt, sint indivisibilia, licet prout sunt sub unionem sint divisibilia, ergo dicendum est illud continuum, & unitum constare ex indivisibilibus, consequentia patet, quia ideò constitutum ex rebus spiritualibus, & unitum dicitur constitui ex indivisibilibus, quia licet prout stant sub unionem possint dividi, secundum se tamen consideratæ non sunt divisibiles, ergo licet partes continui prout in continuo, & unitæ possint dividi, & dicantur divisibiles, cum tamen istæ in se, & ut distinctæ ab unionem sint divisibiles, benè dicimus componi ipsam continuum, & unitum ex rebus in se indivisibilibus.

Restat probandum puncta ista componentia continuum non esse infinita, sed finita. Quod probatur facillè, quia infinitas istorum punctorum frustra, & absq; ulla necessitate ponitur cum difficultates, quæ fiunt

contrà

contra puncta non soluantur per infinitatem punctorum, nam si admit-
titur puncta penetrari ad inuicem etiam si infinita sint, cum omnia pe-
netrentur, nullum faciet maius; & omnes difficultates, quæ ab Aristoteli-
cicis fiunt contra puncta finita, militant adhuc contra infinita. Alia
opinio de punctis inflatis examinabitur ultimo loco.

Quoniam verò tota probationum præcipua machina fundamen-
tum habet, suppositis partibus continui actu distinctis, idcirco dixerunt
Thomistæ, quorum opinionem communior pars sequitur modo recen-
tiorum, partes quæ sunt in hoc palmo ligni v. g. non esse distinctas
actu, sed potentia, quapropter opinio ista, antequam soluantur argu-
menta contra Zenonem.

Primò impugnatur, quia distinctio vnus rei ab alia est ab intrinseco
cuiuscunq; rei, non ab extrinseco, cum per id adæquatè vnum ab alio
distingatur, per quod in suo esse constituitur, sed res per intrinseca cō-
ponuntur, ergò per illa etiam distinguuntur. Tum quia de eo, per quod
dicunt aduersarij non distingui, quæritur an ipsum se ipso distingatur
per propriam entitatem, si se ipso, ergò sicuti hoc se ipso, & per pro-
priam entitatem distinguitur, ita de quolibet alio dicendum est, cum
eadem appareat, nec maior in omnibus ratio, si per aliquid distinctum,
de illo quæritur an per aliud, & sic dabitur processus in infinitum, ergò
si in ligno tunc nō dantur partes distinctæ, nec per absolutā Dei poten-
tiam dari possent, cum Deus essentias rei nō mutet; nec diuidi potest in
plures partes, ergò implicat dicere, non habere actu partes distinctas, sed
in potentia, tum quia de ratione quantitatis est, vt faciat partem extrā
partem, & cum non sint penetrata constituentia quantitatis, vnum de-
bet esse extrā aliud, sed idem non potest esse actu extrā se ipsum, ergò
&c. De continuo successiuo patet euidenter, quia quando vna pars exi-
stet tunc non est alia, quia sic essent simultaneæ, non successiuæ, ergò
cum separentur, distinguuntur.

Deniq; sequeretur tantam aquam esse in vna sola nuce, quanta in nu-
ce, & toto Nilo, si simul continuentur, probatur, quia si aqua nucis
vnitur cum aqua Nili, fit vna aqua indistincta per aduersarios, sed quod
est indistinctum ab alio non est maius, sed ita se habet nunc, ac prius,
ergò cum aliter se habeat nunc, ac prius, & sit maius, consequenter
erit distinctum.

Probatū secundo, quia idem implicat etiam per Diuinam poten-
tiam non esse idem, sed diuersificari, sed per diuisionem res (iuxta sen-
tentiam aduersariorum) diuersificantur, ergo antea non erant idem. An-

recedens in quo est difficultas probatur, quia distinctio cuiuscunque fundatur in unitate ipsius rei, imò est ipsa unitas rei, nec mutatur, nisi mutetur entitas ipsius rei, quia unitas sequitur entitatem, imò est quid ab entitate realiter positivè indistinctum, ergo per divisionem, tum non producantur partium entitates de nouo, neq; produceretur distinctio, & unitas transcendentalis ipsarum partium.

Deniq; implicat de eodem verificari duo prædicata contradictoria, sed de eodem palmo verificatur curvitas, & rectitudo, albedo, & nigredo, sursum, & deorsum, in aqua affixus, & in aere, ergo ista secundum diuersas rationes, & partes verificari debent, ne sequatur contradictio, quæ est circa idem secundum eandem rationem, aliter etiam possemus dicere Petrum simul currere, & non currere, idem legere, & non legere, colligi, & non colligi &c.

Probatur etiam si antè designationem realiter loquendo in toto continuo non dantur partes actu distinctæ, sed sunt vna indiuisibilis entitas, cum vnum indiuisibile non sit maius alio, consequenter non erit maior tota magna tabula, quam sit aliquod minimum lignum.

Ultimo patet, quia potest Sacerdos consecrare medietatem Hostiæ non totam, item miscens vinum non consecratum cum consecrato, primum esset sanguis Christi, non secundum, sed hæc, cum continua sint, essent per aduersarios quid indistinctum inter se, ergo de eadem indiuisibili re verificantur etiam absurda contradictoria.

Resp. in primis aliqui, argumenta hæc solū demonstrare continuum non esse simplicem aliquam entitatem, sed plures, at quia sunt unitæ, & continuum est vnum, ideo non sunt inter se distinctæ, cum distinctio, & unitas sit indiuisio in se, & diuisio à quocunque alio. Alij dicunt partes in continuo esse quidem plures, & distingui realiter, non tamen actu, sed in potentia tantum, quatenus possunt separari. Alij concedunt partes in continuo distingui, non tamen realiter, sed per intellectus designationem. Et alij dixerunt, dari in continuo has plures entitates, non tamen denominari partes, sed tales dici solum respectu totius iam corrupti, & post diuisionem.

Sed responsiones istæ impugnantur, & primò si admittit plures entitates actu in continuo, ergo sunt actu distinctæ, quia distinctio fundatur cum multitudine entitatum, sicuti indistinctio cum unitate, & argumenta supra facta non solum probant actualitatem partium, verum etiam distinctionem illarum, nè verificentur prædicta contradictoria, quæ distinctas requirunt partes de quibus verificentur.

tur, & similiter argumenta facta impugnant actualem distinctionem, non tantum potentialem, quia potentialis diuisio in rebus supponit actualem distinctionem, non tantum potentialem, nam cum diuisio sit separatio vnius ab alio, signum est illa prius fuisse unita, & sic distincta, cum vnio sit inter extrema distincta, eo quod diuisio sit opposita vnioni, & vna destruat aliam, quia idem non vnitur se ipso, tum quia possem etiam dicere Petrum, & Paulum esse idem, quia licet non sit actu Paulus, dicerem tamen posse esse. Patet etiam hoc de partibus physicis, quæ ideo separari possunt, quia sunt distinctæ, cum omne indistinctum, sit indiuisum, & indiuisibile, & præterea, vt duo dicantur distincta, non est necesse vt sint separata, sed sufficit vt quantum est de se separari possint, sic enim qui cælos ponunt incorruptibiles, forma cæli non separatur à materia cæli, & tamen non per hoc dicitur esse distinctas. Tertia responsio refutatur eisdem argumentis, quæ concludunt realem distinctionem ante quamcumque designationem, & opus intellectus, ante quod vna pars est ab alia separabilis. Vltima responsio videtur ludere verbis, quia id vocari debet pars, quod habet componere totum, & tunc est actu pars, quando actu componit per communicationem sui, & tunc pars in potentia, quando potest componere, & deniq; si non essent actu partes, sed quid indistinctum, non possent actu verificari contradictoria, sed verificarentur tunc, quando distinguerentur, sed quando per diuisionem separantur, & distinguuntur non amplius verificantur illa contradictoria supra assignantia, sed fiunt solum, quando adest continuum, ergo quando sunt in continuo, tunc debent esse actu distinctæ. Tum quia partes etiam dum sunt in toto vna est alterius causa, vt dum ignis per aggenerationem vnit sibi alias partes formæ ignis de nouo genitæ in materia ligni, in qua est ignis, sed idem esse non potest causa sui ipsius. Respond. etiam Complutenses, quod licet singulæ partes continui habeant singulas hecceitates, nequeunt tamen in toto dici plures entitates in actu, quia vt sunt in toto, existunt per vnā existentiam totius, & hac ratione dicuntur vnum ens.

Sed contra, nam in primis opinio ista falsum supponit, partes in toto existentes non habere propriam existentiam, quod probatum relinquo in Physica, vbi ostendi, quod cum quælibet pars producta sit independenter ab alia, & per diuersam actionem, cuius est dare rei existentiam (præcipue in sententia Thomistarum, secundum quos non producuntur, sed sunt ingenerabiles essentiæ) diuersæ consequenter esse debent

ipso.

ipforum existentia, cum producantur distinctis actionibus, quarum una ab alia est independens, cum possit Deus unam producere sine alia, at dato quod ipsae existant unica existentia, non tollit hoc partium distinctionem, siquidem adhuc forma, & materia per ipsos existunt unica existentia in toto, & tamen inter se distinguuntur.

Probatum etiam conclusio, quia duae partes aquae separatae verè sunt inter se distinctae, quia nullum maius signum distinctionis, quam separatio; ergo etiam quando sunt unitae, consequentia patet primo, quia per unionem non videtur, cur amiserint suam haecceitatem, Secundo patet consequentia à pari, quia materia, & forma, si separatae sunt distinctae, etià dum uniuntur remanent distinctae, ergo idem dicendū de partibus continui, neque dicas idem animam rationalem, & corpus unitas etiam distingui, quia sunt partes aetherogeneae, partes autem continui sunt homogeneae. Nam quaero ego ab his, cur partium homogeneitas facit illas identificari, nam si aetherogeneitas distinguit illas, quia idem non potest esse sibi ipsi dissimile, cum nec etiam idem possit esse simile sibi ipsi, & unitum, neque homogenea identificabuntur, quia homogenea sunt, quae similia sunt.

Respondent aliqui dupliciter posse duo identificari, vel diuisibiliter, vel indiuisibiliter, quae hoc secundo modo identificantur, quae semel sunt distincta, nunquam possunt identificari amplius; & horum, nec unum potest esse causa alterius, nec possunt separari ab inuicem, secus verò dictum in primis, in quibus datur multiplicitas potentialis, ratione cuius saluari possunt haec omnia.

Sed contra, quia hoc est, quod inuoluit contradictionem, ut ostendi, duo scilicet identificari separabiliter, cum hoc ipso, quod separari possunt, non identificentur, sed quid quid sit de hoc, argumentum urget, nam quae identificantur etiam diuisibiliter, verè sunt idem, donec non diuisantur, ergo verè non possunt habere ad inuicem relationem causae, & effectus, quod etiam militent contra eos, qui dicunt sufficere diuisibilitatem potentialem. Item neque de actu indistinctis verificari possunt actu contradictoria, sed verificarentur tunc, quando distinguuntur, & quando per ipsos diuiserentur. Probata igitur partium distinctione, & quod si diuisibile esset continuum usque in infinitum, deberet actu dari infinitum categorematicum, quod ab aduersariis negatur, clarè constat, ex solis indiuisibilibus componi.

Obijc. ad probandum non componi continuum ex indiuisibilibus. Omnis pars alicuius constitutiva, non aliud rei constitutae dare potest praeter

præter id, quod habet in se, quia nemo dat, quod non habet, sed nulla pars indiuisibilis in se diuisionem, & extensionem habet, ergò neque totum per ipsa indiuisibilia constitutum potest esse indiuisibile; sicuti si palmus alteri addatur, non faciet nisi palmarem extensionem, nō plus, nec minus; nec valet dicere, quod indiuisibile sit inextensum in se, sed vnitum cum alio facere extensionem, quia hoc probat argumentum iam factum, siquidem in tantum indiuisibile additum alteri indiuisibili facit extensionem, in quantum ponit se ipsum, sed ipsum est inextensum, ergò vbicunq; ponatur, non potest præstare extensionem, quam in se non habet? sicuti licet iuxta ponantur duo Angeli, vel animæ, aut materia, & forma spiritalis vnirentur nunquam facerent extensum, & maius, quia in se illud non habent.

Resp. indiuisibilia estò in se formalem diuisibilitatem non habeant, habent tamen illam virtualiter, & constitutiuam, vt dent esse effectui, sufficit, si illum virtualiter contineant, in casu nostro estò in se non sint diuisibilia formaliter puncta, vnita tamen faciunt diuisibile, & extensum, & ratio totius est, quia vt aliquid sit diuisibile formaliter non requirit, nisi vt contineat duo vnita distincta, quæ possint ad inuicem separari, quia diuidi, dicit solum vnum ab alio separari, & extensum dicit duo, quorum vnum est extra aliud, posito namq; hoc, statim saluatur diuisio, & extensio, ergò siue in se sint diuisibilia, siue non, sufficit pro faciendis diuisibilibus, vt sint duo separabilia, cumq; puncta à nobis ponantur quanta, vnum est extra aliud, & sic faciunt extensum, idest vnum extra aliud, item vnum ab alio est separabile, quia vnirentur per distinctas vniones, ergò vtrumque haberent; instantiam desumimus ex ipsorum argumento, nam sicuti vnus solus palmus se solo non constituit quantitatem bipalmarem, sed vnitus cum alio. Item sicuti vna sola vnitas binarium non constituit, sed vnita cum alia constituit, vltius sicuti duo prædicata essentialia constituunt totum, non vnum solum prædicatum, ita in casu nostro dicendum. Plures enim denominationes, & effectus sortitur totum à partibus vnitis simul, quas nec totum ab vna parte haberet, nec pars in se ipsa habet formaliter, sic est denominatio similis, prioris, diuisi, vniti, &c. quæ omnes resultant ex duobus, & nunquam ex vno solo, sed per positionem vtriusq; simul, anima enim rationalis, sola non est diuisibilis in partes essentialia, & tamen vnita constituit totum diuisibile. Ad exemplū de Angelis, & animabus, vel materia, & forma vnitis, disparitas est, quia ad faciendum maius, & extensum, vltra hoc, quod est esse extra aliud, requiritur, vt sint quanta, & impe-

& impenetrabilia, quæ gaudent puncta, non autem Angeli, vel res spirituales &c.

Dices ita se habet indiuisibile in ordine ad diuisibile sicuti se habet incommunicabile in ordine ad communicabile, quia ideo incommunicabile opponitur cum communicabili, quia quod ab vno affirmatur in ratione communicationis, ab alio negatur, sed quod dicit diuisibile, negat indiuisibile, nam diuisibile vt diuisibile dicit posse in se diuidi, & separari, indiuisibile autem excludit hoc; sed implicat duo incommunicabilia vniri ad faciendum vnum communicabile, ergo etiam implicat duo indiuisibila vniri ad faciendum vnum diuisibile cum non sit maior ratio de vno, quam de alio. 2. quia indiuisibile, cum diuisibili se habent, vt non ens, & ens, quia vnum dicit negationem alterius, sed implicat duo non entia, siue vnita simul, siue diuisim componere vnum ens, ergo etiam implicat duo indiuisibila, siue vnita, siue non vnita componere vnum diuisibile. 3. quia quantauis sola 0, seu zera dicta, sola ponantur, nunquam tamen facient numerum, nisi vniantur cum numeris, ergo sic indiuisibila, se solis non facient maius, sed tunc facient, quando erunt vnita cum partibus.

Et argumentum hoc eandem pati instantiam in exemplis supra alatis, nam ita se habet vnitas in ordine ad multiplicitatem, sicuti indiuisibile cum diuisibili, quia vnitas dicit negationem multiplicatis, & tamen duæ vnitates vnitæ inducunt multiplicitatem, ita in casu nostro dicendum, ad paritatem & diuersitatem adesse inter communicabile, & incommunicabile, ac inter indiuisibile, & diuisibile, quia diuisibilitas habetur solum per vnionis separationem inter duo, absque eo quod indiuisibile in se fiat diuisibile in se, sed præcisè diuisio sumitur in ordine ad destructionem vnionis inter duo, quare sufficit, vt habeatur totum diuisibile, si vniantur per vnionem deperdibilem, at vero vt habeatur aliquod communicabile, requiritur, vt de esse incommunicabili in se, transeat ad esse in se communicabile, & de nõ vnibili fiat vnibile, quod totum attenditur penes entitatē rei vnibilis, quæ communicatur, & redditur vnita, non penes vnionem ipsam extrinsecā, nam vnitum habetur per communicationem, quam habent cum alia, sicuti anima nostra sola non esset diuisibilis, vnita tamen cum corpore facit diuisibile totum in partes essentielles, at si anima esset incommunicabilis in se nunquam posset facere totum; præterquam quod, (& obiter dictum sit, quia non facit ad nos) falsum est per duorum compositionem fieri aliquod communicans, nam eo ipso quod duo componunt aliud, determinat, & aliud de-

determinetur, & sic fit totum, & completum, in illa ratione, ac proinde sub illa ratione incommunicabile, non vero communicabile, ad aliud exemplum disparitas quoque est, quia datis duobus non entibus non est vnde procedat ratio entis, cum nulla sit ratio continens hanc entitatem, quam dat, neq; formaliter, neq; virtualiter, cum non ens semper sit ente imperfectius, in casu autem nostro ratione vnionis per separationem ad inuicem duorum resultat diuisibilitas totius, sicut patet de corruptibilitate totius hominis, quæ prouenit ex vnione separabili ab utroq; extremo, estò in se non sint corruptibiles, quare corruptibilitas, diuisio, &c. cum sint quid merè extrinsecum, possunt absq; rei mutatione, per solam extrinseci variationem adesse, & abesse. Virtus autem productiua est ab ipsa rei potentia, & entitate procedens. Ad 3. resp. argumentum hoc militare contra aduersarios, quia sequeretur vna tantum parte finita posita per additionem postea indiuisibilia posse magis, & magis augeri continuum, quod ipsi negant, quare disparitas est, quia illorum O significationes imposite sunt ex mæra hominum voluntate ita volentium significare, & non aliter, indiuisibilia autem ad faciendum diuisibile ostendi, sufficere si sint duo vnita per vnionem deperdibilem, nec se habent indiuisibilia, vt o, sed vt numerus, quod explicauit Aristoteles dicens, ita se habere punctum ad lineam, sicut vnitas ad numerum, vnde bene deducitur, quod sicut numerus componitur ex pluribus vnitatibus, ita linea ex punctis. Instabis, ergo licet sufficiant puncta pro facienda quantitate discreta, non tamen sufficiunt pro quantitate continua, sicuti primam, non secundam constituit numerus. & falsum hoc esse, nam cum indiuisibilia ista possint ad inuicem vniri, non solum discretam, verumetiam continuam possunt componere quantitatem, quod iam dixit ibi Arist. dicens, puncta esse principia lineæ, quæ est quantitas continua, non discreta.

Obijctionem desumptam ex Aristotele fundatâ in hoc principio, indiuisibile additum indiuisibili non facit maiorem extensionem, sed eo continuum est quantum, & extensum, ergo &c. probatur antecedens, quia si indiuisibile faceret maius debent inter se ita vniri, vt inter vnũ, & aliud nihil mediaret, & consequenter debent esse vnita inter se, sed quotiescumq; indiuisibile vnitur, & est immediatum, toties est cum alio penetratum, ergo non est extra illud, ergo non facit extensum. Minor probatur, quia indiuisibile dum aliud tangit, ita tangit, vt secundum totum tangatur, ergo penetrantur, antecedens prob. nam penetrari duo, nil aliud dicunt, quam vtrum secundum totum tangi ab alio, probatur

à pari, duo namq; ligna, toties inter ſe penetrarentur, quoties nulla eſſet ligni pars, quæ ab alio ligno non tangatur.

Argum. hoc, quod eſt aduerſariorum fundamen. cōtra ipſoſmet aduerſarios ſupra oſtēdi militare de ipſis partibus, quia vel vna facit maius vnita cum alia, vel non, ſi non, ergò neq; pro continuo finito ſufficiunt partes infinitæ, quia quæcumq; illæ ſint, ſemper penetrantur, ſi facit, ergò pro continuo finito ſufficiunt finitæ partes, non infinitæ, militat etiam de ipſis ſuperficiebus, quæ ſecundum ſe totas tanguntur, & tamen non penetrantur, item ipſimet aduerſarij concedunt puncta copulatiua, & terminatiua tangi ſecundum ſe tota cum partibus, & tamen non penetrari cum illis, quare, vt ſupra dixi, duo penetrari vltra hoc, quod eſt tangi ſecundum totum, dicūt eſſe in eodem indiuiſibili puncto loci, pro quo adduxi inſtantiā ſupra in meis probationibus, paritas de duobus lignis nō militat, quia cum ligna, & res diuiſibiles habeant partem internam, & externam, non poteſt interna internam tangere, niſi prius interna tacta penetretur cum externa, & hæc ſit intra illam, in indiuiſibili autem, cum non detur intus, & extra, idem eſt tangens totum, hoc eſt, idem eſt immediatè ſecundum ſe totum iuxta aliud, & nihil intermediare; ac proinde ad hoc vt pūctum penetretur cum alio, vltra hoc, quod eſt tangi ſecundum totum, dicit eſſe in eodem indiuiſibili puncto loci, exemplum dedi de duobus Angelis, tactus enim non ſe habet per modum informationis, in qua res tacta debeat in ſe tangentem recipere, & in qua verè intercedit penetratio, ſed ſolū dicit, vt habeat illud ſecum iunctum immediatè extra tamen ſe, & ſi hoc percipere ingenium nō valet, exempla adducta illi ſatisfacient, ſi autem tria puncta per ordinem ponerentur, in hoc caſu dicimus, punctum medium ſecundum totum tangi ab vtroq; collateralī, non tamen primum tangere, 3. quia inter mediat 2. nam cum tangi indiuiſibilia ſit ſolum vnum immediatè eſſe iuxta aliud, cum tunc medicaret, idcirco primum non tangeret 3. quare diuerſam diſtantiā habet primum à 2. ac 2. à 3. & ſecundum eſſet laterale inter vtrumq; nam licet repugnet indiuiſili habere latera intrinſeca, non tamen repugnat habere latera extrinſeca, vt diximus de duobus Angelis, quod ſi ad exempla aſſignata dicas, ſuperficies duorum ſe tangentium penetrari, cū non ſolum ipſa pars, verum etiā ſuperficies ſit quanta, conſequenter erit impenetrabilis, tū quia ſicut ſuperficies tangit ſibi immediatam ſuam partē, & tamen cum illa nō penetratur, quia ſic occuparet ſpatiū diuiſibile, vt occupat pars cum qua eſt penetrata, cum implicet vnum eſſe cum alio penetratum, & nō

occupare spatium illius, ut speculanti patet, ita neq; cum alia penetrabitur superficie. Neq; dicas superficiem penetrari cum parte aliqua indeterminata; primo, quia non minus pars indeterminata, quam determinata est quanta, & superficies est quoq; quanta, ergo inseparabilis; secundo, quia si superficies penetratur, quaero, id quod secundum profunditatem tangit, illa. scilicet pars indeterminata sit nec diuisibilis, vel indiuisibilis, si indiuisibilis, ergo adhuc cum illa penetratur prima superficies indiuisibilis, probatur, quia illa prima superficies fuit penetrata cum hac parte indeterminata, sed haec penetratur cum alia, ergo prima cum ista, quia implicat me esse intra Petrum, & Petrum esse intra Paulum, & non esse quoq; me intra Paulum, ut facile intuenti patet, ergo cum superficies vnius partis, non penetretur, cum haec vna pars non penetretur cum alia, dicendum est cum nulla parte penetrari.

Obijciunt alia argumenta, primo, continuum est illud, quod semper est diuisibile usque in infinitum, sed non ita esset si constaret ex punctis, ergo &c. secundo, quia puncta neq; continua, neq; contigua esse possunt, quia continua dicuntur quorum extrema sunt vnum, contigua, quorum extrema sunt simul, sed puncta non habent extrema, ergo non possunt, neq; continuum, neq; contiguum constituere; tertio, ex non quantis non potest fieri quantum, sicuti ex non ente non potest fieri ens, & ex non substantia non potest fieri substantia, sed puncta non sunt quanta, quia non sunt diuisibilia, & extensa, ergo continuū quantum non potest ex non quantis constare; quarto, omnis linea debet duobus punctis claudī, sed linea, quae duobus tantum punctis constat, est vera linea, & tamen non clauditur duobus punctis, ergo &c. quinto, ab Euclide demonstratur omnem lineam diuidi posse in partes aequales, sed linea constans 5. punctis, non posset in duas aequales partes diuidi, quia deberet diuidi in 2. cum dimidio, punctum autem dimidio, & diuisione caret, ergo &c. sexto, deducitur ex raritate, & densitate, nam rarum est, quod occupat maius spatium, ac prius occupabat, densum vero minus, sed si quantitas constaret 20. punctis determinatis v. g., non possent haec occupare nec plus, nec minus, quam viginti puncta loci, quia quodlibet debet occupare suum proprium locum, ergo &c.

Et argumenta haec parui esse momenti, ad primum resp. definitio. nem illam esse iuxta mentem Aristotelicorum, non secundum rei veritatem, sed continuum dicitur id, cuius componentia sunt vnita. Ad secundum dicimus, intelligi propositiones illas de toto continuo, vel contiguo, per ipsa extrema constituto, non quod ipsa componentia debeant

constare ex extremis. Vnde continuum dicitur id, cuius extrema sunt vnita, non quod extrema in se ex vnitis consent, contiguum verò, quorum extrema sunt iuxta posita, sic enim per aduersarios vltima superficies, quæ est indiuisibilis, non habet secundum se vltimum, & tamen potest continuum terminare. Ad tertium dicimus, puncta esse quanta, sed non diuisibilia, cum de ratione quantitatis nō sit esse diuisibile, & extensam, sed reddere subiectum impenetrabile cū alio in eodem loco, paritas de substantia vrget cōtra aduersarios, quia sicuti ex nō substantia, neq; tanquam vnio, nō fit substantia, ita ex non diuisibili, neq; posset ex ipsis tanquā vnione cōponi diuisibile, alias dāt responiones, dicēdo esse quanta dum sunt vnita, & dant quasdam instācias, sed cum quantitas sit accidens competens rei quatenus talis res, nec aduenit, aut recedit nisi tūc, & tanta, quāta est ipsa substantia, non videtur, vnde illam acquisierit, cum vnitas non det quantitatem, sicuti si essent duo spiritualia vnita non haberent quantitatem, nec anima quantitatem acquirit per vnionem. Ad quartum, propositio est vera de lineis constantibus, plusquam ex duobus punctis, præterea Aristotelici negantes puncta copulatiua, & terminatiua, nescio quomodo possint hoc proponere, & dicere. Similiter ad quintum, verum est, quod dicitur, dum linea constat punctis paribus, non verò imparibus, nec video quomodo possit illud dictum vnquam demonstrari, moraliter verum quidem est, lineam videri diuisam in partes æquales, quia excessus vnus indiuisibilis supra aliam medietatem pro nihilo moraliter reputatur, at in se ipsa, & mathematicè linea imparibus constans punctis nunquam in duas æquales medietates diuidetur. Ad sextum, responsio patebit ex infra dicendis cum de rarefactione, dicemus enim partes substantiæ nunquam occupare maius, vel minus spatium, ita vt si sunt 20. puncta substantiæ occupāt 20. puncta spatij tantum, sed maior, vel minor, illa occupatio prouenit ex corpusculis extraneis aduenientibus, vel recedentibus à poris illius substantiæ; præterquamquod militat etiam contra ipsos, cum tam puncta, quam partes non possint occupare maius, vel minus spatium, ac antea occupabant, quādoquidē, nec penetrari, nec in duplici loco esse possint.

Obijc. ex velocitate, & tarditate motus, nam ponamus aquilam, & testudinem simul incipere moueri à primo instanti horæ, quæro, vel in illo primo instanti aquila, & testudo pertranseunt totum illud spatiū indiuisibile, vel non, non potest dici secundum, quia si supponimus cæpisse pro primo instanti motum, pro vno instanti non potest pertransiri, nec plus, nec minus vno puncto loci, in secundo instāti, etiam vtrumq;

mobile velox .i. & tardum debent aliud punctum pertansire, quia nec plus, nec minus vno puncto pro vno instanti potest transiri, idem militat de 3. de 4. & sic de singulis, ergo nunquam mobile velox plus spatij pertransibit, quam mobile tardum.

Et breuiter, relictis aliorum responsis, testudinem ideo minus spatium percurrere, quam aquila, quia testudo in motu per morulas quasdam quiescit, non sic aquila, v. g. dum testudo pertransit primum punctum, in 2. non mouetur, sed quiescit per vnum, vel duo instantia in illo puncto, per quæ non quiescit Aquila, hinc superat aquila pro eo tempore totum illud spatium vnus, vel durum indiuisibilem, & licet motus istorum, tam aquilæ, quam testudinis videatur motus continuus esse, re tamen vera motus continuus non est physicè, sed interruptus, & moraliter solum videtur continuus, quatenus morule illæ, cum nimis tenues sint, difficillimè possunt percipi, quod si nimis notabiles sunt illæ morulæ, magis sunt sensu perceptibiles, dum autem diuidunt motum continuum in tardum, & velocem, loquuntur de motu non physicè continuo, sed moraliter, & illum vocant velocem, qui ob morularum paucitatem difficillimè, vel nunquam sensu percipitur, tardum autem, qui plures notabiles habet morulas, & quidem morulas istas non mæras nostras fictiones esse, sed veras, ostendam primo, quia ipsi met aduersarij debent concedere in qualibet temporis parte, vel instanti debere acquirere similem partem spatij, ergo si acquirit per horam plus spatij aquila, signum est testudinem pro aliquibus partibus temporis quiesuisse, 2. morulas istas concedimus, quia mobile in motu debet prius quam moueri incipiat, superare resistentiā mobilis, imprimit, ergo in 1. instanti impulsus tota intentione, in 2. instanti mobile incipit ex vi impulsus moueri, in toto igitur eo tempore, quo durat resistentia, mediū mobile non mouetur, sed dum per impulsū iniectum illud expellit, vt non resistat, mobile mouetur, quia autem impulsus est qualitas natura sua facilè euanesceus, post aliqua instantia incipit iterū languescere impulsus, & sic mobile non coactum ab impulsu resistit, debet ergo accingi ad pugnam, vt iterum impulsus imprimat, ergo pro eo tunc durante resistentia debet mobile quiescere, quia immoto medio, nè detur penetratio corporum, non potest mobile moueri, & hinc habes, quod mobile, quo maiorem impetum, vim, & impulsū habet, citius mouetur, quia mediū facilius pellitur, eiusq; resistentia vincitur, & quia medium partim per impulsū sibi impressum, partim sua grauitate aliud medium inferius pellit, hinc quoque oritur, velociorem esse motum in fine quam

quam in principio, cur autem potius in hac parte quam in alia immoretur lapis, vel aliud mobile, cum ubiq; sit idem mobile, idemq; medium. & aliqui circa hanc individualement retentionem determinari à Deo; at absque hoc recurſu dico, ideo in hac parte medijs retineri potius, quam in alia, quia cum hic omninò debilitatus sit impulsus, à quo mouebatur medium, eiusq; resistantia superabatur, hinc incipit resistere iterum, & mobile vigorari debet à resistantia superanda, pro quo pugnae temporae quiescere debet mobile, vnde ex maiori, vel minori impulsu, ut dixi, & ex maiori, vel minori resistantia medijs velocior fit motus, & cum paucis morulis &c. dicunt aliqui, si Cœli per vnam horam faciunt mille milliaria suo motu diurno v. g. vltima sphaera, vel sol &c. sagitta autem vibrata, vel lapis vix decem milliaria, ergo sagitta per 10. millia instantia deberet quiescere, quod videtur incredibile, & etiam quia non videtur ratio, cur percipiatur motus potius qui in paucis illis instantibus exercetur, & non percipiatur quies, quæ durat per plura instantia.

Et rationes horum esse ad primum, quia, ut innui supra, sagitta in suo motu non solum impeditur à parte aeris immediata, verum etiam impetus eius debet se extendere ad alias, & alias partes distantes, quæ adhuc impediunt, quia non potest moueri nisi expellat è loco partem immediatam, & hæc aliam sibi mediatam, quæ illi immediatæ spatium det, ac proinde durante hac resistantia vincenda, pro qua plurima instantia intercedunt, mobile quiescit, vsque dum per quietem iterum in impulsu inteditur ad superandum medium. Dices contra hanc responsionem, per hanc esset incidere in argumentum Zenonis, & illorū, qui negabant motum, eo quia vel corpora debebant in motu penetrari, vel omnia ad simplicis palæ motum moueri, ut vna det locum parti aeris, v. g. immediatæ illi, quæ mouetur per motum immediatæ partis detur locus ab alia, & sic de reliquis, quod à philosophis negatur. & aliqua, & quidem multa in motu cuiuscunque rei moueri, non tamen omnia, quia illi loco relicto à mobili accurrunt partes laterales, & posteriores, in quorum loco succedunt partes anteriores à mobili motæ, ut clarè in natante videntur fieri quosdam aquarum gurgitus ab aquis collateralibus, & mouentur partes ad certam determinatam distantiam, vnde videmus ad certam distantiam circulos fieri à lapide in aquam iniecto, & non per omnes partes, ita in quocumq; alio medio dicendum est. Ad 2. difficultatem dico ideo motum qui pro paucis illis instantibus exercetur, percipi, non autem quietem, quæ fuit maior, quia etiam si per innume-

numera instantia interrumpatur ille motus, resultat tamen vna maior distantia, in qua cognoscentur omnes partes motus, nam motum per discursum cognoscimus, quatenus non videntes eandem adesse distantiam, nos discurremus, & dicimus mobile fuisse motum, non enim ad motus perceptionem requiritur fuisse factum in tēpore diuisibili, quia motum non percipimus dum fit, sed statim, ac factus est, vnde si in vno instanti, vel duobus angelus quierat Bononiae peruenisset Licyum, adhuc perciperetur per discursum scilicet iste motus, eo ipso, quod distantiam istam cognoscimus acquisuisse, quietes autem diuersae in diuersis spatijs interrupte non faciunt vnam permanentiam maiorem in eodem spatio, ratione cuius possent illae interruptae quietes percipi, sicuti percipiuntur partes motus interrupte ob vnam maiorem distantiam acquisitam &c. & in motu omnes distantiae continuantur ad motum cognoscendum, cum autē quies cognoscatur propter permanentiam in eodem spatio, & diuersae permanentiae motibus interruptae non possint continuari, nec vnam adaequatam permanentiam facere possunt, vt cognoscatur rem quiescere.

Dices contra responsionem argumenti cum instantia deducta ex motu rotae, tunc enim partes quae sunt in extremitate peripheriae velocius mouentur, quam partes quae sunt iuxta centrum, vt patet ad sensum, ergo dū mouentur illae, quiescunt ac detinentur istae, si in his morulis consistit tarditas motus, namq; aliter dum circulus minor pertransit 20. si mouetur simul cum circulo maiori, circulus maior deberet percurrere tantum 10. quia aliter cum circulus minor tantum contineat in se 10. puncta, maior vero 20. bis circulus minor percurreret illud spatium, quod semel percurrit circulus maior, vt speculanti patet, sed ex hoc sequitur partes illas discontinuari, nam si ex duabus partibus solidis vnitis vna mouetur, & alia quiescit, necesse est, illam, quae mouetur, discontinuari ab ea, quae non mouetur, & per consequens vnionem illam dissolui. Huic instantiae, quam multi insolutam relinquunt, & in primis militare contra aduersi. cum ipsi admittant vnicum cētrale punctum, circa quod reliquae lineae cum ipso continueatē mouentur, contra quod fieri potest, & currit idem argumentū. Aliqui igitur respondent, circulos illos in motu discontinuari, & puncta inter se separari, quam postea perditam approximationem, & vnionem recuperant in motu rehabito per idem spatiū. Verū circa hoc dicimus, inferiores circuli dū quiescunt, alios superiores, & maiores nulla facta inter ipsos discontinuatione tantum circumflecti, non aliter ac in eadem arbore continua

immoto manente trunco rami mouentur, & flectuntur, idem patet in ense ex kalibe formato, in alio ferro funibus inflexo, & si exactiorem cupis doctrinam pro argumenti huius explicatione, vide P. Quidam hoc diffusè dilucidantem.

Alia adducunt mathematica argumenta, 1. quia sequeretur circulum maiorem esse æqualem circulo minori, quia cum ex quolibet puncto circuli minoris possint duci rectæ lineæ ad circulum maiorem, si constaret circulus ex finitis punctis, non possent hæ duci tot rectæ ad maiorem ex minori, cum non essent æqualia puncta correspondentia, 2. sequeretur lineam diametralem quadrati ductam ab angulo ad angulum oppositum non esse maiorem linea recta ducta à consta, in constam illius quadrati, quia cum per lineæ diametralis singula puncta debeant transire lineæ à consta in constam, tot sunt lineæ constales, quot puncta diametralis, ergo tanta distantia est à consta in constam, quanta ab vno angulo ad aliud, quod clarè constat esse falsum.

Ut utrumq; argumentum ostenditur clarè vrgere contra Aristotelicos, at quoniam habere socios in malis, non est mala vitare, his retortionibus relictis & ad primum, numquam tot lineas rectas posse duci à circulo maiori ad minorem, sed aliquas duci rectas, alias necessario debere circumflecti supra alios, & descendere, ac coincidere in aliquo puncto communi circuli vicinoris centro, à quo producitur reliquæ lineæ vsq; ad centrum commune distinctis lineis ductis à distinctis punctis circuli superioris. Ad secundum & diametralem lineam ab angulo ad angulum non transire directè per singula puncta constaliū linearum, sed participare, & communicare in duobus, & aliquando tria vel 4. puncta alicuius lineæ tangere, & quasi vndose procedere, vt speculanti patet, ad aliud quod communiter adducitur de Basi, & pyramide, dicimus nunquam posse duci, nec assurgere pyramidem tot punctorum, vt excedant Basim, sed si lineæ laterales sunt trium punctorum, trium quoq; erit ipsa Basis, & quidquid aliud dicitur, est falsum.

Conantur alij opinionem nostram euertere, eo quia dicunt, fuisse tamquam errorem in philosophia damnatā inter propositiones Viclephi sic dicentis, linea aliqua componitur ex punctis immediatis, aut solum ex punctis, post quæ addidit Concilium, prima pars est error in philosophia. Verum propositio hæc non reperitur in corpore Concilij, sed solum reperta fuit in Codice cuiusdam Canonici Colonienſis, quem mendosum esse monet Tipographus, deinde hæc censura licet adducta fuerit in Concilio, quia tamen ad illud non spectat in Philoso-

phicis disputare, & determinare, idcirco nihil de illa determinauit, præterquamquod an in rebus philof. possit aliquid Concilium definire, vide Valentiam tomo 3. dist. 1. punct. 7. &c. Deniq; ibi nomine lineæ intelligebatur pro linea, quæ concludebatur duobus terminis, hinc bene dicebant, non posse dari lineam constantem duobus, vel tribus punctis, quia ista non esset linea, quæ ultra puncta lineam constituentia haberet duos alios terminos.

Obijc. puncta mathematica sunt quid insensibile, sed continuum est sensibile, ergo ex ipsis non componitur, consequentia patet, quia si aliquid componeretur ex duobus entibus spiritualibus, eo quia ista in se sunt insensibilia, insensibile redderent totum, anteced. patet, quia indiuisibile est propè nihil, nec sensus vnquam videtur illud percipere.

R. estò vnum indiuisibile tantum ratione suæ subtilitatis sit à sensu imperceptibile, propter quam solum indiuisibile nec conseruari posset, eo quia tot contrarijs agentibus ob suam imbecillitatem resistere non posset, hinc destrueretur, cæterum cum in se quantum sit, vnitum cum alio sit perceptibile sensu, qui nō nisi res materialibus indutas accidentibus valet percipere, quibus accidentibus physicis, hoc est materialibus, & sensibilibus cum careat spiritus, idcirco, nec solus, nec vnitus cum alio valet sentiri.

Soluta difficultate de constitutiuis continui, quæ puncta sunt, de istorum vnione, qua continuantur, dubitatur, circa hoc suppono, quodlibet extremum, cum sit ab alio separabile, vniri debere per vnionem distinctam, quæritur an istæ indiuisibilium vniones sint in se diuisibiles, vel indiuisibiles, communior pars ne dum Zenonistarum, verum etiam Aristoteles ponit illas indiuisibiles, & nos necessario indiuisibiles quoq; debemus ponere, dubitatur nunc in quo subiectentur istæ vniones, & quot sint vniones inter duo puncta, vna nē, vel duæ.

Respondetur cum nonnullis recentioribus, vniri per vnicam vnionem, quia quælibet vnio est nexus, ergo debet vnire duō, ergo frustra ponitur duplex vnio partialis, propter quam rationem ipsemet Arriaga negat in toto substantiali duplicem vnionem.

In quo autem sit ipsa vnio. Dico ipsam vnionē esse in medio vtriusque puncti, quia illa extrema non vniuntur intrinsecè per receptionem in se, sed solum per integrationem, ergo sufficit, quod vnio sit in medio. Item sic melius saluaretur, indiuisibilia non penetrari, quod concedi debet ab omnibus Zenonistis. Neq; de ratione cuiuscunq; modi est recipi in vtroq; extremo, nisi quando est modus intrinsecus illius, & res mu-

tatæ se habent per modum informantis, & informati. Item neq; sequitur illud totum esse, & non esse continuum, eo quia inter vnum indiuisibile mediat aliud, quia illud indiuisibile medium non ponitur vt constitutum, sed vt vnitiuum, quod si vnio inter materiam, & formam penetratur, est, quia cum vniantur intrinsecè, inter se penetrantur, quod non accidit in continuo. Neq; ipsa vnio indiget alio, qua vnatur cum ipsis indiuisibilibus, quia cum sit modus, & essentialiter inconseruabilis sine re modificata, se ipsa vnitur, & non per aliquid distinctum. Item ab utroq; dependet, quia non potest sine illis conseruari.

Pateor solutionem huius quæsitæ esse difficillimam, hoc tamen nobis est solatium, quod æquè militat pro vtraq; opinione.

Recentiores aliqui vt facilius difficultates aliquas contra puncta adductas euitarent, opinati sunt componi continuum ex quibusdam indiuisibilibus finitis, sed inflatis, hoc est habentibus virtutem implendi spatium diuisibile, non aliter ac in angelo damus vbi virtualiter diuisibile, hoc est potens occupare, & totam hanc domum, & medietatem illius domus, sic punctum vnum quantum est de se, dicunt, indifferens esse ad occupandum modo maius, modo minus spatium, & quidem erit totum in toto, & totum in qualibet parte eiusdem spatij, non sic autem loquuntur de instantibus, sed illa ponunt, & formaliter, & virtualiter indiuisibilia, quia sic æquiualerent pluribus minoribus in infinitum, quod dicunt esse absurdum, quia non posset Deus destruere entitatem illius instantis virtualiter solum diuisibilis pro quocumq; instanti imaginario. Hæc igitur opinio ponit de nouo virtualem diuisibilitatem rei materiali, hoc est posse occupare modò maius, modò minus spatium, sicuti admittit in Angelis.

Opinionem hanc non omninò improbabilem esse ostendam; primò, quia nullam adinuenire possum sufficientem rationem, cur rei materiali, & quætæ repugnat virtualis hæc diuisibilitas quoad locū, sicuti conceditur Angelis, & probo, nam sicuti improbabile non existimatur rei materiali competere indiuisibilitatem, perpetuitatem, seu incorruptionem, creationem, &c. quæ Angelis competunt, ita de virtuali diuisibilitate dicendum. Secundò, quia si ponamus in re materiali indiuisibili hanc virtualem diuisibilitatem, optimè distinguimus etiam rem materialem à spirituali, ergò non ponimus implicantiam in terminis, probat. antec. quia hac in utroq; posita nō admittimus in Angelo quantitatem, vnde sequitur duo puncta non posse esse simul in eodē loco, & ob illius carentiam Angeli possunt esse plures in eodem loco, ergò verè ad-

mit-

mitteremus prædicatum distinguens Angelum à puncto. Sicuti licet admittamus diuisibilitatem posse competere Angelo, sicuti competit rei materiali, distinguuntur nihilominus, quia ille divideretur in partes spirituales, res verò materialis in partes materiales, & quantas, ergò sic à pari in præsentī, ratio namq; materialitatis saluatur per existentiam quantitatis, non per occupare determinatum locum, quod etiam non dicant implicantiam in terminis, vt scilicet indiuisibile materiale possit occupare spatium modò maius, modò minus intra tamen suam sphæram. Patet nam non repugnat, quia materiale, siquidem Corpus Christi, quod materiale est, tamen de facto in Eucharistia est totum in toto, & totum in qualibet parte Hostiæ, neq; est contra naturam rei diuisibilis vt diximus, & patet de Angelo, ergò ex nullo capite inuoluit implicantiam in terminis, quod si dicas illas duas formalitates, scilicet materialitatem, & indiuisibilitatē inducere contradictionem, hoc gratis omninò fingitur, nec possunt assignare rationem sufficientem.

Dices existentiam Christi in Hostia esse miraculosam, ergò non benè deducitur in reliquis, imò contrarium probat.

R. Christi existentia, estò miraculosa sit, ostendere tamen nō implicare in terminis meum dictum, quia quod implicat in terminis, nec supernaturaliter fieri potest. 2. dico Christi existentiam esse miraculosam, quia cum sit materiale completum, nō potest, nisi per diuersas præsentias occupare spatium diuersum, quod nos etiam concedimus, at nos dicimus solum puncta non debere habere hanc determinationem, quia quid completum non sunt, sed ordinata ad corpus, quare si sumas totum corpus completum in suo loco completo esse potest, & non plus, at si sumas ipsum quoad sua componentia potest modò maius, modò minus spatium occupare, sic totum oleum secundum sui partes potest modò maiorem, modò minorem locum occupare, non plus tamen, quam se extendat sphæra, & actiuitas extensiuā ipsarum partium, hinc igitur facilè soluitur difficultas de rarefactione, & cōdensatione, dicendo prouenire rarefactionem, quia puncta, quæ prius tantum spatium occupabant, modò occupant maius, & tunc illa puncta, quæ occupabant illud spatium, quod nunc occupant ista puncta, occupant minus spatium. In condensatione autem occupant minus spatium, & illi spatium, quod prius occupabant, succedunt alia puncta alterius corporis. Soluitur etiam cur circulus superior rotæ moueatur velocius, quam inferior, quia dum superior acquirit vocationem occupatam 20. puncta spatij, & illis correspondentem, inferioris circuli punctum acquirit

vbicationem correspondentem 3. punctis spatij. Non aliter, ac Angelus A. in vno instanti habere potest vbicationem correspondentem tribus punctis loci, Angelus autem B. correspondentem 10. vnde tolluntur illæ morulæ, & motus interruptio, namq; dum testudo in vno instanti acquirit vbicationem correspondentem 2. punctis spatij, aquila acquireret illâ correspondentē 6. punctis spatij. Et sic velocius mouebitur, & semper vtraq; mouebitur; licet enim per vbicationem formaliter indiuisibilem non possit acquirere in vno instanti nisi vnum indiuisibile spatij, per vbicationem tamen virtualiter diuisibilem, sed formaliter indiuisibile potest plura indiuisibilia spatij occupare, sicuti in vno instanti informationis anima, & Angelus assistēs acquirunt vbicationem in toto corpore. In diametrali linea similiter dicimus per singula puncta illius diametralis constare lineas non vno ipsarum indiuisibili tangi, sed aliquas illarum linearum non vnum tantum, sed plura tangere, & virtuali sua diuisibilitate occupare plura puncta diametralis lineæ, nisi uti velis responsione prius tradita.

Dicere possent aduersarij, cur tantum, & non plus spatij occupat. R. quoad totalem extensionem cuiuslibet rei dico determinatam esse in vnoquoq; sphaeram suæ actiuitatis, cum entia finita, & limitata sint, quantum autem se extendant ipse nescio, aliqua video magis rarefieri, & extendi, alia minus, videmus exiguum granum pulueris tormentarij se extendere ad 20. partes spatij, pluquam erat ipsum. Vnde autem proueniat, quod nunc acquirat, nunc deperdat istam maiorem vbicationem in maiori spatio, dico prouenire ab extrinsecis agentibus rarefacientibus, vel condensantibus. Hinc saluatur melius quomodo ignis, & Coeli sint rari, cum incredibile sit esse plenos corpusculis, cum non videantur, culus materiae sint ad replendum, & resistendum tam vastis coelis, & igni, sed benè per hoc saluatur esse aliquas raras, quia occupat vna ob suam actiuitatem plus spatij, quam alia, saluatur etiam melius, quod ad motū vnus, nè detur penetratio, non debeant omnia moueri, sed solum vt aliqua, quæ prius occupabant maius spatium proximum, occupent minus. Hæc igitur est via, qua opinionem hanc poteris defendere, contra quam non militat argumentum vllum Ariagæ, vt speculanti patet, quia nos semper tenemus in punctis indiuisibilitatem formalem, per quā in instanti indiuisibili fiant tantū vbicationes indiuisibiles formaliter, sed propter virtualement diuisibilitatē, aliundè possint postea tunc occupare spatium diuisibile per vbicationem virtualiter diuisibilem, & formaliter indiuisibilem. His rationibus uti poteris dum

urget necessitas, primam quoque sententiam de punctis finitis non inflatis, non relinquens. Alia circa continuum pertinentia, utpotè facillima Lectorum relinquo examinanda ingenijs.

CAPUT SEPTIMUM.

De Infinito.

Difficillimam quæstionem de continui compositione per ordinem annectimus cum alia non minus difficili de infinito. Circa infinitum (ut paucis multa comprehendamus) insistendum prius est in eius definitione, cognita enim rei definitione satisfacit facile omni quæstioni, iuxta illud Aristotelicum dogma. *Quod quid est satisfacit omni quæstioni.* Innumerabiles assignarunt definitiones infiniti, ex quibus omnis occasionata est difficultas. Dico autem ego infinito esse illud, à quo si successivè temper, & sèper auferatur, semper restat auferendū, quod idem est, ac dicere infinitum esse illud, quod licet totum simul, successivè tamen non potest totum in tempore finito pertransiri.

Definitionem hanc probo, quia hac posita optimè, & adæquatè distinguimus infinitū à finito, ergò per hanc definitionem in suo esse constituitur; probatur, quia finitum est illud à quo si successivè incipitur, finito tempore totum percurreretur, & à primo ad ultimum deueniretur, sed hæc omnia excluderet per me infinitum, ergò verè illi competit prædicatum adæquatè distinguens à finito, ergò per hoc in suo esse constituitur. 2. quia per hanc definitionem explicatur res per prædicata, quæ ab omnibus conceduntur infinito, aliæ autem definitiones non ob omnibus, nec in omnium sententia conceduntur; ergò magis uniuersalis est definitio ista, ergò ista essentialis est, quia essentialis definitio est prima radix rei, quæ est uniuersalis causa, vnde emanant cætera.

Hinc ergò, quod etiam concedunt aduersarij, colligimus non necessario quamlibet partem componentem infinitum debere esse infinitam, quod patet in infinito etiam synecathegorematico, nam in multitudine infinita possibili cognitionum, v. g. aut durationum Angelicarum, aut animarū, nō quælibet cognitio, nec quælibet duratio est infinita, sed dicimus infinitū haberi per finitas partes in finities replicatas, colligimus etiā, quod si ab infinito successivè sèper auferamus, siue partē, siue medietatem, nunquam destruemus infinitum, quia successivè nūquam, nisi
finita

finita remanent, & tantum per infinitum tempus posset successiue destrui ad differentiam finiti. Deduco etiam non repugnare infinitum habens duos terminos intra quos claudatur; monstrum aliquod nè cogitatis me dicere; ostendo primum, quia etiam si admittamus infinitum claudi intra duos terminos benè adhuc saluamus infinitum, dicendo ab vno termino ad alium successiue nunquā perueniri posse, & licet hoc nomen termini videatur ex vulgari captu competere enti finito, dicas, nè videaris aliquid sensui asperum proferre, claudi posse infinitum inter duas vnitates, extra quas non progrediatur, & quod hoc nō sit quid Chymericum, hoc idem videntur innuere Aristotelici omnes, nam cum illorum aliqui admittant infinitas partes constituentes continuum, vt supra ostēdi, adhuc ipsi admittunt in palmo duo puncta terminantia totum palmum, & partes illius, qui vtpotè in infinitum diuisibilis, secundum partes quas actu habet, debent illæ esse infinitæ. 2. exemplum dant alij in infinito syncategorematico, namq; si sumamus speciem Angeli, tanquam de facto perfectiorem, & sumamus speciem culicis v. g. tanquam de facto imperfectiorem in genere substantiæ, viuentis, vel loco motiui, certum est dari possibiles infinitas species intra has duas species contentas, quarum quælibet per ordinem, vna sit perfectior culice, alia perfectior illa, & sic per ordinem vsq; in infinitum, & quarū quælibet sit imperfectior Angelo, ita dici potest in infinita multitudine, præterquamquod in hoc nulla est implicancia cum distingueretur à finito, cuius termini successiue pertransiri possint tempore finito, & ad illos vltimos deueniri, non sic autem in infinito.

Diuiditur communiter infinitum in categorematicum, & syncategorematicum; primum dicitur illud, cuius partes constitutiue sunt actu, syncategor. cuius partes sunt in potentia; possibilem esse infinitam entium multitudinem, non est, qui dubitat, & quidem omnia à Deo per infinitam suam cognitionem comprehendendi. Insuper infinitum in quatruplici genere excogitari potest, vel infinitum secundum multitudinem, vel magnitudinem, intensiōem, vel perfectionem essentialē in aliquo, vel in omni genere, hæc esse possibilia syncategorematicè nullus dubitat, excepto infinito in omni genere, cum nullum esse possit creatum ens, quod non includat imperfectionem dependentiæ, sit igitur.

D V B I T A T I O.

An possit dari infinitum cathegorematicum, & in actu, tam in longitudine, multitudine, magnitudine, & perfectione essentiali in aliquo genere.

DVbitationi huic affirmatiuè quoad omnia ista infinita respondeo, posse scilicet supernaturaliter à Deo reduci in actu, infinitam multitudinem entium, siuè spiritualium, siuè materialium, infinitam magnitudinem, longitudinem, & infinitè perfectam in aliquo genere aliquam creaturam, v. g. in virtute cognoscendi, vel generandi, aut in aliquo genere substantiæ, vel accidentis. Aduertendum hic autem est, me dicere possibilem esse infinitè perfectam, non autem posse produci creaturam omnium perfectissimam, siquidē creatura omnium perfectissima haberi posset solum per hoc, quod esset in gradu superiori, licet in se non esset infinitè perfecta, sic visio beatifica, vel amor Dei supernaturalis sunt perfectissimi omnium visionum, & amorum naturalium, item incarnatio, non per hoc tamen sunt infinitè perfecti, quia ad infinitam perfectionem requiritur, vt habeat in se perfectiones omnium illorum diuissim consideratorum, ita quod sua entitas sit illa omnia, sic vt Deus infinitè vndequaq; perfectus est omnia.

Prob. conclusio argumento negatiuo, quod in quæstionibus de possibili est efficacius reliquis, nulla enim hucusq; adinuenta est ratio sufficiens ad probandum repugnare actu infinitum cathegorematicum, ergo non est cur repugnet. 2. prob. quia infinitum actu, vel repugnat quia infinitum, vel quia creatum, ex nullo capite, ergo, prob. minor, non quia infinitum, cum Deus in se infinitum ens sit, & tamen non repugnat, sed datur de facto, neq; quia creatum infinitum, quia esse creatum dicit solum esse productum ex nihilo, & dependenter à Deo, sed non videtur ratio cur dependentia repugnet cum infinitate, quia quæcumq; infinitas sit imaginabilis, cum non sit infinitas vndequaq; perfecta, sed tantum in aliquo non omni genere, hinc benè admittere potest hanc imperfectionem dependentiæ, & retinere infinitatem in alijs generibus, ergo si ponimus creaturam aliquam infinitè perfectam, optimè distinguimus à Deo, per hoc quod illi tale prædicatum dependentiæ concederemus, quod Deo omnino repugnat. Quod si dicas repugnare creaturam infinitam, eo quia diceret virtutem infinitam, quæ creaturæ repugnat, iam hæc est petitio principij, & non videtur, cur hæc participata perfectio infinita repugnet; neq; repugnat, quia quantum, vel quale

quale est, quia hæc dicunt tantum impenetrationem, ego autem dico esse in locis distinctis quascumque partes illius infiniti quanti, qualitas autem dicit intensiorem, non videtur autem repugnare potentiam infinite capacem, & habentem virtutem infinitam recipiendi, sicuti si Deus tota sua infinita omnipotentia semper diuideret, & quantum potest simul, & successiue, semper restat capacitas ad diuidi in quantitate per aduersarios per quascumque infinitas potentias, possibilem enim iudicamus essentiam infinite perfectam in aliquibus generibus, esto non in omnibus, per quod adæquate adhuc distinguitur à Dei essentia, utpotè vndequa; infinita &c. prob. etiam à pari, nam sicuti æternitas est propria Dei, & tamen participata æternitas competit creaturæ, ergo ita dicendum de infinitate. 3. prob. quia ponere infinitam multitudinem lapidum v.g. non repugnet existere, neq; ex ratione specifica, neq; indiuiduali, non specifica, cum de facto iam detur in rerum natura species lapidum, neq; ex ratione indiuiduali, quia vnus non opponitur cum alio, lapis enim nullā habet cū alio lapide, nec homo cum alio homine repugnantiā, neq; repugnantiā oritur ex parte loci, quia producta infinita multitudine hominū adhuc Deus produceret infinitum locum pro istis, de Angelis autem utpotè penetrabilibus inter se, nō valet hæc ratio. 4. prob. quia omnes rationes, quæ adducuntur contra infinitum, catheg. militat de syncatheg. nāq; respectu diuinæ cognitionis æquē soluenda sunt argumenta, ac si essent obiecta posita à parte rei simul, imò loquendo de rebus futuris sunt ita posita in æternitate diuina, ac si essent mihi nunc præsentis in hoc instanti, ac proindē non videtur, cur implicet coexistere nunc res æternitati diuinæ, & implicet nunc existere à parte rei.

Obijc. argumentum probans repugnare omne infinitum cathegor. omnis terminus creatus non potest esse terminus formalis diuinæ omnipotentia, sed materialis, ergo non potest esse terminus infinitus actualis, sed potentialis, & consequenter non potest esse infinitus in actu; & cathegor. antecedens probatur, quia omnis terminus formalis est terminus specificatiuus illius, cuius est terminus formalis, ideo enim habet rationem formæ, quia habet rationem actuantis, specificantis, & determinantis; sed diuina omnipotentia non specificatur, neq; completur à creatura, sed à se ipsa, ergo nullus terminus creatus extrahitur à ratione termini materialis, sed omne materiale, utpotè potenziale, dicit perfectibilitatem, ergo nullus terminus productus à diuina omnipotentia potest esse infinite perfectus, quia non diceret omnes perfectio-

nes,

nes, cum perfectibile, dicat ordinem ad perfici, non ad perfectum esse.

Ex eo quod omnis terminus diuinæ omnipotentia dicatur terminus materialis, arguere solum, quod non possit esse infinite perfectus in omni genere, ita quod semper remaneat perfectibilis, non autem multat de infinitate in aliquo genere, in quo genere adhuc semper habere potest potentialitatem, quia producta infinita perfectione intra aliquod genus, adhuc perfectio illa potest semper magis, & magis augeri, siquidem de ratione infiniti non est absorbere omnem imaginabilem perfectionem contentam intra illud genus, sed sufficit si tantam contineat, quæ successiue nequeat pertransiri, cum quo stat, ut possit alia addi, sicut etiam aliqua minui, cum infinitum esse possit maius, & minus materialiter, licet non formaliter, maius namque esset infinitum capillorum, quam oculorum, si darentur infiniti homines. Hinc etiam soluitur, quod producto quocumque infinito nunquam Dei potentia exhauriatur, quia semper restant plura, & plura producenda, ut valeant aliud infinitum constituere, sicuti dempta vna medietate, adhuc remanet infinitum, vel etiam si omnia produceret, etiam potentia perficeretur quasi potius, quia potentia per actum productionis perficitur.

Hoc tamen notandum, non idem numero infinitum remanere quando auferitur, vel additur aliquid infinito, ita quod possent arguere hoc modo, demptis pluribus, & pluribus partibus ab infinito adhuc remanet infinitum, sed infinitum componebatur ex illis partibus tamquam ex partibus essentialibus infiniti, ergo esset totum sine suis partibus; sed dicimus fieri aliud infinitum numero diuersum, quia cum infinitum illud constitueretur tunc ex ipsis partibus tamquam essentialibus, hinc ad variationem vnius partis variatur totum, non aliter, ac physice variatur continuum vnius palmi per separationem cuiuscumque minimæ partis; cæterum infiniti ratio formalis specifica non variatur, eo quia semper tot remanent, quot successiue nequeant pertransiri; unde demptis partibus componentibus totum cum partes finitæ infinites replicatæ infinitum constituent, auferunt illud totum, quod ab omnibus illis partibus componebatur, non autem auferitur infiniti ut sic ratio formalis, sicuti ablato petro adhuc remanet ratio hominis, & species humana, quod etiam patet in multitudine finita, namque si auferatur aliqua pars ab aliqua multitudine finita, remanet adhuc multitudo finita, sed non eadem numero, quæ erat antea, sic in casu nostro. Responsio hæc tradidi coram Reuerendis. Spighio nunc Generali nostro, cuius acutissimo ingenio in hac tam difficili quæstione dilucidanda, non displicuit.

Obijc. si producerentur infiniti homines, & ab illis auferretur vnus, illi remanerent, & non remanerent infiniti; essent, quia per ablationem finiti ab infinito non tollitur infinitum; non essent, quia infinitum est id, cui nihil potest addi, cum infinitum debeat omnia continere in ea ratione, in qua est infinitum, sed illi multitudini hominum posset addi ille homo, qui ablati est, ergo &c. Secundo, si producerentur infiniti angeli, & illi omnes applicarentur ad mouendum lapidem, motus ille esset infinite velox, nam quo plures angeli ad motum applicantur, eo motus est velocior, ergo si applicantur infiniti, motus est infinite velox, ergo posset lapis in vno instanti ab vna parte gymnasij in aliam moueri, alioquin non moueretur infinita velocitate, quia moueretur in tempore, quo assignato posset aliud breuius assignari, & consequenter ille motus non esset infinite velox, ergo si motus erit infinite velox, erit instantaneus, & non successiuus, consequens autem est absurdum, quia cum lapis non possit transire ab extremo ad extremum sine medio, sequeretur lapidem pro eodem instanti esse in toto hoc gymnasio. Tertio omne corpus quantitatum habet figuram, quæ est terminus quantitatis, ergo habet terminum, ergo non est infinitum, cui repugnat terminus. Quarto, omne quod producit debet cadere sub determinata intentione agentis, sed infinitum non cadit sub determinata intentione agentis, cum nullum habeat determinatum esse, ergo.

¶ R. ad primum, argumentum militare etiam contra infinitum synchegorematicum, peto enim ego, omnes homines excepto vno tantum sint ne finiti, vel infiniti; si primum, ergo per additionem vnus solius habetur infinitum; si secundum, ita proportionaliter dicendum in casu nostro: Quare & illos semper fore infinitos, quod si adderetur illud vnum infinitum, esset tantum maius materialiter, non formaliter, quare sine illo vno essent quidem infinites replicati, sed non essent toties replicati, quoties, si adderetur etiam illud vnum. Ad 2. respondetur argumentum nullum esse, quia sicuti multi sustinent neq; posse à Deo, & si infinito, fieri motum localem per spatium diuisibile in instanti, neq; possent hoc facere Angeli, licet essent infiniti, cum non sit maior virtus in Angelis infinitis, quam in Deo. Quare & motum illum esse quidem summè velocem non tamen fieri in instanti, sed fieri in tempore breuissimo, ita vt breuitas non possit assignari, quia mouerentur sine vllis morulis, & interruptionibus, & lapis in singulis instantibus acquireret nouam presentiam in nouo puncto loci sine vlla morula, in quo consistit summa velocitas, quare falsum est illud principium, quod assigna-

signatur in tempore breuissimo semper restet aliud breuius. Ad 3. R. nonnulli, corpus infinitum non habere figuram, quia dicunt hanc pertinere solum ad corpora finita, non vero ad infinita. Deinde & si habeat terminum, non obstat infinito, dummodo ad illum non possit successiuè perueniri. Ad 4. R. transeat maior, & nego minorem nam sicuti infiniti homines possibiles cadunt sub determinata cognitione Dei, & dicuntur obiectum determinatum illius determinatæ cognitionis, ita possunt esse obiectum voluntatis diuinæ, & diuinæ omnipotentiae, per quam sint producibiles actu, cum non minus potens sit Dei cognitio, quam Dei voluntas, nec ex parte obiecti adsit vlla repugnantia, & quia ipsam est possibile, & vnum à parte rei aliud non excludat.

Obijc. alij, si daretur infiniti homines v.g. posset de illis quæri, quot binarij, ternarij &c. sint in illis, quia sicuti datur hæc in numero finito, ita in infinito, sed si huic petitioni resp. iam infinitum esset notum, & successiuè pertransactum, quod repugnat, ergo. 2. sequeretur infinita grana millij æquale spatium occupare, ac infiniti mundi, quia non minus spatium occupare possunt quam infinitum, quod etiam occupat mundus.

R. ad 1. petitionibus illis, sic respondendum, esse in infinito tot binarios, totq; ternarios, quot successiuè in tempore finito nūquam posset pertransiri, ac proinde sunt tot binarij finiti infinities replicati &c. Ad 2. R. maius spatium occupari ab infinitis mundis, ac ab infinitis arenulis, nec hoc repugnat, imò ita dicendum est, quia cum quodlibet illorum occupet suum proprium locum iuxta illorum magnitudinem, locus augebitur, nec repugnat dicere vnum infinitum occupare maiorem locum, quam aliud, cum de ratione infiniti nō sit absorbere omnem locum, sed tantum, quantum singulæ partes finitæ infinities replicatæ occupare debent.

Obijc. si darentur infinitæ animæ, cum istæ sint actus corporis deberent dari infinita corpora ad quæ ordinarentur, sed ista repugnant, ergo, &c. 2. de infinito intensiōis, quia si daretur virtus loco motiua infinitè intensa daretur motus velox in instanti, quia motus productus à potentia magis actiua est velocior, sed quo velocior eo in paucioribus instantibus fit, ergo cum infinitè velox motus sit, quo velocior excogitari non potest, iste in instanti fieri debet, quia nullus velocior motus, quam instantaneus, quod idem patet de quantitate infinita si deorsum caderet, quia ratione infinitæ grauitatis nullus excogitari posset motus velocior deorsum, & in infinitè leuibus ad motum sursum 3. quia si pos-

ſet dari infinita intensio, ita poſſet dari infinitum lumen gloriae quo, utpote infinito, videretur in Deo quidquid eſt viſibile, quia infinitum comprehendit omnia, & ſic Deus poſſet comprehendi, quod negatur.

Ad primum argumentum nullum eſſe, cum iam dicamus eſſe poſſibilia corpora infinita. Deinde eſſent actus primi ordinati ad corpora ex ſuppoſitione quod darentur, & ſicuti animae mortuorum ſeparatae remanent, ita & illae, vel poſſet infinitas animas producere ut pro aliquo tempore ita eſſent in ſtatu quidem non naturali, & non modo naturali, & poſtea aliquas corporibus infunderet, omnibus alijs ſimul deſtructis, cum infinitum poſſit totum ſimul deſtrui, licet non ſucceſſive.

Ad 2. dicimus nunquam motum futurum in inſtanti, quia licet eſſet infinite velox motus ille cauſatus a virtute loco motiva infinita, non tamen in inſtanti, quia motus localis implicat in inſtanti, quia ſimul eſſet in termino a quo, & ad quem, & in duplici loco, praeter alias rationes adductas cum de motu, & ſic per ſimilitudinem respondeas ad alia exempla. Ad 3. dato lumine gloriae infinite intenso neq; Deus comprehenderetur, quia quocumq; infinito lumine intenso producto ſemper infinities infinita reſtant in Deo videnda, nec vnquam poterit Dei cognitio adaequari cum quacumq; imaginabili cognitione creata, praeter alias rationes a Theologis adductas, cur ſcilicet Deus non ſit comprehenſibilis, vel ſi ego vellem perſiſtere dicendo praeciſe per illud lumen infinitum poſſe Deum comprehendi, nunquam me convincent arguentes de oppoſito, niſi ipſi adducant aliam repugnantiam, cur non poſſit, & tunc dico propter illam repugnantiam, non quia infinitum, non poſſe Deum comprehendi, nam infinitas iuvat potius, & tollit vnum ex impedimentis, nam ſolum ut non poſſit comprehendi ſufficeret eſſe finitum, quia ad deſtruendum ſufficit vnum, ad componendum vero multa requiruntur.

Obije. contra infinitum in quantitate, nam ſi daretur corpus infinitum poſſent ex centro illius duci duae lineae rectae uſq; ad circumferentiam, haec autem quo magis potrahuntur, eo magis augebuntur, & diſtabunt, ſi ergo potrahuntur ad circumferentiam illius corporis infiniti diſtabunt inter ſe infinite, ſed hoc eſt falſum, primo quia ſpatium contentum intra illas duas lineas utpote infinite diſtantes debet eſſe infinitum, & ſimul finitum, infinitum ut dicunt, finitum quia eſſet clauſum duabus illis lineis tanquam intra duos terminos, ſed quod clauditur terminis eſt finitum, non infinitum, ergo &c. 2. probatur alia implicancia ex his lineis deductis uſq; in infinitum, ſi enim illis duabus lineis infini-

ris ductis ab eodem centro addatur alia transversalis fiet triangulum, ex quo etiam sequitur infinitas lineas claudi vna linea, tamquam termino, ultra quem non transeunt; 2. quod difficilius est, si ducatur linea à 2. puncto vnius lineæ incipiendo ductionem propè centrum ad 2. punctum alterius lineæ, alterius constet trianguli, illa certè transversalis linea non erit infinita, si ducatur à 3. puncto ad 3. punctum, neque erit infinita, & sic si à 4. ad 4. alterius lineæ constalis semper erunt illæ finitæ, quia semper fit additio finiti inter vnam, & aliam antecedentem lineam, ex alia parte debent esse infinitæ, quia incipiendo ab vltima linea claudente pyramidem, illa iam est infinita, quia distantia inter illas in infinitum ductas est infinita, alia succedēs debet quoq; esse infinita, quia per ablationem finiti non destruitur infinitum, ergo sequitur illas esse, & non esse infinitas, ergo repugnat corpus infinitum.

Argumentum hoc illud sanè tam difficile est, quod à multis positum, solum adhuc non est, vt fecit Ariaga cum alijs, alij propter hanc difficultatem esto concedant infinita in alijs generibus, non concedunt tamen in quâritate, & huic difficultati multæ aliæ similes fieri possunt, quas breuitatis causa omitto. Multas olim tradidi pro hoc argumento meis discipulis responsiones, vt effugerè vim, non vt solverem. In primis ostendo nunc argumentum falsum esse, licet non tam facile à nobis solui sciatur, falsum esse patet, nam si sumamus infinitum syncategorematicum in quantitate, quæro vel Deus cognoscat ex lineis illis ductis à constâ in constam aliquas esse finitas, alias verò infinitas, quia non omnes sunt finitæ, neq; omnes infinitæ, ergo eadem est difficultas de categorematico, ac de syncategorematico. Item militat de æternitate à parte post, nam incipiendo ex nunc vsq; ad omne tempus imaginabile semper fit additio finiti supra finitum, & tamen sumpta æternitatis medietas, vt ita dicam, adhuc est infinita &c.

Responderi igitur potest, fieri infinita corpora, sed inter se penetrata, itaut producta quantitate infinita, partes illius non disponantur quoad figuram in ordine ad locum, vt patet de corpore Christi in Eucharistia, & esset in loco definitiue, & modò nō naturali, nec circūscriptiue, & sic ruit argumentum; de ratione enim quantitatis non est actualis, sed radicalis impenetrabilitas. Vel dici potest infinitum illud non posse huiusmodi figuris figurari, quia omnes istæ figuræ sunt propriæ rei finitæ importantes semper terminos finitè terminantes, sed illud corpus infinitum haberet aliam figuram diuersam ab his, nec mirum si figuram illam ignoremus, cum nos affueti simus figuris rei finitæ, non
inf.

infinite, possibiles enim sunt supernaturaliter infinites infinite figuræ diuersæ præter has, aliquæ enim implicantia sunt in aliqua figura, quæ non sunt in alia, sic implicantia adductæ de figura pyramidali non militant si produceretur corpus infinitum quadratum, nam tunc omnes lineæ, cum essent vndequaq; æquales constantes punctis infinitis replicatis, ex quacunq; parte siue per diametrum, siue per constas ductæ rectæ lineæ in illo quadrato infinito essent æquales, & infinite, vt speculanti patet; nec repugnat infinitū claudi terminis, & lineis &c. dummodò ad illas successiue non possit perueniri, dicas igitur, quantitatem infinitam figurari posse figuris illis, quæ implicantiam non includunt. Quod si demum sequi velis opinionem dicentium infinitum non habere figuram, cum figura sit propria rei quantæ finitæ, non autem infinite, ac proinde omne argumentum erit de subiecto non supponente. Hæ sunt responsiones, quas inextrigabili huic difficultati non incongruentes inueni, illas attentè speculeris Lector, quia non improbables forsitan existimabis, & cū his quampluribus difficultatibus à P. Mastrio adductis, & alijs facillè respondebis, sicut & aliorum argumentis, quæ cum coincidunt cum allatis, etiā eisdem responsi soluentur. Cætera omitto vestro soluenda ingenio de facili, & si meliorem tu inuenies, libenter ipse exciperem, & tu mea interim, si placet, vtaris, nè statim a vi argumenti ligatis manibus in sacco, vt dici solet, occludaris; meliores ego pro nunc non habeo, & cum huius munimine pluries oppugnatus, nondum sum expugnatus. An autem corpus illud vtpotè naturale moueretur, dico ad naturale sufficere si moueatur, vel quiescat, deinde dico posse moueri motu alterationis, quod sufficit, licet non motu locali.

3. dico posse relinquere locum illum infinitum, quem occupabat, & acquirere alium infinitum locum, nam vt dixi de ratione infiniti non est occupare omne spatium imaginabile, sed benè quidem infinitum, & per hoc differt infinitum cathegorematicum, à syncathegorematico, quia hoc comprehendit omnia possibilia sub aliquo genere, non verò primum, sed sufficit habere partes successiue impertransibiles, ac proinde si infinito additur finitum, occupabit vltra proprium locum infinitum illum alium locum, pro illa alia parte infinita.

Obijcies si infiniti Angeli ponerent infinitos lapides in aceruum lapidum, lapides illi essent infiniti, si postea vnusquisq; Angelus assumeret suum lapidem, exhauriretur, & finiretur illud infinitum lapidum, quia tot assumerentur, quot erant positi, ergo ex hac parte non essent infiniti, quia infinitum non potest exhauriri.

& infinitum illud exhauriri ab infinitis, non repugnat enim infinitum exhauriri ab infinito, licet non possit à finitis destrui, quod si iterum singuli Angeli singulos lapides ponerent, simul constituerent infinitum. Ad illud aliud, quod dicitur si Deus auferret ab infinitis Angelis nunc 20. deinde 100. &c. dico nunquam ita successivè sumendo fore consumandum infinitum, sed quanta vis finita successivè sumatur, semper perseverat adhuc infinitum &c. Ad id quod dicitur nihil posse esse infinitum sub aliquo genere, eo quia deberet esse determinatum per determinatam differentiam illius, cum sit potentiale ad illam, cumq; quodlibet genus diuidatur per duas oppositas differentias, una non continebit perfectionem alterius, cum vnum oppositum non possit alterius perfectionem continere, ac proinde non poterit esse infinite perfectum in perfectione essentiali.

Resp. per hanc instantiam probari solum, quod contentum sub genere nequit esse infinite perfectum in tota latitudine entis, non verò in aliqua determinata, differentia autem limitabit tunc & determinatam rationem producet, quando in se finita, & limitata est, non autem quando est infinita, & inlimitata, nec verum est quod id, quod sub aliquo genere continetur, non debeat admittere alia sub illo genere, nam Deus est infinitus sit in omni genere, adhuc tamen aliorum admittit existentiam, sufficit, si perfectiones omnium contentorum sub illo genere contineantur, vel formaliter, vel virtualiter in illo, vel dicas, ad infinitatem sub aliqua specie, sufficere si contineat omnes perfectiones possibiles, vel infinitas contentas sub illa specie.

Obijc. determinata forma determinata requirit accidentia, & proprietates, quia omnis exigentia fundatur in rei entitate, & tantum se extendit, quanta est eius capacitas, sed forma cuiuscunq; corporis est determinata in se, ergò requirit determinatam quantitatem, & qualitatem, ergò non potest dari infinitum quantum, neq; quale. Ex quo etiam deducitur, quod cum qualitates istæ emanent à forma, & hæc sit in se determinata, determinatam producit illarum intentionem.

& formas omnes determinatas esse quoad numerum pro informando corpore, non autem determinatam habere virtutem, sic enim determinatus quoad numerum est quilibet Angelus, anima &c. & tamē possunt indeterminato tempore durare, item possibiles, & possibiles vsq; in infinitum producere cognitiones, & volitiones per totam æternitatem, sic esset determinata quoad esse individuale, non autem in ratione causæ productivæ; esset namq; infinite perfecta in aliquo genere;

sicuti

sicuti cum Dei unitate adhuc stat infinitas in omni genere; præterea creatura illa infinitè intensam qualitatem posset producere, & quantitatem habere, & infinitum corpus informare; licet autem creatura illa sit infinitè perfecta, non sequitur per hoc illi naturaliter deberi gratiam, nec lumen gloriæ, quia istæ sunt qualitates supernaturales excedentes omnes vires imaginabiles naturæ. Hæc breuiter quoad infinitum dicta sint, alia apud alios videnda reliquens curiosorum ingenijs, dum præcipuas huius rei difficultates hic adnotavi.

Dubitabis si corpus infinitè quātū esset viuēs, quomodo nutriretur.

Resp. parum curare an sit viuens, vel non, dum modo detur quantitas infinita. Si autem esset viuens, dico naturaliter non posse nutrirī, quia nunquam ab ore ad ventriculum perueniret cibus transmutandus, imò statim ab infinito oris calore consumeretur, præterquam quod non dico esse possibile animal infinitum ob similes repugnantias de pyramide infinita. Hæc igitur sapientibus sint satis.

DILVCIDATVR DIFFICVLITAS.

De rarefactione, condensatione, & intensione.

Difficultas de rarefactione facta est cum de continui compositione, qui dant puncta inflata dicunt, rarefactionem oriri, quia punctum prius occupans vnum punctum loci, postea occupat duo, & contra, verò in condensatione, dicunt enim quantitatem esse secundum se indifferentem ad tantam, vel tantam extensionem localem, & hanc esse accidens, quod magis, & minus competit quantitati, iuxta varias primas qualitates, cum quibus est in composito, vel ratione formæ substantialis, quæ inducitur, vel ratione motus præcedentis, vel impulsus extrinseci, non aliter, ac ex diuersis accidentibus, motu, & impulsu, ac forma, acquirat diuersam figuram, hinc tanta raritas in grano pulueris tormentarij in igne, in cælo &c. minus in terra &c. ob qualitates caloris, formarum, & aliarum occultatum qualitatum, non sic in terreis ob frigus &c. Præcisâ autem illa opinione dicimus fieri rarefactionem per hoc, quod intra poros alterius corporis introducantur extranea quædam corpuscula cum separatione ipsius continui. Conclusio patet, quia non potest esse per productionem solius nouæ quantitatis, quia ista maior quantitas, per quam maiori loco correspondet, non potest esse in duplici subiecto, quia sic ipsa esse in duplici loco, quod repugnat, neq; duæ quantitates possent esse simul, quia sic daretur penetratio illatum, quod etiam est absurdum, cum per hoc qualitas differat

rat à quantitate, neq; potest consistere in qualitate, quia hæc non facit situm, nec vlllo modo pertinet ad ipsum, quare licet raritas, & densitas radicaliter sumptæ proveniant à qualitatibus, cum ratione frigoris, & caloris illæ procedant, formaliter tamen ad quantitatis species pertinent. Restat ergò absque nulla implicantia solum posse fieri hoc modo à nobis assignato, cū nullus alius sit possibilis probabilis, videmus enim quo magis exhalant res, eo magis exsiccare, eo quia expelluntur partes intra illa contentæ, præterquamquod videmus in omni re dari huiusmodi corpuscula inclusa, & dari in qualibet re, poros ex quibus spirant, item videmus quò magis res est rara, eo magis leuitare, ergò signū est extranei aeris levis continere partes. Maior quidem difficultas circa hanc materiam est, quomodo cæli, & ignis possint dici rari per extranea corpuscula, quæ sanè difficultas non parum me diū molestavit, at huic responsum dedi cum de numero elementorum de raritate ignis agerē, vltcrius difficile videtur intra granū pulueris tormētarij tot corpuscula introduci, vt occupet 20. partes spatij plures se, vt exactissimè obseruatum est. Sed hoc mirū non est, nā cū partes pulueris sint terreæ nimis, proinde valde porosæ, & secum multa extranea corpora attrahentia, per quam rationem cineres magnam attrahunt secum humiditatem, item videmus frumentum multum in humido excrefcere quo magis enim corpora de terreo participant, eo magis participant de extrinseco, ac consequenter aeri, vel aquæ axpositæ vi ignis, maiorem occupant locum ratione illorum corpusculorum intra poros introductorum; alias difficultates vtpotè communiter adductas, & solutas ab alijs, hic repetere, frustratoriū existimari, videantur ergò PP. Quiedus, Ariaga, & alij.

Insurgi posset contra hanc conclusionem etiam hoc modo, rarefactio, & condensatio sunt actiones distinctæ (vt docent etiam authores huius sententiæ) ab augmentatione, & aggeneratione, sed per datam sententiam coinciderent, quia augmentatio, & generatio fit per productionem nouæ substantiæ, qua transit res à minori ad maiorem substantiam, per cuius acquisitionem dicitur quoq; res occupare maius spatium; non aliter, ac nos dicimus acquiri nouam substantiam illorum corpusculorum, quæ habet occupare maius spatium, & in condensatione per deperditionem illius materiæ, & illius quantitatis deperditur locus; quod idem patet de augmentatione, ergò aliter discurrendum est de vna, ac de alia. Resp. diuerso modo istas actiones se habere, quia ibi producit substantia, quæ est, eiusdem rationis cum ipsa, & absque

partium discontinuatione, nec per se intenditur illa maior occupatio loci, sed per accidens, in rarefactione autem per se intenditur maior loci occupatio, ad quam per accidens consequitur noua substantia, eo quia quantitas sine illa nequit produci, nam si posset admitti noua localis extensio sine productione nouæ substantiæ, & nouæ quantitatis, frustra illæ ponerentur.

De alteratione autem intensiua restant aliqua soluenda. Intensionem dicimus esse productionem qualitatis in eadem parte subiecti, per quod adæquatè distinguitur ab extensione, quæ est productio quantitatis in diuersis partibus subiecti, ac proinde per hanc adæquatè in suo esse constituitur. Hanc intensionem dari certum est, cum manum, aerem &c, modo magis, modo minus calida esse sentiamus, & qui non credit, sibi hoc ignis applicatione facillè suadeat. Quomodo fiat, sequor dicentes, fieri intensionem per additionem gradus ad gradum, in eadem parte subiecti. Patet hoc, quia hoc certum est in primis per additionem vnius gradus caloris supra aliam manū reddi magis calidam, ita quod oppositum nullo modo possit dici, nam si explicetur per maiorem radiationem intensio, inperceptibilis est explicatio, cum radiatio ista non possit in perfectiori vnione consistere, eo quod æquè dependeat à subiecto, utpotè accidens, si per maiorem intrinsecationem in subiecto, eo ipso quod qualitas est vnita subiecto, illi præstat suum effectum formalem vbicunq; sit; tum quia intensio est sensibilis, vnio autem non; præterquam quod in Eucharistia accidit intensio qualitatum, nō autem vnio cum subiecto, quod ibi non datur, deniq; possemus dicere tantam gratiam esse in quolibet iusto, quanta in Christo, & Beata Virgine, licet sit solum in illis perfectius vnita. Saluat etiam nostra opinio, quomodo verum sit, quod subiectum quod plus habet de vna qualitate, minus habet de opposita. Quia scilicet cum istæ habeant suos gradus, tot expelluntur de opposita, quot de alia introducuntur; idem demonstrauit Aristoteles, qui postquam definiuit text. 18. alterationem esse motum secundum qualitatem, statim text. 19. subdit ipsum motum, qui est secundum magis, & minus in eadem forma, esse motum intensionis, seu alterationis. Quod neq; consistat intensio in carentia contrarij, patet etiam, quia lux contrario caret, & tamen intensum non redditur subiectum per quemeumq; gradum lucis. Item cum quilibet gradus gratiæ existens in subiecto careat contrario, per quemlibet gradum gratiæ intenderetur subiectum in gratia, quod negatur ab omnibus &c.

Quales autem sint isti gradus intensionis, dico, non debere esse
se die

se distinctos specie, quia diuersitas illorum non facit intensiorem, siquidem si 2. gradibus albedinis adderentur, 2. gradus caloris, nunquam diceretur subiectum intendi per ipsos, neq; in albedine, neque in calore, præterquam quod nullam habemus necessitatem distinguendi specie illos, quod autem gradus intensi aliquas producant operationes, quas non producant extensi, vel aliqui non intensi, non arguunt diuersitatem, quandoquidem plures sunt effectus, qui à causis unitis, & non solis, ob ipsorum debilitatem producantur. Dum etiam dicunt essentias consistere in indiuisibili, ac proinde non posse essentiam intensiorem consistere in additione partis, seu gradus supra gradum. Dicis tu essentiam metaphysicè sumptam in indiuisibili consistere, ut .s. nec variantur, nec magis, aut minus suscipiant, non autem physicè, in casu nostro in hoc consistit essentia intensiorem, ut sit additio gradus supra gradum, ut à simili patet de augmentatione, diminutione &c.

Dubirari solet, quomodo per antiparistiam fiat intensio, cum tunc non producantur qualitates intensæ caloris v. g. intra nubem ab ipso frigore, nec aliud sit agens calidum. & intensiorem illam fieri per hoc solum, quod gradus illi, qui erant dispersi, ad contrarij obfessionem ununtur simul in eadem parte, hinc fit intensio, per quam unionem, seu additionem vnus grad. supra alium in eadē parte tam maximè vigorantur postea, & virtus unita sit fortior, dispersus autē, & agitatus aquæ calidæ calor attenuatur, & disperditur. Quæres hic, cur calx viua aqua incallescit tantū, ut sæpè ligna quoq; accendat, non autem sparsa oleo, quod est pabulum ignis, ratio huius est, quia aqua magis in qualitatibus opponitur calci, quam oleum, quia calx est calida, & sicca, aqua frigida, & humida, oleum vero est calidum, & humidum, ideo per antiparistiam magis accenditur, quia ad præsentiam contrarij, ut illud fugiat magis ununtur, & licet per additionem olei addantur plures gradus caloris iuxta plures gradus olei, non obstat, namq; plus possunt decem grad. uniti, quam 20. dispersi, quia intensi magis valent, intensio autē debet fieri non per quamcumque additionem grad. sed debent addi eidem parti subiecti. Quod autem qualitatis intensio non consistat in productione perfectioris illius existentiae; improbable est, & quia essentia ab existentia non distinguitur, & quia perfectio existentiae maior non videtur in quo consistat, cum tam dependeat à subiecto intensa, quam remissa qualitas, præterea existentia conformari debet cum essentia, ergo &c. Thomistæ aliqui videntes, quod, cum intensiva alteratio sit motus, eo quod aliter positivè se habeat nunc subiectum, ac prius, dixerunt, produci pro-

termino ad quem huius motus quosdam modos novos. Verum in difficiliorem incidunt ambagem, primo quia nouus modus non potest sine noua re modificata, & nouo termino produci, cum modus sit id quod, non quod, ergo inuariato manente subiecto vno solo termino producto nequeunt noui modi multiplicari, quemadmodum nec nouae vniones, neque vnicationes, neque durationes sine nouis terminis producuntur, deinde si multiplicas productionem istorum modorum cum tot difficultatibus, cur non multiplicas ipsas qualitates? & te liberas à tot ambagibus. Alia circa hoc difficilia non restant, & difficultates parui sunt momenti, ita quod facillimum cuiuscumque sit, illas soluere, præterquam quod apud quamplurimos, & ferè communiter adducuntur, & soluntur, proinde hæc de intentione sufficiant.

C A P V T O C T A V V M.

De productione substantiæ.

QUod in præfenti difficultate quæritur, est, an substantia immediate à substantia producat, an verò ab accidente cōcurrente, vel aliquando etiam non concurrente substantia, sicut è contra an accidens immediate produci debeat ab accidente, an verò produci possit à substantia, dico posse substantiam immediate produci à substantia, non ab accidente, est opinio Scotistarum contra Thomistas, & alios.

Prob. 1. quia ponere substantiam immediate productiuam alterius substantiæ, ex nullo capite implicat, non quia substantia, cum Deus vera substantia sit, & tamen immediate producat, neque quia creata, quia optimè saluatur ratio substantiæ creatæ, si dicamus ipsam in operari dependere à Dei concursu, & per distinctam operationem tamquam per id quo operatur, non id quod operatur, & optimè distingueretur à Deo, qui absque alterius concursu, & sine distincta operatione agit, ergo non sequeretur illam substantiam esse, & non esse creatam, sed simpliciter creatam, quia ut non dicatur increata, sufficit si haberet hæc prædicata prædicta, quæ nullo modo competere possunt enti increato, ergo positis his, & alijs concessis extrahitur à ratione increati, ac proinde remanet in ordine creato. Neque dicas, quod illa substantia immediate producens dependeret, & non dependeret, quia accidens illud estò immediate operaretur, adhuc tamen dependet per aduersarios, item sicuti esse accidentis non est suum esse, sed à Deo, imò & à substantia dependens,

& ita

& tamen immediatè ponitur operari, ita dicendum quoq; est in casu nostro &c. ergo si ita dicamus, non sequitur absurdum; ex alia parte si dicamus substantiam produci à substantia ponimus effectum procedentem à causa consimili, & habente æqualem perfectionem cum effectum, ergo ut vitentur omnes difficultates, ita dicendum est, & multo magis quia nulla apparet ratio in contrarium probans hanc impotentiam, ut patebit ex solutione argumentorum.

Prob. 2. communi, & difficili argumento, quia omnis causa, à qua adæquatè pendet immediatè effectus debet in sua virtute, & perfectione continere perfectionem effectus, vel formaliter, vel eminenter, sed accidens nullo pacto continet in sua perfectione perfectionem substantiæ, ergo accidens non est immediata causa substantiæ. Maior probatur, & nè fiat æquivocatio, cum dico continere in sua perfectione, & virtute, vel formaliter, vel eminenter effectum, intelligo, quod entitas continens sit, vel æqualis, vel maioris perfectionis cum effectum, & præterea sit proportionata cum illo, quamvis enim Leo sit perfectior Musca, non tamen illam continet in sua virtute, quia non habet proportionem cum illa, ut patet. Probat. ergo maior primo, quia ex perfectione effectus cognoscitur, & mensuratur perfectio causæ adæquatæ immediatæ, cum effectus quodammodo exeat in lucem a causa immediata, quod si semel negetur hoc principium, nõ potest reddi ratio, cur à quolibet non possit generari naturaliter quodlibet, si enim non requiritur proportio in perfectione causæ, respectu effectus, neq; necesse est ponere ullam aliã proportionẽ. Secundò, quia immediatè agere adæquatè est immediatè per suum esse adæquatè determinare existentiam alterius, ita ut res producta totam suam perfectionem, quam habet, habeat à determinatione suæ causæ, immediatè autem videtur repugnare ordine naturæ, quod rem perfectam de nouo ponat ad existentiam res imperfecta. Quid enim est esse supra vires suæ causæ, nisi perfectionem effectus superare perfectionem suæ causæ, vires enim, & virtus non distinguuntur ab entitate causæ, si ergo entitas est imperfecta, quomodo non est supra vires ipsius producere entitatem perfectiorem? Tertiò, quia communiter Philosophi, & Theologi ex perfectione effectus colligunt perfectionem causæ, & quantò perfectiores sunt effectus, tanto perfectiores inferunt esse causas, quæ illatio non esset vera, nisi supponatur hoc principium ut verum, quod nempe causa immediata, & adæquata sit, vel æquè, vel magis perfecta quam effectus.

In numerabiles sanè huic argumento adhibent responsiones aduersa-

rij, 1. dicunt propositionē illam, quod scilicet causa debet esse æqualis perfectionis cum effectu, quādo est causa principalis, ut est substantia respectu substantiæ, non autem quando est causa instrumentalis, ut se habet accidens respectu substantiæ. 2. resp. accidens esse instrumentum substantiæ, quia non agit in virtute sua, sed in virtute substantiæ, ac proindē effectus potius continetur in substantia, in cuius virtute agit accidens, quam in ipso accidente, 3. dicunt accidens esse virtutem substantiæ per suam intrinsecam entitatem, ex eo quod sit debitum substantiæ, & in ordine ad illam intendatur à natura, ac propterea cum sit entitas debita alteri, & in ordine ad illam institutam essentialiter dicatur in virtute illius producere, quidquid producit per suam entitatem, & potest consequenter perfectius se producere. 4. Alij dicunt propositionem verificari de principio, ut quod, non ut quo. 5. Alij concedunt accidens esse quoad entitatem imperfectius substantia, non quoad virtutem agendi. 6. Caietanus ait, formam substantialem non fieri distincta actione ab alteratione, sed esse terminum huius saltem secundarium, & quia idem est principium viæ, & termini viæ, ideò accidens, quod est principium alterationis, erit etiam principium substantialis formæ, atq; hæ sunt præcipuæ responsiones aduersariorum.

Sed contra primam est; 1. quia, si immediatum influxum das accidenti, ita quod ab ipso primo procedat, iam concedis esse causam principalem, quia nil excogitari potest magis principale in ratione causæ, quam id, quod habet in se virtutem, ut ab ipso adæquatè procedat effectus. 2. quia causa instrumentalis dicitur illa, quæ operatur in virtute causæ principalis, dum autem dicitur operari in virtute illius, vel intelligitur substantiam agere, & sic coincidis cum nobis, vel agere ipsum accidens, aut virtutem illius, quæ adhuc est accidens, nam si dicis esse substantiam, iam iterum cum nobis coincidis, nec potes dicere fuisse ordinatum accidens ad productionem substantiæ, quia ordinatio ista cum sit impossibilis, non fuit facta à Deo, sed fingitur, nam etiam possem dicere in omnibus quæstionibus hoc esse factum, & posse fieri, quia ad hoc ordinatum est. 2. quia cum creatura sit ordinata ad Deum, adhuc possemus dicere iuxta dicta in 3. responsione ab aduersarijs, posse absq; Dei concursu producere effectus, sicut potest solum accidens producere substantiam; & sic semper imperfectius producet, & dabit id, quod in se non habet. Et argumentum supra factum currit. Exemplum quoq; adduci potest, nā licet aliquis Monasterij Procurator vices gerat sui Monasterij, & nomine illius agat, nihilominus lites, scripturæ, & similia ab ipso

ipso immediatè producuntur, & circa has actiones phisicas Monasteriū denominatiuè se habet, & immediatè agit Procurator. Itē licet miles agat nomine sui regis, occisio tamē, & victoria immediatè est à milite, & denominatiuè cōpetit regi &c. & sic impugnata remanet quoque 2. responsio, & 3. Ad 4. similes impugnationes applicari possunt, nam siue sit principium quod, siue quo, dummodò ab ipso immediatè procedat actio, currit idem argumentum, quia cum sit imperfectius, non videtur à quo procedere possit, & effectui data sit illa maior perfectio, quæ est in effectu, & hinc etiam soluitur quoq; 5. argumentū, nam eo ipso, quod imperfectius est aliquid in ratione causæ, erit etiam in ratione producentis effectus perfectionem, quia perfectio communicanda illi est ab entitate causæ, præterquam quod per datam responsionem clauderetur via omni argumentationi, & nunquam probari posset vnū non posse ab alio imperfectiori produci, v.g. hominem a musca, formica &c. quia quilibet posset dicere esse imperfectiorē quoad entitatem, non autem quoad virtutem producendi. Ad 6. dico falsum quid assumere, nam generatio est motus distinctus ab alteratione, esto ista tanquam præcisa dispositio prærequiratur, forma enim substantialis distincta est ab accidente, & consequenter distincta actione producitur. Dum autem dicitur, quod qui producit vltimam dispositionem, producit formam, non intelligitur effectiue, sed consecutiue, hoc est introducens vltimam dispositionē introducit id, quo disposita materia debet agens naturale proportionatum, & habens virtutem introducere formam informantem subiectum illud dispositum.

Vltimò probatur, quia vt sic esset negare omnem efficientiam substantiæ, & formæ substantiali, & tantum per accidens .i. ratione accidentium operari, quod est absurdum. 1. quia si omnem actiuitatem nō negamus materiæ, nec formæ est deneganda. 2. quia Aristoteles 2. de Generat. 54. & 55. reprehendit eos, qui corporibus potentiam, & virtutem tribuebant instrumentale, & negabant efficientiam formarū.

Obijc. 1. fundamentum aduersariorum, modus operandi sequitur modum essendi, sed nullum esse creaturarum est proprium esse, sed alienum esse participatum à Deo, & per potentiam distinctam productum, ergò nec etiam suum operari debet esse proprium, & immediatum, sed per distinctam potentiam. 2. quod Dei est proprium, creaturæ nō conuenit, sed substantiam agere immediatè est proprium Dei, cuius est proprium esse, ergò &c. Deindè inductione constat omnes substantias operari medijs potentijs distinctis. 4. qui disponit materiam pro forma in-

roducenda, ille expellit formam contrariam, & introducit propriam, sed accidens disponit materiam, ergo &c.

Et ad 1. retorqueri argumentum de ipso accidente immediatè operatio, cuius cum non sit suum esse, & productum sit per actionem distinctam à distincta potentia, ita etiam ipsum per aliud deberet operari, de quo redit eadē quaestio, & sic dabitur processus in infinitum, quare sicuti hæc impedimenta non obstant in accidente, ita neq; in substantia. Ut igitur nō dicatur esse suum operari, neq; suum esse, sufficit si operetur per distinctam actionem, & cum dependentia à Deo, per quod adæquatè distinguitur operari creatum à diuino, & hinc similiter soluitur 2. argum. dicendo operari immediatè independenter, & per indistinctā actionem esse proprium Dei, non autem dependēter &c. 3. est falsum, non enim damus in omnibus istas potentias, imò ferè nullas, licet demus operari per accidentia, tanquam per dispositiones, vel modos. Ad 4. dicimus illud accidens, quod expellit formam, nihil agere in formam, sed præcisè, quia agit in accidentia, à quibus, tanquam à dispositione dependet forma disponere, quoq; dicitur ad formā, quam producit immediatè agens proportionatū, nempe substantia, si est forma substantialis.

Obijc. licet accidens imperfectius sit quā ipsa substantia, non tamen repugnat produci ab ipso accidente immediatè, dummodò cum ipso concurrat ipse Deus, non aliter, ac Deus etiam cum substantia concurrat, ergo &c. prob. antec. effectus procedens à duabus causis æquè ad effectum cōcurrentibus potest in perfectione excedere alteram tantum illarum causarum, & maior effectus perfectio in alteram causam refundi, quia sic effectus non excederet perfectionem totius causæ, licet excederet alterius causæ partialis, ergo sic etiam si accidens sine substantia cum solo Dei concursu substantiam produceret, tota maior perfectio refunderetur soli Deo, ergo &c. prob. hoc à pati, nam sicuti albedo, quæ est causa cognitionis, exceditur à cognitione, quia tamen non excedit intellectum simul, & albedinem, potest ab albedine simul cum intellectu produci. Item visio Beata licet excedat in perfectione lumen gloriæ, potest tamen ab intellectu simul cum lumine produci, quia utriusq; vires non excedit, & tota illa maior perfectio visionis respectu luminis refunditur intellectui cum tamen etiam quoad vitalitatem, qua visio excedit lumen gloriæ, adhuc producat ab ipso lumine, cum vitalitas & supernaturalitas in visione sint vnum, & idem prædicatum. Sicuti etiam è contra idem effectus malus, & peccaminosus æquè procedit à Deo, & à voluntate creatā, & tamen malitia refundi-

tur soli voluntati creatæ, non autem Deo, ergo &c. Secundo, quia imperfectius potest corrumpere perfectius, ut ignis corrumpit viuens, ergo etiam potest producere, cum corruptio vnus, sit generatio alterius, ergo si accidens corrumpit substantiam, aliam quoq; generabit.

Variae adhibentur responsiones pro solutione primi argumenti. Primo dicunt disparitatem esse, quia illi actus sunt accidentales, estò sint perfectiores, proinde non repugnat produci ab alio accidente, & se imperfectiori, quia sunt in eodem genere, at vero accidens cum substantia sunt in diuerso genere &c. Sed & ista est nulla, quia cū probatio militet præcisè, quia imperfectius non potest producere perfectius, quia nemo dat, quod non habet, siuè sint in eodem, siuè in diuerso genere, parum refert, quia vis illius propositionis semper manet in suo robore, quia in ea ratione, in qua est imperfectius, nō potest ab eo produci. Ariaga sensit vim huius argumenti, & sua astutia in principio protestatur se non probare conclusionem per rationem istam, quod scilicet imperfectius non possit producere, at ipse more solito non soluit postea, quomodo possit effectus habere illud esse perfectius ab eo, quod in se illud non habet entitativè, vnde colligimus neq; habere virtualiter, quia aliter posset dici, ex quolibet immediatè, & se imperfectissimo fieri quodlibet, nec valere arguere infinitum in perfectione &c. & si illi obijceretur hoc modo, accidens immediatè posse producere substantiam non repugnat, nō posset respondere, quia substantia est improporcionata, nā dum argumentum currit de non repugnantia, non potest ita responderi, quia dicerem vtramque causam esse proportionatam, sicuti tam ignis per ipsum Ariagam, quam calor sunt proportionati ad producendum calorem &c. ergo debet ad rationem à priori assignatam recurrere, dum nec ipse, nec alij aliam à priori inuenerunt, nec adducunt, quare nē argumentum potius insolutum relinqueret, nō debebat absq; fundamento reijcere communem illam Doctorū omnium probationem.

Resp. pro nunc iuxta tenues mei vires ingenij, nam si meliorem adinuenies responsionem, illam libenter mea relicta, amplector, diuersam rationem esse, quando concurrunt Deus simul cum causa 2. ac quando concurrunt duæ causæ 2. adæquantes vnā totalem causam, nam Deus operans ut auctor naturæ operatur per suam omnipotentiam iuxta exigentiam causæ 2. adæquatæ, non autem operatur iuxta suam infinitatem, sic Deus quando operatur cum calore, licet possit cum calore producere entitates perfectissimas, quia sua omnipotentia applicata calori est infinitè perfecta, tamen si velit Deus operari iuxta exigentiam

tiam

tiam caloris debet cooperari cum calore ea limitatione, & mensura, quam entitas caloris habet in se; cum igitur calor sit imperfectior igne, Deus se conformans cum mensura perfectionis caloris non debet producere effectum perfectiorem ea mensura; imò per hoc retorquetur argumentum, nam vel omnipotentia Dei agens naturaliter debet se conformare cum perfectione creaturæ causantis adæquatè in ratione causæ creatæ immediatæ, vel non, si secundum, ergo omnis causa potest naturaliter producere quidquid potest Deus, si primum, ergo mensura perfectionis effectus desumenda est ex perfectione causæ 2. adæquatæ contradistinctæ à prima, & consequenter causa 2. imperfectior non potest perfectiorè producere. Hinc etiam patet disparitas, cur causa 2. sola adæquata immediata non possit esse imperfectior effectui, possit esse causa inadæquata imperfectior, ratio est, quia mensura perfectioris effectus non est quælibet causa partialis, sed complexus omnium causarum 2. concurrentium ad effectum, quare licet vna ex illis causis sit imperfectior, potest tamen ab alterius consortio compensari, quod nō valet in causa adæquata creata, quia nō datur alia causa creata cōpensans id, quod deest debitæ mensuræ perfectionis, vt exigit talè effectū, & sic per similitudinē solutæ manent instatiæ supra factæ. Scio multas adduci posse impugnationes, sed à benè responsionis huius vim penetrantibus facilè soluentur; potest autem accidens corrumpere substantiam, quia in illam agit per accidens, & mediatè, quatenus agit in qualitates, quas expellens, dicitur expellere formam substantialem, eo quia forma amissis dispositionibus ipsa desinit informare materiam.

Obijc. alia leuioris considerationis argumenta 1. ad agendum requiritur intima præsentia agentis cum passio, corporea autè propter ipsorum dimensiones nequeunt illam habere, ac proindè Augustinus 5. de Ciuitate Dei c. 9. dixit *corporea causæ nō debent inter efficientes connumerari*. 2. multæ adducuntur experientiæ, quibus demonstratur non dari substantias, quæ producunt formas substantiales, vt ignis in esca per radios solis, metalla sub terra vi solis, propter quod distinxerūt philosophi duplicem præsentiam ad agendum, suppositi scilicet, & virtutis. Item homo & alij generantes verè dicuntur generare, & producere animalis substantiam, at tunc agunt solum in virtute seminis, quæ est accidens, cum generans aliquando sit mortuum & corruptum, ergo &c. 3. actio versatur inter contraria, vt sunt qualitates, vnde dixit Aristoteles, nihil agere, aut pati quatenus ignis, aut aqua, sed quatenus contrarietate misceuntur.

Resp.

Resp. ad primum non requiri talem indistantiam localem, ut dicitur in tractatu de causis cum effectibus comparatis. Augustinus loquebatur non esse connumeras inter causas liberas, & meritorie efficientes. Ad 3. dico, in omnibus experiencijs disponit tantum materiam, ad cuius dispositionem tenetur Deus, ut auctor naturæ, vel aliud agens illi proportionatam formam inducere, vel alia causa æquiuoca, & sic saluatur dispositiue tantum se habere agens præsens immediatione virtutis.

Ad illud de generatione uiuentium dico, tantum semen, & matrem producere vnionem, vel formam, si materialis est, pater tantum dicitur causa physica, quatenus filio dedit materiã à se recisam, nempe semen, & dispositiones in eo, quæ tamquam dispositiones concurrunt ad generationem filij, plantæ verò, quæ per semen fiunt, habent pro causa adæquata semen, elementa, & cælum &c. ad vltimum loquitur Aristoteles de actione corruptiua, & in generatiua se habent accidentia ut dispositiones, non ut principia effectiua. De productione accidentis dicimus immediatè posse accidens tam à substantia (præcipue passiones proprias) & ab accidente produci, cum superius possit in inferius, & accidentia inter se sint etiam proportionata.

De modo componendi Specula Vistoria, & præparandi lapidem luminosum.

Proposui iam in operis principio modum tradere componendi Vistoria Specula, & luminosum lapidem præparandi, varias sanè de huiusmodi speculis, & Historias, & operationes adducit in quodam suo opusculo sapientissimus P. Caualerius olim in hoc Bononiensi Archigymnasio Mathematicus, ac proinde illas hic repetere non audeo, sed solum circa materiam, qua ipsa specula formantur, versabor. Fiat igitur in lapide aliquo non marmoreo, neq; ex lateribus coctis, sed ex alia materia, quæ non sit tantæ duritiei, neq; tantæ coctionis, proinde optimus erit lapis quidam, qui in Apuliæ partibus vulgò dicitur (Pietra leccese) vel alius dictus (Piperino) sed sit nimis mollis, vel alius similis, & in ipso fiat forma aliqua rotunda, quæ sit parum excauata, nam quominus excauata est, eò melior, aliquantulum grossa, & in ea forma aliquantulum calida projiciatur, dum fusa est hæc materia, funde in crucibulo vnc. 4. boni aeris, & postquam fustum est, adde aeris vsti vnc. 2. postquam hæc incorporata sunt simul & fusa, pone intra illa stamni pur-

gati

gati vn. r. & super ipsa fusa adde marchetitæ argenteæ vnc. mediam, & postquam incorporata sunt, projice intra dictam formam in lapide, & habebis speculum. Quia verò nunquam effectus suos producet, nisi sit benè expolitum, idcirco intra dictum speculum ponatur de smerigli, & cum ligno aliquo circum rotetur cum dicto puluere tantum vsq; dum omnes, & singulæ improportiones, quæ intra ipsum speculum essent, tollantur. Vel si melius operari vis, in dicta forma lapidis fiat speculum ex plumbo, & cum isto Speculo Vitorio subtus posito asperso prædicto puluere circumrotetur pluries, vt vndequaq; æquetur. Deinde cum puluere vulgo dicto (spultio) illo scilicet quo expoliuntur enses, & cum oleo mixto perfricetur, ac circumrotetur toties, donec splendidum, ac lustrans euadat, & sic habebis speculum, quo ignis accenditur, in puncto ultimo, in quo se extendit reflexio illa radiorum facta in speculo à Sole, in lente autem vitrea accenditur in puncto facto per refractionem radij, vnde notandum, quod Speculum vitorium poni debet è directo ad radios oppositos Solis, ita quod Sol in parte dextra, speculum sit in sinistra. In lente autem accensio fit posita lente sub radijs, vt refrāgantur; hoc est radij transeant per superiorem partem vitri, & accendibile sub vitro sit positum, & figuræ monstrantur &c. Figuras etiam ostendunt specula plana facta ex eadem materia in forma plana intra lapidem, vt supra expuliendo &c.

Circa lapidem luminosum.

Specialem modū tradam cum in minerali philosophia, cum de auri calcinatione, quem apud nullum alium forsan inuenies. Communiter præparatur lapis quidam in agro Bononiensi repertus, cuius vsus ita communis est, sumatur ex ipso, qui ponderosior est, & in medio ignis exponatur, tantumq; ignescat, vt ipsius pori aperiantur, & deueniat coloris subrocei vulgo dicti (Tanè chiaro) hic ita calcinatus luminis solari exponatur, namq; in se lumen concipiet, & in abscondito seruatus obscurum illuminabit cubiculum. Plura de hoc non pono, cum de ipso satis dixerit Licetus, modum hunc, quem hic ego trado, habui primum ab Excell. D. Ouidio Montalbano in præsentis huius Archigymnasij Mathematico, qui forsan primus fuit huius operationis, clarior dilucidator alijs.

LIBER PRIMVS.

De Philosophia Naturali.

Ibenti equidem animo librum hunc, in quo de naturalibus hoc est elementaribus apparentium istorum Metheorologicorum effectuum causis, & proprietatibus pertractabitur, sæpè perlegendum non dubito, cum nil minus laboriosum, ac lectione dignum videatur, quam apparentium quidem effectuum, sed ignotarum causarum dilucidatio. In hoc ergo primo libro omnia ea, quæ in aqua, aere, & terra, & per ignem contingunt relictis quorundam recentiorum, ac veterum Sophisticationibus veritate, claritate comitata, dilucidabimus. Habes in hoc libro, benigne Lector, solutiones plurium dubiorum, multaq; tibi expandam pro diuersis Materijs secreta, secundum quod occasio præbebit aditum; in naturalibus enim, atq; apparentibus nulla firmitior ratio, præter eam, quæ comitem habet experientiam, cum nimis equidem longè distent ingeniorum speculationes à rei veritate; proinde sit.

DILUCIDATIO VNICA.

*De Causis Metheororum, loco, tempore, prodigijs,
& effectibus in communi.*

QVoniam cuiuscunq; rei quatuor communiter assignari solent causæ; scilicet efficiens, formalis, materialis, & finalis, quæ sint metheororum causæ inuestigabimus.

Causa igitur Materialis remota, seu materia remota, ex qua metheora fiunt, ab Aristotile assignatur terra, & aqua, proxima vero est vapor, & exhalatio, ita docuit hic Aristotiles lib. 1. tex. 5. metheororum, his addi potest aer, & ignis, qui intrà terram, & aquam inclusi plures recipiunt Metheorologias. Exhalatio est spiritus, seu anhelitus terræ calidus, & siccus, qualis apparet in su-

Materia
proxima
metheoro-
rum.

blimatis arsenici sulphuris &c. vapor autem est anhelitus, seu spiritus emissus ab aqua, qui est calidus, & humidus, & videtur spirare ex aqua calida conueniunt in hoc quod vtraq; speciem fumi habet, & caliditatem, aut siccitatem habent per accidens, & ab extrinseco scilicet ratione ignis caloris Stellarum, Solis &c. illas calefacientium, cum retineant proprias formas scilicet terrae, & aquae, quae frigidae, & siccae, vel frigidae, & humidae sunt de se &c.

Nota prin-
cipia neces-
saria, artis,
& dealba-
tionem sul-
furis per su-
blimationē.

Quoniam etiam in quolibet mixto communiter duae videntur substantiae, quaedam magis subtilis, & spiritosa, quae facile auolat, neq; per separationem a mixto destruitur, sed retinet illius naturam, vt patet in sulphure sublimato, habere odorem illius, sic olim nolens Perillustris D. Didacus Personē in chymicis versatissimus; si cut & in alijs, credere quoddam illi a me ostensum esse sulphur album sublimatum hoc sibi ita persuasit, namq; odoratum a sua vxore sentijt ventris turgorem, quem causat sulphur, quod fuit signum retinuisse sulphuris naturam. Altera pars ē magis fixa permanens viscosa, & terrea, quae nunquam euanescit quantumuis igne sollicitetur, vt communiter obseruatur in arte sublimatoria, quarum partes, spiritosae aliquae facilius, aliae difficilius separantur, & solae, & sine calore absq; addito sublimantur. Laborauerunt plurimi pro extractione sulphureae partis albae, miscendo cum vitriolo rubificato, scorijs ferri, & alijs, & in vanum, sed solo tantum igne lentissimo naturam imitando absq; vlla mixtione, nec calcinatione sine aquis, sed integrum positum, vt erat emptum a vendentibus; (licet si prius fuisset viaquae tartarizatae, aut ebbullitum, aut saepe commotum, quia sursum ascenderet pars subtilior, & illa poneretur ad sublimandum) sublimauit enim tunc prima vicē non tantae albedinis, resublimatum secunda vice clarius, tertia lucebat vt Sol, & vix ignem sentiebat, quod citissime auolabat, quia solo calore pars subtilior fuit a crassioribus partibus separata &c. ex his spiritosa tantum sunt, quae ad metheorologiam pertinet, quia sua natura ad sublime tendunt. Nec vnquam metheorum aliquod, nisi ex spiritosis habetur tam in sublimi, quam in imo, in quo quia ibi inclusi sunt illos producant effectus, vt terrae motus, ventos, & alia omnia, vt bene consideranti patet, tunc ex huiusmodi leuibus spiritibus exhalare non valentibus oritur sonus in bombardis, & scelopis, & crepare faciunt illa, si exire non valent, huiusmodi spiritus, quando e terra hume-

cta-

ata ascendunt mixti, hoc est exhalatio, & vapor simul ascendunt, & dum ad mediam aeris regionem perueniunt, separantur, & exhalationis pars ascendit ad supremam etiam aeris regionem ob leuitatem suam, cum calor magis vnitus maneat cum sicco, partim ad Ima, vapor autem vtpotè aqueus, & frigidus modico calore dilatatur, & resoluitur antequam altius ascendat. Exhalationum, quæ magis habent viscositatis adiunctæ, facilius ignescunt, quia ibi adest humiditas viscosa, quæ est pastus ignis, & quæ puriores sunt, non ita facile igniuntur, & ex ipsis fiunt venti, & quod vapor, & exhalatio fiat Metheororum commodior materia, & proximior, patet quotidiana experientia, nam dum plures ascendunt in aerem vapores, & exhalationes vi caloris abstracti, eo plura eo anno videntur metheora, & deinde alia materia metheororum præter hanc nequit assignari &c. manet namque natura in continua circulatione, & motu, nam vi caloris è subtus attenuata sursum ascendunt, & ibi à mediæ regionis frigore reiecta, & à calore alia resoluta descendunt, iterum à calore in sublime euehuntur, & à frigore repelluntur, & deorsum descendunt, quod totum per artem communiter obseruatur in vasis circulatorijs.

Formalis causa metheororum non distinguitur à forma elementorum, sic exhalatio terræ non distinguitur à forma terræ, neq; vapor à terra, sed ob diuersa accidentia, quæ habent admixta diuersificantur; ideoque dicuntur mixta imperfecta; mixta quidem quia varijs constant accidentibus imperfecta, quia non habent tertiam formam distinctam ab elementis, sicuti habent mixta perfecta. Ratio totius est quia experientia videmus prædictas exhalationes, & vapores facillimè in aquam, & terram conuerti, quod non contingeret, si haberent formam mixti distinctam, sic aqua in media aeris regione statim se ad pristinam frigiditatem deducit, & humiditatem; Item terra à contrario reiecta se reducit in pristinum, & deinde per solam accidentium variationem omnia saluari possunt. Tum quia eosdem producunt effectus & proprietates habent ac ipsa elementa.

Finalis metheororum causa multiplex assignatur, si enim metheora in communi considerantur habent aerem expurgare, reprimere ignis, ac Solis actiuitatem, ad prædicenda multa futura diuino beneplacito, vt communiter obseruatur de Cometis, Iride, pare-

Non distin-
guitur à
forma ele-
mentorū.

Metheoro-
rum fines
uarij.

lijs, &c. & alijs Meteoris, quæ futura aliqua memorabilia ostenderunt, voluit namq; Dominus Trinitatis Myſterium, cum vnitatem figurare, & ſub Solis tribus parelijs patefecit. Tres enim vidit (

) & vnum adorauit, .ſ. Dei vnitatem cum perſonarum multiplicitate. Vix vnus apparuit Cometa, quod ſuum non habuit prognosticum, vt infra, & ad quot ſanè non inſeruit pluuia, & ventus quibus expurgatur aer, ſimul atq; quam pluribus ignitæ inſeruiunt impreſſiones.

Efficiens cauſa meteororum communiter aſſignatur calor, & frigus, humiditas, & ſiccitas (quas etiam actiuas diximus) ac proinde cauſæ innumerabiles ſunt, aqua, .ſ. terra, aer, ignis, Sol, planetæ, aliaq; ſydera mediantibus hiſce qualitatibus, & aliquando immediate Deus ob reconditos fines illa produciens. De Cœlis oſtendit Ariſtoteles hoc lib. 1. dicens oportere inferiora hæc elementa, ſeu Mundum inferiorem cœleſtibus corporibus eſſe contiguum, vt inde omniſeius virtus gubernetur, & regatur. Nec ita facile tibi perſuadeas cœlos in inferiora non influere, vt temerarie à quibuſdam indoctis continuo eluduntur, & irridentur Aſtologi, de quo in Philoſophia Aſtologica.

Quæ cauſa
efficiens il-
lorum.

Loca me-
teororum
diuerſa.

Meteororum loca varia præcipuè terra, aqua, & aer, quod patet, quia terra de ſe licet ſit ſicca, & frigida, varias tamen poteſt qualitates accipere ipſam attenuantes, & leuificantes, ratione quarum qualitatum in aliquibus partibus promptior eſt ad illas impreſſiones, quam in alijs, ſic in aliquibus partibus plures terræmotus, in alijs plures Solis parelij, plures viſiones armati exercitus &c. eſt enim terra cauernofa, fungoſa, ſolida, concreta, vliginoſa, ſulphurea, bituminofa; & vbi cauernofa ibi terræmotus, vbi ſulphurea ignes, vt in Veſuuiſio, & Aethna, & alibi; vbi vliginoſa, & humida fontes, Item alibi Mineræ ſulphuris, alibi aquæ ebullientes, & fetidæ, & diuerſiſſimos produciunt effectus, quorum partem mirabiliorem vidi in Ciuitate Puteoli &c.


De aqua etiam patet, nam licet humida, & frigida, varias tamen ſubit affectiones, hic enim calida, ibi frigidiffima, hic dulcis, ibi falſa, nitroſa, aluminofa, ſulphurea; imperfectum ſpirans odorem, vt in lacu auerno, & alibi ratione qualitatum admixtarum, habent vnā, alibi aliam virtutem, ſic Romæ aqua acetofa virtutem habet relaxandi corpus, & Puteoli curandi multos morbos, Lucae

pro soluendo lapide in vesica, & balnea Sancti Cassiani procurandis alijs infirmitatibus.

De aere manifesta patet experientia. Metheora enim proprie dicuntur, quæ in sublimi fiunt, nam licet aer calidus sit, & humidus, varias tamen ob qualitates in se receptas, vel reflexione caloris Solaris, vel à parte superiori calore ambiente varios producit effectus; in regione infima fiunt impressiones humidæ, ut ros, glacies, & pruina, & multæ impressiones ignitæ, in secunda frigidæ grandines, niues, nubes &c. in tertia ignitæ aliæ impressiones, de quibus infra in particulari.

Portenta, seu Meteororum prodigia, quædam sunt naturalia, seu naturales habent causas, quædam non, aliqua vtraque ex causa significant, sic cometæ naturales habent causas, quia cum sint exhalationes accensæ calidos, & siccos inducunt morbos, aerem inficiunt, quo infecto animalium adhuc corpora inficiuntur, biliq; accenso præcipue in delicatis, inde excitatur ira, ex hac vindicta, & ad istam sequitur bellum, insuper ex diuino beneplacito significant ad futurum aliquod ostendendum, & sic dum videntur armati exercitus in aere cū curribus &c. ut pluries visum fuisse, præcipue apud Turrim legitur, hæc naturalibus causis non putantur facta, sed ex solo Dei beneplacito, ministerio Angelorum, vel Dæmonum; sic enim narratur Augusti tempore apparuisse in sublimi aureum Circulum fulgentem, in cuius medio erat Virgo puerum gestans, quæ Beatam Virginem cum Christo Domino in orbe regnatos significabat, ex quo circulo vox audita est supra Cameram, in qua Sibilla manebat, hæc est Ara Coeli, ex quo Romæ Templum fuit constructum, quod in præsentem Ara Coeli nuncupatur; ac multa alia accidere solent prodigia in morte Magni Principis, Regis, Pontificis &c. In Octauiano bello calamitatum pronuncius fuit Cometa &c. sanguinis pluuia ante Castellum Ciuitatis Vestarum in Apulia habita, post paucos dies terræmotu corruit cum maiori parte Ciuitatis, & de singulorum impressionum prodigijs sigillatim infra.

Significata
methero-
rū alia na-
turalia, alia
diuine ex
placito.



P A R S P R I M A.

De Metheoris Igneis.

Vidimus enim supra ignis naturam, & proprietates, nunc ad ignea explicanda descendimus Metheora; pro his autem, sciendum exhalationes omnes terreas, ex quibus ignitæ fiunt impressiones, igniri agitatione propria, & motu, vel à particulis igneis decidentibus ab igne elementari, vt multi tenent, vel à Deo, vt auctore naturæ disposita materia per antiparistatim intenso calore ad præsentiam frigoris circundantis, vel è contra, vel à vi siderum occulta, præcipuè à Marte, & Sole, & stellis fixis naturæ istarum. Impressiones ignitæ variæ, vt sigillatim infra. Differunt impressiones istæ varias ob causas, magnitudine, figura, loco, motu, colore, & tempore, magnitudine, quia aliæ parvæ, aliæ magnæ; figura, quia aliæ rotundæ, aliæ quadræ, aliæ ad instar columnæ, & alijs modis, licet aliquando quæ angulosæ sunt ratione distantiae variæ appareant, vt obseruatur etiam ob distantiam de Stellis, quæ nostris sensibus aliter apparent, ac sunt, vt per perspicilla maxima videntur figura diuersa. Colore nam rubeæ, aliæ subobscuræ, aliæ purpureæ, aliæ lucentes &c. Motu nam alia mouentur motu Cœlorum, vel ignis, alia motu proprio, aliæ in orbem, aliæ deorsum, dum nubes frigida occurrens deorsum pellit, aliæ deorsum, aliæ sinistrorsum ratione nubium frigidarum impellentium, aliæ transversaliter; qui motus causatur ratione motuū dextrorsum, & sinistrorsum oppugnantium, aliæ incedunt tardo motu vt Cometæ sursum, vel deorsum, aliæ velociter vt sidera cadentia &c.

Differunt
inter se ex
diuersis
causis me-
theora.

Loco, nam alia fiunt in suprema regione, vt Cometæ Fulgura, & coruscationes in media regione, aliæ in infima, vt sunt candelæ ambulantes, seu lampades accensæ, aliæ in terra vt flammæ discurrentes, & faces accensæ in Cemeterijs, & patibulis mortuorum; aliæ in mari, vt Helena, Castor, & Pollux super naues adhærentes.

Tempore, nam aliæ in nocte, quia diei calor dissoluit exhalationes, vel forsitan si fiant non videntur ob lumen Solis, aliæ die vt accidit tempore Senecæ, regnante Nerone, & anno 1649. vidi ego de die Licij capras saltantes, aliæ fiunt Autumno, aliæ in alijs temporibus anni, Item aliæ magis durant, aliæ statim euanescent ob

ma-

maiolem copiam materiae ascendentis, vel minorem, vt de singulis infra apparebit. Quoniam autem inter ignitas impressiones aliqui viam lacteam enumerarunt, ac quoniam a nobis magis, ac continuo hæc visu percipitur, de hoc circulo, seu via erit.

CAPVT PRIMVM.

De lacteo Circulo.

Albicans ille circulus continuò in Cœlo conspectus cõmuniter lactea via, ab Aristotele verò Galaxia nuncupatus circa polum australem mirificè lucefcens; ille est, qui in Cœli girum extenditur, totumq; Cœlum cingens voluitur vsq; ad polos Eclipticæ, & transiper Equinoctialem, & Zodiacum in signis Gemini, & Sagittarij. Non æqualis, sed obliquatus varijsq; circumflexus modis, in qua via plures Stellarum imagines positæ cernuntur, semperq; eiusdem est quantitatis figuræ, & candoris, & cum firmamento motu inuariabilis obseruatus.

Circa hanc quid sit multa huc vsq; dicta leguntur, fabulati namq; sunt veteres albicantem illam viam lac esse lunonis Mercurij expressum ore. Quidam esse adustionem factam per lapsum Stellarum ob casum Phætonis. Alij esse viam animarum Heroum ad Cœlum. Putarunt nonnulli esse veluti quandam saldaturam argenteam, qua colligatur Cœlum in Sphæram, quod putarunt esse diuisum in duas partes, tanquam in duas scutellas. Quo ad rei tamen veritatem tres extant sententiæ philosophorum.

Prima fuit Pythagoræ opinantis Circulum lacteum esse adustionem factam per motum, & cursum Solis in eam partem versus, quam cernitur via lactea.

Sed reiicitur primo, quia sequeretur eodem modo Zodiacum radiatum esse semper, quia semper per illam transit Sol, quod patet esse falsum.

Secunda est Hipocratis dicentis esse refractionem oculi in illis partibus, in quibus cernitur lac ad Solem, quæ sententia ita explicatur, esse scilicet reflexionem Solis, & astrorum ad supremam partem aeris; non aliter, ac supra terram reflectit Sol, vel in speculo, vel dicunt esse reflexionem Solis in astra solida, in quæ impingit lumen Solis.

Sed

Proponuntur, & confutantur sententiæ de Galaxia.

Sed impugnatur; nam in primis aer, cum non sit corpus densum, sed fluibile, carens denso externo terminante reflectere non potest; Deinde Sol in Zodiaco mutatur secundum situm, ergo etiam illa reflexio deberet mutari, quia mutato corpore radios emittēte, mutatur & reflexio; & sic deberet mutari lacteus circulus, cum tamen illum semper eundem situm in astris retinere videamus. Denique quia cum in visione reflexa angulus reflexionis æqualis sit angulo incidentiæ, Sol non apparet semper in eadem parte viæ lacteæ, quia non semper in eodem est cum ea aspectu, ergo &c.

Tertia sententia tribuitur Aristoteli dicenti eandem esse materiam circuli lactei, ac cometarum, & sic dicunt materiam illam esse exhalationem siccam, & calidam, quæ attrahitur à stellarum vi in suprema regione in eo loco, ubi via lactea videtur, & à talibus stellis frequentibus semper attrahuntur, & accēduntur dictæ exhalationes, idcoq; faciunt apparere circulum illum propter accensionem illius materiæ; vel si non accenduntur ob reflexionem stellarum in dictas exhalationes lumen apparere; non aliter ac ob reflexionem Solis, Lunæ, & aliorum syderum, vel per penetrationem radiorum, aut refractionem Iridem, vel coronam circa ipsos dicunt apparere, & quoniam illæ stellulæ attrahentes vicinissimæ, & propinquissimæ sunt (esto quælibet suam propriam faciat coronā) vnus tamen circulus, & corona videtur omnium, quia ob propinquitatem coronæ illæ paruulæ confunduntur, & licet stellæ alicubi sint distantes, quia tamen maiorem faciunt coronam, adhuc coronæ istæ possunt confundi, fingit namq; Aristoteles in firmamento circulum quemdam dictum Sporadeum (quia stellæ illæ nullam retinent formam animalis, vt reliquæ stellæ, sed ibi sunt sine figura disseminatæ) stellis plenum, in quibus virtus est semper eadem, & æqualis; idcirco semper æqualiter exhalationes attrahunt, quæ illuminatæ, vel accensæ faciunt illum colorem, quem circulum lacteum vocamus, vt clarè potest inspicere in præsentī circulo, circulus .n. C. & B. supponit circulum Sporadeum plenum Stellis, punctum A. terram exhalantem, circulus P. & D. exhalationes attractas in aere consistentes accensas, aut illuminatas à sideribus Sporadei.

Sententia
Aristotelis
quod sit ex
materia ex-
halationis
non omni-
nò impro-
babilis.


Hinc ipsi soluunt alias difficultates contra hoc principium, primo enim dicunt non admirandum si ex terra, tam parua comparatione circuli lactei possint tantæ ascendere exhalationes, ad illum effor-

man-

mandum circulum; primo quia exhalationes ille vt faciant illud lumen non requiritur si in maxima sint quantitate, nam cum essent contiguæ, lumen vnius augeret lumen alterius, & essent sparſæ; sicut nec miramur dum minimum lignum viride totam domum fumo implere conspiciamus, & deindè ratione reflexionis lumen apparet maius, quod si videmus aliquando totum aerem nubibus sparsum, possumus etiam continuò vnum tantum illum circulum videre in aere persistentem, est enim terra vt dixi in continua circulatione, & ex illis exhalationibus si accenduntur aliæ descendunt, & conuertuntur in ignem vel aerem, iterum conuersæ conuertuntur in terram, & ascendunt, & sic semper ministrari potest materia vt videatur, & maneat ille circulus.

Vel Conformiter ad principium Aristotelicum vt melius euitarentur omnes difficultates, & magis veritati conformemur dicerem ex exhalationibus omnes sursum vi Solis Planetarū, aliarumq; stellarum attractis (stante cælorum fluiditate ob Astrologicas observationes de Cometis quorum multi obseruati sunt peruenisse ad Cælum Iouis, Solis, & Martis, & hoc anno 1653. cometa visus obseruatus est peruenisse ad Cælum Martis, vt notauit in pluribus Tico, & in hoc anno P. Grimaldus, & Doctor Cassinus sapientissimi Mathematici, ac Illustris. Cornelius Maluaticeus hic Bononiæ) aliquas accensas, vel non accensas, vel partes subtiliores veluti cineres illarum exhalationum, & tenuissimas post combustionem factam omni destitutas humore manentes, & consequenter incombustibiles, ibi à Magnetica illorum syderū Sporadei vi ad firmamenti fines attrahi, & quidem tot non plures, (non enim videtur absurdum dicere in syderibus adesse limitatam vim attractiuam, sicuti magnes paruus paruum attrahit ferum, & non plus) & in girum sparſis in illas reflectunt astra, & candorem illum producant; ac proinde iuxta luminis reflectentis quantitatem, qui æqualis est, æqualiter videri, & ad motum firmamenti cum quo Sporadeus mouetur ipsum exhalationum circulum ad motum suæ causæ, scilicet stellarum moueri, sicuti obseruatur Cometas, qui peruenierunt ad Cælum Solis motum æqualem cum Sole fecisse, & qui ad Cælum Martis cum Marte æqualem, ita exhalationes quæ ad firmamentum, & vi syderum, ibi peruenierunt moueri motu illi æquali, & stantè hac opinione ponitur exhalationum illuminatarum apud firmamentum circulus

P. & O. non in aere vt prius dictum qui ſit F. & D. & hinc eſt circulum lacteum parallaxin non facere, cum exhalationes ille ſint in firmamento, in quo non datur parallaxis, & ſicut Halo nullam patitur diuerſitatē aſpectus, quamuis diuerſis ex locis aſpiciatur, ſed ſēper ubiq; videtur circa eandem ſtellam, ita & lactea via non patitur diuerſitatem, cum eodem modo fiat. Hinc ſenſus, quo percipitur



illa ſtellarum multitudo, (vt obſervatur Tubo perſpicillo) non negatur, & verē conceditur illa ſtellarum multitudo, ſed has pono tanquam cauſas effectiuas Galaxiæ non materialem. Opinio Aristo-

Statuitur
eſſe combi-
nationem
ſtellarum
minutarum
lucentium.

telis ita explicata æquidem non tam facilē impoſſibilis reputatur figurari. Sed ne videar ego à communi recenſiorum ſententia recedere. Sequor opinionem dicentium viam lacteam eſſe combinationem minutiffimarum ſtellarum poſitarum in ea firmamenti parte, in qua inſpicitur, & propter paruum ipſorum lumen vnitum tamen, albicantē illum generare colorē, quæ via lactea dicitur, ſicuti à longē plures vnitæ, lucernæ vnum oculis oſtendunt lumen. Et ſicuti nos maculas illas Cœli candidas, quas nebulofas ſtellas vocamus (vt in Capricorno, & Sagittario paſſim, & alibi cernuntur) ſi tubo diſtinctē aſpiciamus non maculas eſſe, aut nubeculas obſeruamus, ſed multitudinem paruiffimarum ſtellarum, quæ ob diſtantiā cū nequeant videri, hinc eſt quod referunt formam nubeculæ, quod illæ autem non videantur alborem inducere, ſicuti iſtæ, quæ ſunt in lactea, prouenit primo, quia cum ſtellæ diuerſæ ſint temperamenti, aliæ enim plumbeæ, aliæ rutilantes, aliæ argenteæ iuxta naturam planetarum, quam induunt, idēo varios etiam induunt colores, & quidem quæ argenteæ nubeculam veluti pallidam, quæ nigre obſcuram, quæ rutilę ſubrubeam, quam diuerſitatem etiam colorum in planetis obſeruamus. Vel quia ſtellæ paruæ nebulofas cōponentes raræ ſunt, idcirco earum lumen in ſe paruum, & non vnitum, vt poſſit vigorari, nubis refert formam. In lactea autem ob vicinitatem, & ſtellulæ illæ ob experientiam maior ſaltem pars albicantis coloris exiſtentes, lactis referunt formā &c. Tum quia per hanc opi-

nionem

nionem vitantur omnes difficultates, & de Cœlorum fluiditate, & incredibile sensu saltem videtur tantam exhalationum copiam posse ibi, tam in altum ascendere.

Præterea absq; vlla necessitate multiplicatur ibi illa exhalationum copia, cum sufficientissimè candor ille à solis syderibus prouenire possit, esto vt dixi non sit impossibile aliter fieri.

Quod autem circulus ille alibi videatur latior, alibi strictior, item alibi clarior, alibi obscurior. Hoc prouenit, quia partes ille non vbiq; eandem retinent raritatem, & densitatem, & ideo alibi videntur densiores, alibi rariores, & licet inæqualis sit circulus ille in latitudine, hoc admiratione veritatem confirmat. Quomodo scilicet cum inæqualitate ista semper æqualiter perseueret &c. & inuariat &c. Motum ipsius circuli dicimus vniformem esse, & ad motum primi mobilis, in quo sunt stellæ ipsæ. Et iuxta Ptholomei placitum singulis centum annis vnum gradum conficere &c. Deniq; Galileus suo Tubo optico exactissimè obseruauit lucem illam in via lactea esse infinitam penè stellarum multitudinem, & cum in hac re maior danda sit fides Astronomis, qua Aristoteli, forsan parum in Astronomicis versato, amplectēda est vltima hæc opinio, non damnata totaliter Aristotelica pro impossibili &c.

Cur alibi
latior, alibi
strictior.

C A P V T S E C V N D V M.

De Cometis.

Cometarum dilucidatio maiori indiget studio cæteris igneis, cum experientia quotidiana videamus esse magnorum significantores euentuum. Circa Cometarum materiam relictis, quæ fabulosè cecinere Poetæ, scilicet esse Heroum animas, & alia &c. deuenio ad philosophicas opiniones, non omni carentes improbabilitate, & illas propositas impugnabo.

Prima est asserētium Cometā esse concursum planetarum in vnū, ita vt videātur facere stellam cum Canda, ex quo fit vt ex vario ipsorum concursu in vnum, modo hanc, modo illam figuram efficiant.

Impugnatur tamen opinio hæc; primo, quia eodem tempore, quo planetæ obseruati sunt supra terram apparere distincti, visus adhuc est Cometa, & è contra coniuncti visi sunt Planetæ, at non tunc visi

Non semper est cō-
cursus pla-
netarum,
sed potest
esse.

sunt Cometæ. Item Planetæ nō exeunt a Zodiaco, & Tropicis, Cometæ autem videntur in alijs Cœli regionibus. Insuper versus occidentem visus est Cometa ita dissolui, vt nihil ipsius remanserit, planetæ autem semper manent. Præterea planetarum coniunctio breui tempore, Cometæ autem per dies, menses, & annos durant vt infra; deinde Cometę apparere deberent tempore determinato, sicuti accidit planetarum concursus, Cometæ autem temporibus indeterminatis accidunt, demum Cometæ obseruati sunt, sæpius Luna inferiores, ergo non sunt ex cœlestium coniunctione, quia deberent videri supra Lunam.

Hoc quidem vnum possem dicere cōcursum planetarū in vnum, vel stellarum posse Cometam inducere crinitum, vel caudatum iuxta planetarum situm, quæ talem figuram facerent, loquendo tamen de illis, qui supra Lunam obseruantur. At omnes Cometæ ita esse, sustineri non potest ob rationes adductas. Quæ ex super lunarium concursu contingunt determinato tempore accidunt, cum determinatus, & certus sit cœlestium motus, non sic quæ ex materia exhalationum, licet etiam quando isti futuri sint, possint ex quorūdam syderum obseruationibus, & aspectibus sciri, vt infra docebo, cum de Astrologicis.

Dixerunt alij Cometam esse vnā ex stellis errantibus, quæ determinato tempore habet apparere, dum scilicet à Sole recedit, dum autem Solem comitatur, non videri ob combustionem Solis, seu ob occultantem Solis lucem.

Nō est vna
ex stellis er-
rantibus.

Impugnatur tamen quia hinc sequeretur eodem tempore non posse simul duos Cometæ apparere, cum per aduersarios vna tantum sit ista stella, cuius contrarium testatur Aristoteles lib. I. cap. I. & à Scaligero exercitatione 70. in Card. alter matutinus, alter vespertinus diuersis diebus, cum diuersa latitudine, & figura obseruati fuere; secundo quia omnes stellæ errantes obseruatæ sunt moueri sub Zodiaco, Cometæ autem exeunt extra Zodiacum; tertio quia ista stella errans non potest esse vna ex Planetis (præter quos aliæ errantes per tot sæcula ab Astronomis non sunt obseruatæ) quia isti visi sunt omnes in diuersis locis, in quibus non erat Cometa. Neque ex fixis firmamenti, quia sicuti reliquæ omnes firmamenti videntur, ita semper videretur ista, deinde cum Solis motus determinatus sit accessus, & recessus huius stellæ ab ipso determinato tempore deberet

beret contingere, quod non experimur.

Opinati sunt alij fieri Cometas ex cōmixtione ad inuicem quarundam partium Cœlestium lucidarum, quæ taliter dispositæ talem habent figuram, & quia aliæ accedunt, aliæ recedunt, ideò Cometæ nunc hanc, nunc illam retinent formam. Insuper quia aliquæ Cœli partes succedunt ab Oriente, vel Occidente, hinc nunc versus hanc, nunc versus illam partem ostendunt Crines, & mouentur tales Cometæ iuxta motum illarum partium, vel versus illam partē versus quam succedūt aliæ partes, itaut dicantur moueri quasi per agenerationem, seu per aduentum vnius partis Cœli, post aliam, ad quam totaliter recessum dissoluitur Cometa. Hæc autem partium Cœlestium successio, quia determinato tempore accidit, hinc est quod etiam illi Cometæ determinato tempore accidant, at quoniam hæc partium successio à nobis ignoratur, ideò tales Cometæ, quo tempore futuri sint ignorantur.

Potest esse ex cōmixtione cœlestium partium.

Opinio insuper ista posset aliquam habere probabilitatem in aliquibus Cometis, non autem in omnibus, quorum multi vt dixi obseruati sunt esse sub Luna.

Non è improbabile esse ex materia cœlesti.

Alia sententia adscribitur quibusdam alijs recensioribus (contra quos exactè scripsit scientiarum omnium lumen Claramontius) putantibus Cœlos corruptibiles esse, & continuo ex ipsis metheora insuper lunaribus apparere, & alij dixerunt esse sudorem, & halitum quemdam vntuosum ex corporibus Cœlestibus euaporatum accensum, aut illustratum.

At stante cœlestium corporum incorruptibilitate, quæ communiter à Philosophis est recepta, opinio ista subsistere non potest, & ex, alia parte nō habent argumentum ad probandam suam sententiam, cæterum quia improbabile non est Cœlos corruptibiles esse, nec improbabilis existimanda est hæc opinio, quapropter cū communiori concludendum est Cometarum materiam esse sublunare, hoc est exhalationem viscosam accensam, aut agitatione, vel à syderibus, præcipuè Marte, & Sole, aut Stellis de natura ipsorum. Patet hoc primo ob communiolem sensum philosophorum ita sentientium, secundo quia per hoc benè saluatur quomodo Cometæ possint in sublunari regione conspici, & ob Cœlorum fluibilitatem sursum ascendere, item dissolui, apparere plures simul, moueri tam velociter quæ omnia fieri nō possent per Cometas superlunares, &

vitan-

vitantur facile omnes difficultates tam graues opinionum aliarum supra propositarum. Circa materiam Cometarum plura hic addere nolo, cum sufficientissimè dilucidatum hoc sit à Claramontio, PP. Mastrio, & Belluto, & alijs.

C A P V T T E R T I V M

De Cometarum speciebus.

Colore, Loco, Tempore, Motu, & significatis vniuscuiusq; figura, & diuersitate inter se.

Tempus
Cometarū
indetermi-
natū quan-
do appare-
ant.

Circa Cometarum tempus determinatum non est quando acci-
dant, aliqui enim videntur in æstate, aliqui autumnō, alij hye-
me, alij vere, sic enim teste Aristotele imperante Hathenis Hercule
mense Ianuario Cometam dicitur apparuisse, & præsentī anno quo
hæc scribo obseruatus est Cometa visus à die 17. Decembris 1652.
vsq; ad 12. Ianuarij 1653. 1618. tres apparuerunt, primus admo-
dum obscurus mense Augusti. Secundus Mense Nouembris finē
cauda nec Mensem excessit. Tertius eodem Mense cum capite, &
cauda, & vsq; ad Ianuariū durauit. Duos apparuisse testatur Aristot-
eles dicens sæpius accidisse, & frequens hoc esse dicit, propter
quod docet, quod quando crebri, & multi apparent Cometæ, sicci,
& ventosi fiunt anni.

Scaliger exerc. 79. duos se vidisse narrat, alterum matutinum, al-
terum vespertinum, omne igitur tempus proportionatum est pro
Cometis, esto omnes in hoc conueniant, autumnum, & ver magis
proportionata esse, quia æstate exhalationes ascendentes facile So-
lis calore dissoluuntur; & hyeme ob frigus sursum ascendere non
permittuntur, sed concrelescunt frigore. De Cometarum tempore
an scilicet aliquo anno futuri sint Cometæ, ita prædicunt Astrologi,
cum Mars est Dominus anni, & præcipuè si in signis ærcis, vel ea
aspiciat, vel insuper Luna si sit impedita. Item si Mars in Eclipsi
præcedente reuolutionem anni, vel quartæ alicuius, vel in aliqua
coniunctione magna dominium habet, Cometæ eo anno sentien-
tur. Item Saturnus, & Mars cum Mercurio in aliqua Eclipsi Solis,
Lunæ, vel planetarum ambo luminaria in fausto aspectu videant,

pro-

producantur Cometæ, quod pluries expertum est.

Duratio Cometarum incerta alij enim magis, alij minus iuxta maiorem materiã, vel acensionem maiorem, vel minorem ignis depascentis. Tempus breuissimum quo cernuntur septem dierum notatum est, longissimum 80. Seneca 6. mensium; cæterum narrat Ioseph lib. 7. de bello Iudaico cap. 44. ante excidium Urbis Hierosolymitanæ per integrum annum Cometam durasse, & lib. 27. Petrus Creusser horrendum vidit Cometam, qui horam cum quarta non pertransijt. Accensio Cometarum fit vel à motu rarefaciente, & calefaciente materiam, ad quam dispositam vel à Deo, vel alia causa æquiuoca introducitur forma ignis, vel ab aliquo fulgure vibrato in partem superiorem, dum nubes supra erumpuntur.

Quantum
duret Co-
meta.

Cometarum locus. Aristoteles ait frequentius generari extra tropicos, quia intrâ Solis, ac Stellarum motus, non solum congregat, & attrahit Cometarum materiam, sed congregatam dissipat. Visi sunt Cometæ in Cælo Lunæ. Hoc anno ad Cælum Martis peruenisse, & olim alios ad Cælum Iouis; fiunt communiter in suprema regione, quia Cometæ mouentur ab ortu in occasum, qui motus non pertingit ad mediam, & infimam aeris regionem, Item patet ex altitudine obseruata illorum quæ superat omnes montes, cum tamen media aeris regio sit infra montes aliquos, vt videbimus infra, & quidem in sublimi semper; nunc tamen in altiori, nunc in depressiori loco, nunc ad septentrionem, nunc ad austrum, & aliquando infra Tropicos solstitionum, & ille qui apparuit tempore Nicomachi versus æquinoctialem paucis diebus effulfit &c.

Cometæ
diuersis ge-
nerantur in
locis.

Circa figuram, magnitudinem, & colores, qui pro prognostico Cometarum maximè obseruandi sunt, varij esse solent; plures enim sunt albi, & argentei, alij rubri, alij fumidi, & obscuri, alij cærulei, alij minaces, quæ colorum diuersitas oritur ex diuersitate materiæ, vt apparet in flamma carbonis, paleæ, aquæ vitis &c. dum enim rarior est materia fit albus, dum densa niger, & obscurus. Cometæ aliquando videntur magni instar Solis, ac Lunæ, interdum astri, interdum maioris quantitatis, interdum ita exigui, vt vix spectari possint, vt Cometa huius anni circa 12. Ianuarij 1653. vix poterat discerni. Quo ad figuram Cometarum, Cometa dicitur quasi Stella Comata, & pro comæ varietate distinguuntur; nam si per totum girum coma diffunditur, dicitur Cometa crinitus, si versus vnam par-

Colores va-
rij Come-
tarum.

tem,

tem, dicitur barbatus, si versus vnā partē cum notabili longitudine, dicitur caudatus, ex qua autem causa proueniat barba, ac cauda in Cometa, dicam prouenire ex exhalationibus leuioribus, versus illam partē dispositis, & accensis, quæ ob sui leuitatem, & raritatem causant albicantem colorem (vel si non sunt accensæ) illustratis à radijs Solis, propter quod lumen emittunt, & ideo semper videmus maiorem partē Cometarum habere Caudam Soli oppositam, cæterum non tantum ex illustratione euenire potest, quia sic non daretur Cometa Crinitus ex omni parte, quia iste non potest fieri ex reflexione luminis, vt speculanti patet &c.

Indicant
diuersa ma-
la.



Cometa

De Generali Cometarum prognostico in primis falsum est Cometæ absolute semper mali aliquod portendere, si enim alicui malum significant, alteri bonum denuntiant, quia priuatio regni alicuius Regis, est augmentum, & bonum alterius illud regnum acquirentis. Item in multis Cometis obseruatum est bonum indicasse, vt infra ostendo, at quoniam maior pars Cometarum malum denuntiat, idcirco malefici appellatur Cometæ, quia nunquā

regni alicuius accidit destructio, aut mors Magnorum, quin antea per Cometam fuerint prænuntiata; Quot sanè non prædixit mala Cometa anni 1618. qui & mortem prædixit Imperatoris, & omnia ista bella, quæ in Italia, Germania, Gallia, Hispania, & tota Europa vigent adhuc. Item tot pestes, de quibus malis adhuc ingemiscit Europa. Sub Mauritio item Imperatore alius fuit Cometa dictus Xiphias à forma ensis, quam habebat, & eo tempore Padua combusta fuit à Longobardis, & Roma obsessa ab Agilulfo rege Longobardorum, & à Saracenis Sicilia passa multa mala fuit, & tunc infamis ortus Maumehti accidit.

Indicant Elementares Cometæ Siccitatem, quia vaporum copia sursum ascendēs inferiora hæc arida relinquit, propter quod exsiccatio fluminum sequitur, ac fontium. Insuper ventos inducunt, quia exhalationum copia sursum elata cum non tota ob tenuitatem magnam sit combustibilis, subtilior pars in ventum abit, vnde narrat Aristoteles post cuiusdam Cometæ apparitionem tantum fuisse ventum,

tum, vt magnum lapidem sursum extulerit in nocte, & postea die claro cecideret in fluuios ægyptios. Inducit insuper famem, quia terra exhalationibus, & vaporibus pro Cometa sursum elatis spoliata, inepta redditur, vtpotè multum exsiccata generationi, & conseruationi plantarum, & magis illis tetraë partibus nocet, quibus multum officit siccitas, anno enim à Natali Domini 674. apparuit magnus Cometa in Oriente, & in Campania magnus mons ignem pluribus diebus eructauit, & per totam regionem fuit vredo magna, & 1472. apparuit horridus Cometa in regione Coloniae, & anno sequenti fuit æstas feruētissima, & siccitas inaudita, & 1506. obseruato Cometa sub quadam stella carri, tanta fuit siccitas in illo anno, vt per annum vix plueret. Ex hac etiam exhalationum accensione cum sint materia sulphurea, vel si eleuentur ex materia palustri venenosa sunt, aer infectatur, qui cum non valeat ad animalium respirationem, illa interficit, & morbos inducit, præcipuè qui habent causas calidas, & siccas. Nec quidem prædicat tantum mortem Regum, & Principum, sed etiam Plebeorum, cæterum ob maiorem delicaturam, & quia cibus delicatioribus facilius corruptibilibus vescuntur, hinc magis Principum, ac nobilium denuntiant mortem. Item qui veneri incumbunt, & qui ægrotantes sunt, quia ferre non valent infaustos Cometarum influxus; vel dicas simpliciter dici denotare mortem Principum, eo quia magis memorabilis est mors vnius Principis, quam viginti Plebeiorum; Dum Cometam in horoscopo, vel octaua domu tuæ figuræ videris, valde de occasu timendum esse, docet Ptolomeus.

Important etiam seditiones, & bella, quia tempore Cometæ aere calefacto per caliditatem in ipsum diffusam inflamantur spiritus vitales corporis, & dominatur bilis, proindè excitatur ira, inde vindicta, ex quo seditiones, & bella. Indicare etiam Cometæ solent pluuias, & quandoq; Cometæ tempore magna fuit pluuia, vel quia tunc Planetæ cum pluuiosis stellis insignis humidis manebant, vel quia calore Cometarum materia nubis dissoluitur in pluuiam. Item terræmotus, vt 1343. post apparitionem Cometæ in die conuersionis, Sancti Pauli magnus terræmotus Venetias concussit, & morbus fuit in tota Italia, quia spiritus ascendentes sursum non valentes exire ob actionem terræmotum inducunt.

Ex colorum, ac motus, & figuræ diuersitate Cometis naturam

Ex quo inter se Cometæ diuersificantur.

planetarum dedere Astrologi ex Ptolomeo, propter quod iuxta planetarum naturam Cometam dicunt prædicere. Sic ipsi varios distinguunt Cometas. Mars enim rutilanti splendet luce, & veluti accensi carbonis. Saturnus lumine splendet pallido, plumbeo, & lucido. Iuppiter aureo, & sic de reliquis, & ex hoc deduxerunt etiam sydera prout colore assimilantur naturam illius planetæ induere, sic enim Bootes naturam Iouis ob similitudinem coloris imitatur, spica Virginis naturam Veneris, & Martis. Arcturus naturam Martis, & Iouis, & omnia rubentia sydera dicuntur martialia; pallida, & plumbea Saturnina, si color fuerit varius Mercurialia, si roseus Venerea, si aureus Ioui alia; sic igitur antè prognosticum Cometarum prius colorem, & magnitudinem debemus considerare, & inde cuius naturæ sit colligere, & ex hac colorum, ac magnitudinis diuersitate variæ assignantur Cometarum species. Primus dicitur Verù, qui horrendus est propè Solem incedens de natura caudæ Draconis, prædicat defectum fructuum, mortem Regum, & eorum qui apti sunt Regimini; alter dicitur Asconè, vel Mercurialis, qui cæruleus est paruus, & longè caudatus, prædicat mortem Regum, ac diuitum, ventos, seditiones, & hæresim, & est admodum Cornu. Tertius dicitur Aurora, vel Matutinus de compleffione Martis coloris rubei, caudæ longè, sed non sicut Mercurialis, & cum in Occidente apparuerit depresso capite deorsum, prædicat famem magnam, combustiones, & bella.

Alius dicitur miles de natura Veneris, vel ab alijs nubes, magnus ad modum Lunæ in tergo crinitus cauda, admodum radij longi post se habent crines, & radios emittit coloris Lunæ, & prædicat mortem nobilium, & ignobilium, alter dicitur argenteos de natura Iouis habens radios velut purissimum argentum, qui habet caudam, in claritate superans omnes stellas, prædicat hic annos fertiles in regione vbi apparuerit, præcipuè si tunc iuppiter fuerit in Piscibus, Cancro, vel Scorpione.

Alter dicitur rosa, siue criseus coloris argentei auro mixti, habet rotunditatem, & humanam effigiè, ascribitur Soli, prædicat aduentum magnarum rerum, & obitum potentiorum.

Alius dicitur niger naturæ Saturni caudatus coloris cærulei tendentis ad plumbeum, & subnigrum, prædicat annum omnium lætalem, & maxime obitum multorum bipenibus, & gladijs.

Alius

Alius dicitur pertica oblongus quandoq; duos habens radios aliquantulum crassiores, & splendidiores de natura capitis Draconis, prædicit defectum annonæ, & alia.

Alter dicitur tenaculum emittens radium subcinericium, aliquando mittit duos radios coloris plumbei, quidam dicunt esse de natura Saturni, alij Martis (at quidquid sit de hoc) ipse tamen secundum omnes prædicit mortem popularium, defectum annonæ, & iacturam in viribus, & Regnis.

Super omnes obseruandi sunt illi, qui barbam, & caudam habent, an longa, vel brevis, & versus quam partem dirigatur ipsa cauda, quæ omnia iuxta planetarum naturam quam participant, significant.

Insuper consideranda sunt signa, in quibus Cometa apparet, & per quæ incedit, nam in aqueis ob affluentiam pluviæ importat sterilitatem, & pestem, & in terreis ob siccitatem sterilitatem, in aereis ventos inusitados, seditiones, & aliquando pestilentiam, in igneis bella, incendia, & æstus. Præterea si eo tempore, quo primum apparent erecta figura cælesti, & cognito signo in quo fuerit, consideretur esse in duodecima, aut octaua affert contagia, mortem popularium, pestem, & iacturam annonæ, in undecima mortes nobilium, in secunda (post Solem occidentem si fuerit) Regum mortes, in nona religionis iacturam. Insuper notent distinctè semper Cometam malum significare circa ea, quæ significat domus in qua fuerit in figura cælesti.

Consideranda sunt signa in quibus apparet Cometa, & quid significet in illis.

Uterius notatum est Cometam apparentem in Ariete significare bella, & mortes, Principis alicuius interitum, & aliquando incendium, notabilem siccitatem, capitis, & oculorum læsionem, & morbos, exaltationem vilium, & deiectionem nobilium, quia in Ariete exaltatur Sol, & domus est Martis.

In Tauro validos ventos, corruptionem annonæ, frigora, terræmotus, destructionem pecudum, & ruinas ædificiorum. In Geminis bellorum initia, ægritudines, & mortem præcipuè puerorum, & prægnantium ab ortum, auium interitum, famem, ventos, tonitrua, viuendi luxum, morum intemperantiam, Religionis contemptum, & Religiosorum perturbationem. In Cancro, bella, submersiones, viarum obfessiones, famem, pestem, Principis, vel hæredis Regni mortem. In Leone, bella cum cæde multorum (maximè in Oriente) Principum mortem, segetum destructionem à locustis, qua-

drupedum luem, & canum rabbiem. In Virgine, mercatoribus damna, iniustitias, vexationes, febres, præsertim in fæminis, & armorum strepitus, Principumq; cædes. In Libra nobilium mortem, proditones, iacturas mercium, penuriam pluuiæ, ventor, & terræ motus. In Scorpione contentiones inter Principes, inter populares, nobilium mortes, pericula prægnantium, & frugum corruptionem. In Sagittario nimiam austeritatem Principum in subditos, captiuitates, contumelias, & bella. In Capricorno bella rixas, Regum mortes, persecutiones hominum piorum, grandines, & nives, quod totum significat Cometa, licet non sit in Capricorno, dummodo sit de natura Saturni. In Aquario diuturna bella, mortem Regum, dissidium inter nobiles, aeris obscuritates, repentinas mortes, & pestem. In Piscibus contentionem magnam ob religionem, pericula in nauigatione, bella inter Reges, Ecclesiasticorum damna, dissidium inter Ciues, & inobedientiam plebis, quæ quidem denotat ob naturam, quam assumit à signo, in quo est, & a Domino illius.

Insuper Cometa apud Saturnum, quia naturam illius induit, significare dicitur pestem, proditones, sterilitatem, circa Iouem, legum mutationem, & Magnorum Ecclesiasticorum mortem. Iuxta Martem bella, iuxta Solem toti Orbi magnam cladem, iuxta Lunam inundationes, aliquando siccitates, iuxta Venerem Principum, ac Nobilium Mulierum mortem, iuxta Mercurium varia, & multa mala, iuxta Lyram deliciosas, & Nobilibus damna, iuxta Coronam, & in Tropiscis, ac æquinoctijs Regum, ac Principum interitum, iuxta Serpentes, & in Scorpione pestem. Iuxta trigonum æreum perniciem ingeniorum, in signis fixis terræ motus, iuxta caput Gorgonis, & figuras armatas, iuxta Andromadam, & Cassiopeiam seruitutes, & desolationes, iuxta Eridanum, & Argo inundationes, valde notabiles, aliquando siccitates, & ventos pariunt. Insuper notant Astrologi, quod si Cometa matutinus fuerit, & mane ante Solis ortum in parte orientali conspiciatur, dicunt significare mortem, vel destructionem, & molestiam magnam Regis, aut Principis illius Regionis, aut Ciuitatis, quæ subiecta est signo, in quo apparet Cometa, & hoc multo magis significat Cometa vespertinus, & si in occidente apparet. Catdanus tamen dicit Cometas maximè in oriente, significare ortum magni viri Legislatoris, in medio

medio Cœli præpotentis Regis in ea regione, quæ subijcitur signo Cometæ; raro verò significat hoc in occasu, & succedente, Cometæ immobiles ostendunt seditiones, mobiles verò bella ab externis. Item motus Cometarum extra ordinem signorum, ut si ex Geminis veniat ad Taurum, ut fuit Cometa huius anni 1653. importat mutationem legum, & statutorum, hostes item externos, & peregrinos; secundum verò successiones signorum v.g. à Geminis, ad Cancrum, importat bella Ciuilia, & seditiones internas. Si ab oriente in Septentrionem moveatur, adducit ex partibus orientis, vel pestem, vel legem, aut principem qui borealeam nationem perturbet. Si ad Austrum multas humiditates affert, & annonæ penuriam. Nocent insuper Cometæ illis partibus, versus quam dirigunt extremum caudæ, aut barbæ, quia ignis semper respicit minerale suum unde nascitur exhalatio, & quia versus illud radij influunt, quod respiciunt directe, & præcipue inquirunt Astrologi nocere Cometæ partibus illis, quibus perpendiculares fiunt; nocent etiam illis hominibus, quibus figura natiuitatis suæ concordat cum figura Cometæ, vel qui habent pro ascendente signum in quo est Cometa, si Cometa fuerit in ortu, vel signum medij Cæli, si Cometa fuerit in medio Cæli, vel septimæ si fuerit in occatu. Tempus quando accidunt effectus Cometarum sic non ignoratur, si Cometæ apparent in ortu, effectus erunt primis quatuor mensibus, si in medio Cæli secundis quatuor, si in occasu in vltimis quatuor &c. Si diu durat Cometa, diu durabunt effectus, si parum, parum durabunt, & magis, vel minus, stabilem statum significat in perturbatione quam afferunt iuxta maiorem durationem illius Cometæ &c. Miraculose autem plura significare obseruatum est, de quibus nulla assignatur regula, sed hæc tantum naturalibus ex causis important, quorum nec omnia vera crediderim, & si ita contigerunt, hoc tantum Diuino ex beneplacito fuit, cum naturaliter cum tot enarratis effectibus non iudicem Cometam connecti.

Cometæ
iuxta con-
iunctionem
cum plane-
tis, aut fi-
xis stellis
significatū
illorum re-
cipiunt.



CAPVT TERTIVM.

De Fulmine.

Materia
fulminis.

SVccedit fulmen Cometis, ut potè inter ignea metheora mirabile. Fulminis materia ex Aristotelis, & omnium sententia, est terrea exhalatio nō quomodocumq; sed crassa, & sulphurea evaporata è corporibus, quæ pars dicitur spiritosa, & spiritus sulphureus. Quoad loca. Quæ magis cretacea, minus fulminosa sunt, & materia fulminis accidentis in talibus partibus cretaceis esset illa, quam ex propinquieribus partibus ibi detulere venti cum nubibus, quæ materia agitatione, vel antiparistasi inæqualiter incensa intra nubem rarefacta excrefcit, & exire cupit, & clausam reperiens nubem illam frangit, & deorsum tendit cum impetu, & quia antequam exeat rarefacta mouetur, & hinc inde discurrit ad nubis latera, propterea ante fulmina præcedunt tonitrua, & etiam post fulmina in scissione nubis, sicuti patet à simili in pulvere tormentario infra bombardam. Vel accensio materiæ fulminum intra nubem oriri potest ex refractione radiorum Solis, qui transeunt per partes vaporum superiores, & ratione figuræ illorū ex refractione vniuntur radij, & intenduntur, ut ignem producant, præcipuè si materia est disposita, & ex vna particula accensa reliquæ vicinæ accenduntur, quæ accensio à simili potest intelligi in lente vitrea, in qua radij refracti vniuntur in puncto, in quo puncto posita materia accenditur, sicut in puncto reflexionis accenditur in Speculo Vstorio.

Fulminis, & fulguris materia eadem est, sed diuersitatem habent ratione raritatis, & densitatis materiæ, nam fulguris è magis rara, minusque consistens, & minori vehementia è nube vibrata, vnde per aerem dissipatur, & resoluitur, & ad terram non peruenit, at materia fulminis crassior est, ac magis consistens, ideoq; magno impetu è nube descendit, nec ab aere dissipatur, sed ad terram peruenit, propter quod dixit Seneca fulgur non aliud esse quam flammam futuram fulmen, si plus virtutis habuisset. Iuxta materiæ diuersitatem in qua includitur, & suam velocitatem, ac materiæ densitatem, & viscositatem diuersos sortitur effectus, nam quando egressum facile reperit, ut ipse retineri non possit lambit, & denigrat tantum

non

non consumit, & si tenuissimæ est materiæ, nec cum tanto impetu vibratum non tantum nocet.



Sciendum autem non omne fulmen lapidem continere, quia in primis non semper percutit cum vulnere, ut sæpè obseruatum est, nec esset adeò subtile, ut intima penetrare posset, ut multa fulmina nõ perueniunt in terram, sed per aerem dissoluantur. Cæterum si sit exhalatio viscosa benè decocta potest intrâ nubem concre- scere ut fiat lapis, qui vna cum fulmine nu- bis latera scindens, tanquã bombarbæ glo-

bus truditur. Quotiescunq; fulmina non penetrant, nec foramen faciunt, nec scindunt in duas partes, lapidem certū est non ferre, qui cuneus dicitur. Figura huius lapidis est ad modum linguæ, quia imitatur formā ignis à quo includebatur, & ignis intendebat illum depascere, & assimilare sibi, & quia vapor cum decoqueretur incli- nabat in eam partem &c. Aliquando ferreus, & etiam argentei co- loris visus est cuneus ille fulminis. Hoc fuit quia vapor ille, & exha- latio attracti fuerunt ex locis mineralibus, vel saltē commixti cum spiritibus metallicis, qui intrâ nubem vi caloris concocti fuerunt, & ratione seminalium spirituum, vel quia vapor, & exhalatio (ipsius materia) vergebant in naturam sulphuris, & argenti viui, & vi caloris incensi intra nubem depurati versi sunt in naturam argenti, aut fer- ri. Huiusmodi tamen argenteos, aut ferreos fulminis lapides exper- tum est non potuisse igne quantumuis fortissimo fundi, hoc accidit, quia calore, & fulminis igne attenuata, & consumpta fuit humidi- tas, qua destitutæ partes fusibiles non sunt, sed ruunt, ac desinunt in cineres. Mouetur motu irregularato, plerumq; obliquè, quia natura ignis, quam in se habet sursum mouet illud, vis qua à nubibus fuit deiectum deorsum pellit, & hac pugna durante media fertur via, & superato tandem igne deorsum tendit. Refert Plinius fulmen cum terram penetrat non plus, quam ad quinque pedes descendere, pro- pter quod pauidi profundis se cavitatibus abscondunt, & sub cella- rijs &c. Si autem exhalatio ex qua fit fulmen sit magis calida quam impetuosa comburit partes exteriores sine lesione partium interio- rum, quia propter modicum impetum moratur in partibus superfi- cia-

Quando fulmen la- pidem cō- tineat.

cialibus, & sic caliditas sine penetratione comburit pilos totius corporis sine ullo vulnere, si autem fuerit impetuosa, & corpora quibus occurrunt fuerint dura illa, franguntur à fulmine in minutas partes, aliquando percutiendo cum vulnere, & fissuris, ut patet in arboribus, & domibus; cum autem exhalatio illa æqualis est quo ad caliditatem & impetum, utrumque facit, scilicet & externa, & interna comburit &c.

Fulminum, aliud scendit, & diuidit, & foramen facit, & græcè dicitur Argeta, & hoc est valde subtile, & flammeum, & per angustissima intrat, secundum dissipat, ictu rumpit, at non perforat ob materiae crassitiem; græcè dicitur præster. Tertium vrit, & percutit, imprimitque notas, & græcè dicitur Psoloenta.

Alia insuper sunt clara, alia fumida, & hæc sunt ex natura sua magis crassa, non totaliter accensa, & densa, unde causatur color subobscurus, prima verò totum oppositum habent.

Fulminum effectus adeo mirabiles, ut miraculosi censeantur; primum admirabile est quomodo fulmina deorsum tendant, dixi provenire hoc primo ex impetu impresso à nubibus, secundo ex natura propria fulminis, cuius est ad ea, quæ magis resistunt accedere, & debellare superba; hinc quo res durior, magis conteritur ipso. Similis virtus est in pulvere auri, qui si super lignum, vel aes, aut alia ponatur (in quacunque minima quantitate sit) & accendatur igne deorsum tendit, & illa perforat instar fulminis, non sursum ascendit sicut pulvis factus ex nitro, carbone, & sulphure, & eadem virtus est in calce ferri. Cum igitur aer versus terram sit magis densus, idcirco ad illum acurrit expugnandum, aut dicas pie lector Dei nutu speciali fulmina è nubibus, tamquam iræ sagittas ex suo arcu eieculari in peccantium vindictam, aut emendationem; sic legimus fulmina è nubibus iaculatum esse ægyptios ferientia, & non lædentia Hæbreos. Ibunt directe (inquit Sapiens) emissiones fulgurum, & tamquam à benè curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum infiliunt; propter quod Metaphoricè sumendo. Fabulati sunt Gentiles Iouem in manu fulmina tenere, & iaculari in mortales &c. Mirabilia etiam de fulmine enarrantur in rebus vexandis, aliquando enim aurum, aes, argentum, & ferrum absumunt vaginis, & arcis illesis, huius autem ratio esse potest, ex diuersa natura spirituum quibus constat fulmen ipsum, quia cum ex qualibet re vi caloris auolent spiritus, ex mineris auolant sursum spiritus sulphuris

Virtus pul-
ueris auri,
& ferri.

phuris aluminis, vitrioli, aliorumq; salium, & isti omnes spiritus diuersam habeant naturam, ideo diuersos produciunt effectus, hinc si fulminis spiritus sulpharei sunt, ferrum liquabunt non vaginam, non præcise, quia ferrum est densius, sed quia virtus sulphuris est, ut tangens calefactum ferrum illud liquecat, si enim super ferrum calidum, ut supra dixi aliquantulum pulueris nitri, aut arsenici, & aliorum, quæ eiusdem naturæ sunt, proijciatur, in guttas ferrum cadit, & hinc etiam habes aurum, vel argentum in panno contenta, in tacto panno, & terico, quod prouenit ex virtute propria spirituum fulminis, quorum est aliqua consumere, alia verò non, sic borace, aut tale ammoniaco aurum, vel argentum fundimus facilius non alijs. Et tal ammoniacum ponendo super flammam, illud conuertimus in plumbum vitriolum supra ferrum, in colorem æris, & fumus, seu halitus euaporans ex partibus æqualibus simul plumbi, & flammæ dum liquantur, positus supra flammam cum mercurio vnitim fusa, & illa indurat, & dat colorem argenti, ut malleo quoq; resistat, quod ab alijs spiritibus non proueniet, est namq; in spiritibus vis quædam magnetica ad aliqua, non alia se extendens.

Virtus particularis
materia fulminis multa
causat diuersa

Albertus tractatu de Tonitruo cap. 22. docet per fulmen fractum esse dolium, & vinum concreuisse, & ita per tres dies mansisse, prouenit hoc, quia calor, exhalatione viscosa admixta, quæ coagulum secum habet, addensat exteriora vini, quibus addensatis, intra illas interiores partes, tanquam in corio inclusum manet vinum, quod ipse declarat exemplo, reperitur enim quædam herba dicta Pselium, de qua Dioscorides lib. 4. cap. 70. quæ si vino misceatur replet ipsum vinum humore quodam viscoso, quem humorem, si vinum calefiat, transmittit ad partes exteriores, sicq; vinum cooperitur veluti quadam crusta, qua vinum per aliquot dies cohibetur ne effluat, etiam fracto vase, quod etiam experimur in lacte, cui apposito pauco coagulo, coagulatur magna lactis quantitas, sicut è contra verò narrat Lucretius vinum a flumine fuisse consumptum illo dolio, prouenit hoc, quia partes dolij rariores locum dederunt fulmini ad introitum, & exitum, ut vinum consumeret. Insuper obiectum est venenata fulminis tactu venenum deposuisse, & quæ nihil veneni habebant fuisse venenata. Accidit hoc, quia in primis fulmen venenum exurit consumendo nocuam illam venenosam qualitatem, in secundis verò, in quibus illam non reperiit, sulphuream, & venen-

Quomodo
consumat
dolium in-
tacto vino,
& è contra.

nosam illam imprimit partem. Cæterum si in primis, adhuc relinqueret suam qualitatem sulphuream, veneno venenum adderet, & non tolleretur illud.

Aliquando fulmen ob suam debilitatem comburit tantum vestes, & pilos, intacta carne illis vnita. Hoc quia tunc solum sicciores consumit partes, & ob debilitatem suarum virium non potest carnem, quæ humidior, est peruadere; & propter hanc animalium humiditatem, quasi semper ipsa animalia fulminata non comburuntur. Cur autem potius altiora, quam ima contundat; rationem assignes hanc, quia scilicet fulmini oblique è sursum cadenti altiora prius opponuntur, passum reperiens proportionatum, agit in ipsum, suamque contra illud ostendit vim; vnde bene de scripto dici potest, parere subiectis, & debellare superbos.

Mirum etiam est, quod aliquando homines, & animalia interfecerit fulmen intactis, & incorruptis remanentibus corporibus. Hoc prouenire potest, quia estò sua velocitate maxima fulmen transferit, tamen suo calore nativum suffocauit animalis calorem, & exterminauit humidum naturale internum, & internum aerem, ac spiritus vitales sua pestifera qualitate venenauit, se insinuando per augustissimos animalis meatus.

Contingit etiam fulminata ita disparere, vt amplius nihil appareat ipsorum. Hoc prouenire potest, quia vehemèti fulminis calore, ac impetu non tantum interna, sed etiam externarum partium humiditas fuit consumpta, & corpus in cineres redactum, quibus cineribus à fulminis vehementia, & ventoso impetu, adhuc dispersis, nihil amplius corporis faciunt apparere. Vulnus à fulmine inflictum frigidissimum fit, quia in tactu fulminis, humidum vt contrarium fugeret, & se retirauit, & postea contrario remoto, vt suum fugeret contrarium ad quod se appropinquauit in interno, accurrit magna cum violentia ad suam iuuandam partem, cum siccum suum magneticè trahat humidum, vt commune est Chymicorum, & experientiae comprobatum dogma.

Aliquando fulmine occisi intumescunt, quia fulminis calor intras rarefacit parres corporis, vel quia relinquit partem materiae suæ, vel partem aeris, quæ fulmen antecedit, quæ partes maiorem occupant locum, & sic rarefaciunt, & ex hoc aere antecedente, non viso spiritu fulminis, mouentur mox fulminanda, & contremiscunt.

Fulminatos docet D. Thomas caput vertere contrà fulmen, pro-
uenit hoc, vel quia animal conatur fugere in aliam partem calorem
spiritus, quem sentit, & statim in eo situ à fulmine peruasum inter-
imitur, vel quia curiositate sentiens spiritum ex ea parte, vt videat
quid sit, se ad ipsum vertens statim in eo posito opprimitur. Vel quia
fulmen verberans ob vehementiam vertit fulminatum in partem
oppositam; sicut qui fortem alapam infligeret, faciem in alteram
partem faciet auertere.

Insuper observatum est dormientes fulminatos obijisse apertis
oculis, & vigilantes obijisse oculis clausis, hoc contingere potest,
quia dormiens metu auditi sibili antecedentis fulmen consurgit, &
oculos claudit, & in hac oculorum aperitione fulmine inualus perit,
e contrà verò vigilans metu sibili oculos claudit, & tunc immedia-
tè perit.

Antè fulmina præcedere solet ventus, quia impetu fulminis aer
intermedius mouetur, & ventum producit. Item antè fulmina præ-
cedunt tonitrua, quia non potest fulmen ad terram descendere, nisi
nubem frangeret, in qua erat inclusus, ad quam fractionem sequitur
tonitruum. Mirum præ cæteris est, quod sereno tempore fulmen
acciderit, cum fulmen generetur intra nubem.

Respondeo hoc miraculosè factum fuisse in alicuius vindictam,
materia statim disposita aut à Deo immediatè, aut Angelis. Vel di-
cendum est ibi ventorum vi à locis distantibus, nubilosis fuisse por-
tatum, quod in motu isto potuit durare ratione maioris crassitie
suæ materiae.

Fulminū tempus incertum, omni enim tempore, (sicuti Cometæ)
acciderunt, præcipuè autem accidunt autumnis, & vere propter ra-
tiones assignatas de Cometis, & propterea experimur terras illas,
quæ magis vernant, vt est Italia, esse magis fulminata, non sic in re-
gionibus frigidis, & siccis. Plura fulmina contingunt dum Sol est
in Saggittario, propter quod fabulati sunt Poetæ, tunc Iouem suas
vibrare sagittas.

Quæ à fulmine immunia censentur, ac præseruât, plura assignan-
tur. Communiter vociferatur laurum esse a fulmine immunem, pro-
pter quod inter lauros habitare solebant plures, ipsoq; coronare ca-
pita. Item Corallium, pellem vituli marini, & Aquilam propter
quod Iouis fulminigeram dixerunt. Hyacinthum etiam, item lapidem

fulminis, ferri quantitatem ſecum portatam, præcipuè ſi tempore fulminis aſpergatur aqua, ſicut etiam nec prægnantes fulmine læduntur, aut portantes fæminarum menſtruum. Verum hæc omnia cum nulla ſint innixa ratione, abſolutè credere non audeo, præcipuè qui a pluribus Hiſtoriographis hæc omnia fulminata narrantur. Quod ſi vera hæc eſſe contendis, rationem naturalem iſtorum effectuum ſufficientem non inuenio, ſed hoc ad propriam cuiuſque naturam refero. Quod autem pluſquam quinque pedes (eſtò alij dicant quinque paſſus) infra terram fulmen non perueniat. Accidit hoc, quia à terræ frigiditate poterit fulminis aſtuitas tantum debilitari, ut amplius non noceat ob diſtantiā a nube, à qua vibratur, ſicuti ad certum ſpatium, & non ulterius tranſit viſ fulminis artificialis emiſſi è bomba, aut ſclopō. Quædam ſunt alia fulmina, quæ dicuntur bruta, quæ tantum montes, & aquas feriunt abſque vlla læſione.

Naturæ æmulatricem artem, quam mirificè fulmina per ſimilitudinem, condant ſuis maius experitur vniuerſum in bombardis, & ſclopis, & quod tanto tempore fecit natura, ſtatim mirabiliter facit ars. Artificialium fulminum inventor varie aſſignatur, alij dicunt à quodam Chymico caſu accenſo nitroſo puluere intrā mortarium coopertum, impetu cooperculum auolaſſe, indeq; ſpeculantis artiſtis arte creuiſſe per ſectionem, & alij alia dixere. De modo conſtruendi huiuſmodi globos non diſſero, cum res ſit valdè communis. Modus autem componendi puluerem pro bombardis ſic communiter aſſignatur. Sulphuris partes 4. nitri 3. & carbonis, quæ omnia benè trita miſceantur, & fiat pulvis nimia contuſione. Pro ſclopis verò ſumuntur nitri partes 4. ſulphuris 3. & carbonis ex ſalice, aut auellanis 2. benè omnia miſceantur, & ad perfectiorem mixturam adhibeantur pro libris ſex iſtorum puluerum aquæ vitæ, aut aceti diſtillati vncias 2. & benè miſceantur in mortario.

Tota autem perfectio pulueris conſiſtit in purgatione ingredientium, præcipuè nitri, & carbo ſit benè tritus, ut fæces non relinquat, ſed auolet totus.

Eo anno, quo fulmen magna ædificia, aut Tempła ælidit, ſterilitatem ſignificare dicunt. Alias plures ſuperſtitioſas obſervationes circa fulmina refert ex alijs P. Reſta, hoc quidem fateor, diuinam ſapientiam, ac prouidentiam ſæpè læpius fulminibus uti, & ad magnum aliquod prædicendum, & alios puniendos.

CAPVT QVARTVM.

De Tonitruo.

Circa tonitruum, quomodo fiat, variae fuerunt Doctorum sententiae. Existimauit Seneca tonitruum fieri ex nubium collisione, sicuti collisae manus inter se sonum edunt. Empedocles dixit fieri per extinctionem ignis in nubis humore, propter quod ferrum candens intra aquam extinctum frangorem facit. Lucretius sustinuit contingere, quia ignis in nubem aridiorem cadens illa comburit, & in hac combustione habetur sonitus, sicut stridet laurus, dum comburitur. Bodinus dixit fieri à Demonibus tonitrua. Omnibus istis modis fieri posse tonitruum non dubito, sicuti patet ex aquarum collisionibus sonitus, licet aqua sit rarior, nec sequitur quod sicuti nubes ad inuicem collisae causant tonitruum, ita etiam montes collidentes debere per hoc tonitruum causare, quia ad sonum requiritur debita proportio partium collidentium, sic si manus ex parte superiori cum manu collidatur sonum non facere, si verò palma palmam percutiet sonum facere conspicies.

Cæterum non tantum modis istis assignatis fieri patet, quia aliquando contingit sonitus, cum nullus in aere est ventus, & in hac sententia non potest reddi ratio, cur hyeme, & in regionibus frigidis non sentiantur tonitrua. Secunda opinio, nec semper est vera, quia aliquando videmus ignem à nube accensum exire, & in fulgura seu corulcationes apparere. Neque tertia, quia nubes quasi semper humidæ sunt, & in aquam conuertuntur, & pluuio tempore accidunt tonitrua, & quo validiora tonitrua, eo vehementiores imbres. Quarta demum opinio dirimit modum naturalem tonitruum quare præter hos modos assignatos, communis est sententia Aristotelis, asserentis fieri tonitruum cum sicca, & calida exhalatio intra nubem magnam in lateribus crassam includitur, accidit ut propter nubis grauitatem, & densitatem huc, illucque discurrat, & vel motu proprio, vel per antiparistasim, vel ex vtraque causa incalescat, & consequenter rarefacta calefiat; indeque ampliorem locum quaerit, quia autem nubes medio frigore magis, ac magis constringitur, fugam contrarij querens exhalatio vehementi ictu in nubem impingit, ac usque dum exi-

tum.

tum non reperit murmur edit; nec tunc necesse est vt ignescat, sed sufficit si impingat in corpus durum, scilicet in nubem, ac propterea non quoties nubes intonant, videntur coruscationes. Dum autem exit exhalatio tonitruum facit, & coruscatio accidit, quæ ideo prius tonitruo sentitur, quia maior est actiuitas potentiae visiuæ, quàm audituæ, estò simul accidant, & tonitruum, & coruscatio. Declarat hunc assignatum modum Aristoteles exemplo soni producti a lignis dum comburuntur, quia fumus intra lignum existens subtiliatus amplio rem locum quærit, & vi, & impetu exiens sonum causat, quod etiam propter eandem rationem accidit in castaneis, dū cum corticibus igne comburuntur, & in sclopis, vel si sumas ampullam vitream, & benè claudas, & intus ponas arsenicum, aut mercurium, & magnum des calorem, spiritus illi exire volentes rarefacti, & non potentes, ampullam cum magno impetu frangunt. Aliquando exit exhalatio sine tonitruo, & rumore, quia latera nubis, adeò debilia sunt, vt scindantur sine tonitruo.

Tonitruorum species triplex; aliud est crepans, & est cum spiritus vno ictu totam nubem scindit, sicuti dirumpitur vesica plena aere. Aliud dicitur Stridens, & est quando spiritus rumpit quidem nubem, sed per plures ictus, & quod materia sic diuissim incenditur, aut quia diuersæ nubes discontinuatæ occurrunt, & sic prolixior fit sonitus sicuti similis accidit cum pannum scindimus &c. Aliud dicitur tumultuans, seu murmurans, & est cum spiritus intra carcerem nubis voluitur, aut voluitur circa latera nubis, cuius diuersas rumpit partes intra nubem tamen, & sentitur murmur quoddam inæquale, eo quia nunc in crassio rem nubis partem, quæ magis retundit, nunc autem in leuiorem impingit.

Tonitruui diuersus sonus prouenit ex maiori accensione, & actiuitate spiritus inclusi impingentis in nubem. Dum enim intra nubem spiritus subtilis motum concipit velocissimum, & vapor resistit ex illo conflictu resultat tremor in spiritu, & sic fit sonus tonitruui, quo modo etiam oritur sonus in flamma, & tonat bombardæ explosa, & sibilat ventus cito per aerem motus, & sibilus, qui per citissimum virgulæ motum causatur, ac quoniam velocior, ac maior est impetus spiritus in principio, quia non dum debilitatus est à nubibus, ideo fortior sonitus tonitruui in principio &c. & quia cum prius scinditur interior pars nubis, quæ densior est ratione antiparistatis,

statis, quæ illi magis viget, ideo validior est sonus in principio.

Ante tonitrua præcedere solent venti validissimi, quia exhalatio est nube, antequam intus comprimatur, exire potest, utpotè subtilissima, & sic aerem movet. Aliquando sereno Cœlo accidunt tonitrua, quia tunc potest accidere per exitum, adhuc spiritus & nubibus rarissimis à nobis inquis, vel à nubibus extra nostrum visualem horizon-tem politis, & sonitus potest ad nos pervenire, sicuti à longè bomba posita subtus, vel super auditur, sic tonitrua in Atlantide habita referunt ad 60. milliariorum distantiam audiri.

Effectus Tonitrorum.

Varij assignantur tonitruum effectus, primo dicuntur tonitrua ad-juvare animalia ad pariendum præcipuè Ceruos. In alijs tamen ut in hominibus abortum causat obimetum, & aliquando tonitruo peperisse narratur. Item vinum recens conturbat, quia nimia aeris agi-tatio feces perturbantes vinum movet. Item homines ingenti ter-re motu exterriti, aut intereunt, aut amentes evadunt, quia per aeris ictum vehementem cerebrum turbatur, & quia spiritus animales per ipsum aerem motum oblecti contrahuntur, & crassescunt, & inepti redduntur ad actiones animæ.

Corruscationem seu fulgur, de cuius naturâ variè sentire Docto-res, dicendum cum Aristotele esse exhalationem (quæ ascendit cum vaporibus efformantibus nubem) inclusam intra nubem, ubi eo mo-dò quo accenditur fulmen, ipsa accenditur, & fulget seu corruscat, & hæc parum distat à fulmine, solum quia fulmen vocamus quod fe-rit, & pervenit ad terram, vel propè, at non tantum pervenit, nec fe-rit corruscatio &c. Accidit aliquando corruscatio sinè tonitruo, quia nubes resistens debilis est, vel fit sonus nimis tenuis, ut sensu non percipiatur. Tempore corruscationum anguillarum piscatio magna est, & in frequentis corruscationibus herbæ, & flores arescunt, hoc esse, patet in primis, quia exhalationes amaræ descendentes amarizant, & perturbant aquam, & ideo è cavernis exeunt anguillæ. In secundis verò siccitate, & caliditate exhalationum possunt aresce-re &c.

Tempus Tonitruorum.

Est Autūnus, & Ver, quia tunc vapores, & exhalationes cum vehementi calore non diſſipentur, quia tunc calor temperatus eſt, nec frigus magnum ut poſſint comprimi ne aſcendant, poſſunt multae eleuari ad efformandas nubes, & præſtandam materiam exhalationum pro tonitruis.

Iuxta Aſtrologorum dogmata, eo anno prædicat futura corruſcationes, & tonitrua, in quo dominus anni eſt Mars, tunc etiam tonitrua, & corruſcationes expectes, cum eſt ortus humeri ſiniſtri Herculis, qui in Libræ gradibus oritur, ſi cum ipſius ortu accidat quadratus Martis cum Saturno. Auſtralis item tibiæ dexteræ Aquarii ortus fulgura, & tonitrua, ortus matutinus lucidæ hydræ corruſcationes, occaſus vespertinus cervicis corui tonitrua, & corruſcationes, ortus matutinus Orionis tonitrua, vespertinus ortus Aquilæ fulgura, & tonitrua, quod idem ſignificant ortus vespertinus capitis Herculis, & occaſus matutinus caudæ Scorpii.

Significant.

Tonitrua, & corruſcationes hyemalia, & matutina aquas, idem portendunt æſtiva ſi in meridie, aut vesperti ſiant, & æſtate vespertinæ corruſcationes, ſtatim ante tres dies aquam ſignificant. Corruſcationes vndeque ſiant etiam in meridie, tunc aqua, aut ventus, & ad vnum potius, quam ad aliud iuuatur à ſtellis fixis aqueis, vel ventofis, & dominis, ac ſignis in angulis, & planetis in illis exiſtentibus in menſtruis lunationibus, & aſpectibus planetarum. In Autumno corruſcationes, quæ à Borea ſunt, aqueæ ſunt, itē cū æſtate magis tonuit, quam fulſit ventus, & ex ea parte denuntiatur, ſi minus tonuit, imber, quia in primo modo nubes eſt magis caua, & minus denſa, quæ minus apta eſt aquæ. In ſecundis eſt contrā, ideo evenit aſſignatum. Cum ex omnibus quatuor partibus fulgurauerit, pluuiæ erunt, & tonitrua. Cum ab Aquilone tantum, die ſequenti expecta aquam, cum à ſeptentrione, ventum, ubi eunt tonitrua, & corruſcationes æſtate, indè veniet ventus, & ubi crebra acciderint fulgura, indè ventus. Cum ſpirante fauonio fulgurauerit, aut pluuiā,
aut

aut tempestas ex parte Aquilonari expectatur, æstate magis quam hyeme per fulgura significatur venti, quia vi caloris magna exhalationum copia, quæ est materia ventorum, potuit ascendere, hyeme verò fulgura ventos sedant, quia parua illa exhalationum copia, quæ tunc ascendit, in fulgura conuertitur, & si conuertitur ventorum materia. Nota insuper tonitrua hyberna matutina imbrem certius vespertinis prædicere, & æstiuæ magis vespertina. Obseruatum etiam est tonitrua, quando in signis borealibus audiuntur, magis ventabit, quia tunc multa est in aere materia non faciliè in aquam tota dissolubilis. Si flante austro fulgurauerit à septentrione, cessat auster, quia tunc parari materiam venti septentrionalis, austrum remouentis signum est, hinc etiam, quia venti quoque orientales sedant (sed non tam faciliè cum nō sint ita vehementes) austrum, si ab oriente fulgurauerit, tertia die cedit auster.

Nerones cælestium contemplator hæc tradidit, si Ianuario tonuerit, ventos validos, & fertilitatem portendunt. Si Februario, mortem Principum, & præcipuè diuitum. Si Martio, ventos validos, fertilitatem, & bella popularia. Aprili, bonum, & iucundum annum. Maio, famam, & inopiam. Iunio, fertilitatem. Iulio, bonam annonam. Augusto, fertilitatem Reipublicæ, sed morbos varios hominum. Septembri, fertilitatem, sed cædem potentum. Octobri, validum ventum, sed fertilitatem annonæ. Nouembri, & Decembri copiam annonæ, & pacem in populo.

Aliter, & melius Hermes Trismegistus ex tonitruis sic prædicit, si Sole in Ariete existente tonuerit, herbarum erit abundantia, & quadrupedum. Si in Tauro, frugum motium, & vini vallium inopia, cum augmento bestiarum agri. In Geminis, legumina multa, parua bestia lanigeræ, sed multa reptilia. In Cancro, fames, & locustæ multæ. In Leone, annona cara. In Virgine, mors quadrupedum. In Libra, in principio anni siccitas in vallibus, postea multa pluuia, postea cara annona. In Scorpione, oleum parum vendetur, mors pecudum, & piscium. In Sagittario, cadent arborum fructus. In Piscibus demum, fructuum inopia, & abundantia. Alia multa superstitiosa de fulgure, & tonitruo narrantur, scilicet seditiones, bella &c. sed hæc sicut, & multa alia ex assignatis vana reputatur.

CAPVT QVINTVM.

De Capra saltante, & alijs Igneis.

Post hæc venit capra saltans explicanda. Capram saltantem appellamus igneam illam impressionem, quæ formam barbute capræ, vel quæ in ardendo in morem caprarum saltat. Huius materia non differt à materia aliarum ignearum impressionum, nisi iuxta diuersitatem materiæ, & quantitatem formæ accensæ, quæ iuxta diuersas figuras faciunt, vt diuerso quoq; nomine nuncupentur. Fit igitur capra saltans cum materia exhalationum in longum, & latum extensa, magis tamen in longum, quam in latum habet ad latera, quædam fila inter se distincta, & cum accenditur ob facilitatem videtur facere quosdam saltus, dum enim fit inflammatio aliquorum ex globis illis materiæ, per illa fila discurret scintillatio, & inflammatio, & fiunt instar caprini saltus, & fila illa representant pedes, globi verò corpus, cuiusmodi saltitantem, ac tremantem accensionem experimur à simili in luce candelarum, quæ procul positæ à simili saltitantes videntur, vel dicunt formam capræ habere, quia in ipsa impressione sunt exhalationes quædam tenues, veluti flocci lanarum sparsi vndequaq; in ipsis densioribus exhalationum partibus, quæ corpus capræ representant, & illi lanam. Tempus quo apparent, non solum est de nocte, sed etiam die, sic enim Lycij cum meis studentibus obseruaui anno 1650.

Capras mortem insignium virorum præfagire dicitur, sic narrat Seneca post huiusmodi capras saltantes mortem Augusti contigisse, & in Senatu de Seiani morte fuisse decretum, at vanis antiquorum omnibus superstitionibus non acquiescendum.

Obuiat nobis explicanda flamma, quæ aliud non est quam accensæ exhalationes in longum, & latum æqualiter protensæ, quæ postea auolant, vel ducta ab impetu suo, vel vt suum fugiat contrarium, vel quia exhalatio, dum ex vna parte incipit inflamari, successiue reliquæ inflammantur, & sic successiue reliquæ extinguuntur, & tunc cum successio ista fit, prioribus ardētibz partibus, dicitur fax, quando vero perpetuo ardet, & longiorem facit limitem dicitur Bolis, quæ in Mantuana destructione apparuit. Fax, quæ lampas dicitur

tur propriè fit, quando exhalatio non æquè elevatur, & inæqualiter præparatur inflammationi, tunc pars superior, quæ magis tenuis est, & apta inflammationi, accenditur, pars verò posterior, quæ non est ita apta candescit ex flamma, & sic habet figuram lapidis, quæ figura rotunda est.

Alia dicitur ignis fatuus, fit cum viscosa exhalatio vi caloris eleuatur ad infimam aeris regionem, ibiq; vel per antiparistatim nocturni frigoris, vel per mutuam ad inuicem collisionem accenditur, quæ quia huc illucq; vagè mouetur, & ad motum aeris mouetur, ideò fatuus dicitur. Insequentes fugit, & fugientes sequitur, quia dum illum sequimur impellentes aerem, ille impellitur, & sic videtur fugere, dum autem ab illo recedere putamus, quia nobiscum aerem trahimus, illum simul nobiscum trahimus &c. nocturno tempore plures ipsum sequentes decepti sunt, & in fluuios præcipitati; apparent sæpè in Cœmeterijs, & patibulis, quia ibi vi gent viscosæ exhalationes.

Non improbable est fieri etiam huiusmodi ignes arte Diabolica, propter quod dicitur, qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis (quod insinuauit Bodinus) quos obseruatum est sibilo è domu vocatos statim auolare, & vocantes necare nisi fenestra claudatur, quos si certè eijcere volumus Deum clara voce inuocemus &c. Accidunt hi ignes circa primas horas noctis, quia tunc adhuc vi caloris fumat terra, & adest antiparistasis nocturni frigoris. Media nocte cum non sit materia, & frigus maius, non habetur accensio. Videntur huiusmodi ignes æstate præcipuè, cum tunc magnus Solis calor materiã sursum eleuat, & etiam autumnò, quia tunc fumat etiam terra ob calorem, tunc & æstate conceptum, & sic præbetur materia huiusmodi igni, & quidem ignem fatuum verum ignè esse, non tantum exhalationes à stellis illuminatas patet, quia ipse comburit, pestiferam in tactis ab ipso relinquit qualitatem, & si aliud metheorum tantum ex reflexione luminis stellarum in infima regione factum legitur, verè ignis fatuus non est &c. Referunt aliquando huiusmodi ignes formam pueri, & humanam efformasse vocem, hoc (nisi diabolica arte sit factum) contingere potest ex dispositione materiæ, sicuti aliquando ob materiæ dispositionem in tali situ apparent effigies humanæ, & aliorum animalium in aere, vocem autem humanam efformant ex tali, vel tali crepitu materiæ ardentis,

sicuti crepitus, & sibilus auditur in quibusdam lignis, dum comburuntur.

Portendit dum ignis apparet ut plurimum apud terram, sterilitatem ob nimiam siccitatem, quam importat, quia terra priuatur viscosis, & bituminosis illis exhalationibus terra in incrassantibus.

Ignis lambens est tenuis quædam flamma genita ex rara, & subtili exhalatione per aerem dispersa a causis supra enumeratis accensa. Adhærere solet pilis equorum, & capillis hominum, quia ibi simile inuenit pingue pabulum. Oriri solet ex hominum, vel animalium calidi temperamenti sudore, nam sicuti terrestriores spiritus animalis durefcunt in pilos, ita possunt rariores accendi in igne &c. adhæret præcipue iste ignis illi, qui maxime irascitur, quia tunc plurimi ignes, & feruentes spiritus ab illo erumpunt, cum maxime illi incallescunt, & producunt humorem pinguem, propter magnam sui raritatem non lædit, ideoque lambere dicitur; huiusmodi ignes ab extrinseco prouenientes in capite adhærentes potius bonum, quam malum significare compertum est, sic enim miraculose pluries circa sanctos Viros apparuit ignis lambens, qui Sancti Spiritus in ipsis significauit aduentum, ut accidit Apostolis, & Anastasio Presbytero &c. Ultra illos ignes, qui ab extrinseco proueniunt, sunt ignes, quos ab ipsismet corporibus emanare visum est &c. Sic enim refert Cardanus de Varietatibus lib. 8. c. 42. per multos annos accidisse cuidam Fratri Carmelitano, ut dum Capuccium ad occiput perducebat, e capillis fauillæ erumpebant, quidam etiam in Corsica, dum manibus fricabat brachia, apparentes excitabat flammæ, e de quodam Medico Aquilano narratum mihi est sæpe flammæ, e brachijs, & dorso emisisse. Ex collo item Equi vehementer perfricato pilo aduerso scintillæ prodeunt, & multo magis ex dorso felium, maxime si igni approximati sint. Prouenit totum hoc, quia spiritus in illis partibus crassus motu illo vehemente attritione accenditur; sicuti duobus lapidibus, aut ferro, & silice attenuatus aer in ignem conuertitur. Plura etiam animalia ignem euomisse narratur, quod contingere potuit, quia halitus ab ipsis exeuntes vberissimo cordis calore accendi possunt, vel si ignei non exeunt, calidissimi tamen ad aerem frigidum exeuntes antiparistasi intenduntur calore, & accenduntur, vel si ignei verè sunt, quia tamen validissime, ac vehementer expulsi sunt, in vnum coacti efformant igneam lucem per illuminationem

Historia de
igne lam-
bente.

a pla-

à planetis, aut syderibus, vt accidit in halitibus aquarum vehemētissimè expulsi, & per foramina exeuntes coacti colorem Iridis per illuminationem efformant, vt vidi in Frascati in villa Aldobrandinorum &c.

Deindè accedunt explicanda sydera discurrentia, pro quibus dicendum ex mente Aristotelis materiam istorum esse exhalationes, quia hæc sub luna fiunt, vt colligitur ex velocitate motus ipsorum, & propinquitate ad nos, tum quia communior pars rectè sententium Cœlos ponit incorruptibiles, stante hoc. Duobus modis docet Aristoteles fieri huiusmodi sydera discurrentia, nam vel re vera non mouentur, nec discurrent, sed sensus illuditur, vel mouentur. Si primo modo, sic fieri dicimus, si per aerem dispersi sint in plures partes spiritus sulphurei, hoc est faciliè accendibiles, & per longum dispositi, ita tamen vt pars suprema, vel propter impulsu habitum à nubibus, vel propter maiorem antiparissimam, accendatur, & propagetur flamma per materiam illam tenuem dispersam videatur scintillare, & stellam causare, & discurrere, dum successiuè accenduntur partes dispersæ in longum, & tunc re vera materia non mouetur, sed tantum videtur moueri, eo quia velocissimè ignis succedit alteri, & successiuè inflammatur, simile experimentum accidit si puluerem tormentarium ponas in plures partes dispersum, post vnā massulam sine motu accenditur, quia successiuè partes illæ inflammantur, & sic videntur discurrere, & moueri localiter, cum tamen non ita sit, sed contingit solum hoc ob successionem flammæ, vel potest videri in fumo lucernæ extinctæ, quæ statim ignem concipit à lucerna superiori contigua.

Re vera nō
sēper mo-
uentur sy-
dera discur-
rentia licet
moueri vi-
deantur.

Alio modo fit cum exhalationum multitudo accensa benè conglobata ab vno loco in aliū fertur, vel quia fit lenior, ideò mouetur, vel quia reperit aeris partes vaporosas, & frigidas, à quibus vtpotè à contrario fugit, & impellitur, eo modo quo nos oliuarum nucleos digitis compressos saltare facimus, deorsum autem tendunt ob eandem causas, qua deorsum tendit fulmen. Sydera facta primo modo, mouentur iuxta dispositionē materiæ, vt à simili patet de puluere; si secūdo modo fiant, mouetur trāuersaliter, quia propria leuitate conantur sursum tendere, & à vaporibus superioribus conatur descendere, in hac contrariorum motuum pugna fit motus trāuersalis, vt tradit Aristoteles, dum ostendit hunc motum non causari à natura

pro-

propria exhalationum, cadere autem dicuntur, quia etſi tranſuerſaliter mouentur, ad deſcenſum portendunt, & à ſenſu deſcenſus, ut potè finis, attenditur.

Locus in quo accidunt præcipuè ſunt infima regio aeris, quod colligitur ex maxima velocitate, quæ non poteſt eſſe ſi in ſuperiori parte eſſent; tum quia facilius præſtatur materia pro iſtis, eſto etiam in ſuperiori, & infima obſeruata ſint; tum quia obſervatū eſt à pluribus in terram cecidiſſe, & ſuper locū, in quo cecidit huiusmodi ſtella, aquam appoſitam efferuiſſe, & fuſaſſe, quod non poſſet eſſe ita facilè, niſi nimis è proximo accèſa ceciderit. De die raro videtur, vel quia nō accenditur materia ratione caloris tenuis, vel ſi magnus eſt calor diſpergit, vel ſi accenditur ob lumen diei, cū materia ſit rarior, non videtur. Noctu autem antipariſtaſi accenditur, quæ per conceptum diei calorem famans ſurſum aſcendit, & quidem toto noctis tempore has ſtellas ego apparentes obſeruauì propriè in æſtate, quando calore terra feruens nimis eſt. Licij illas in maxima multitudine æſtate obſeruauì nocte, pluſquam in alijs partibus, quia cum ibi maior ſit calor, pluſ materiæ præſtatur, cum terra etiam maxime humida ſit, ita quod mane vapores è terra prodeuntes, ibi quaſi nubem, vel fumum fornacum aſcendant.

Nec quidem tantū æſtate accidunt, ſed etiam hyeme anno 1652. obſeruans Cometam Bononiæ die 18. Decembris, ſtellam inde vidimus cadentes in 2. noctis hora; quæ forſan materia erat è Cometa deſcendens.

Apparent frequentius tempore ſereno, quia nubiloſo tempore extinguentur ab humido nubis, & aeris, qui tunc viget.

Apparent frequentius, quam Cometæ, quia facilius reperiri poteſt in aere minima exhalationum copia, quæ ſufficiens eſt pro ſtellis, cum pro Cometis elementaribus magna requiratur exhalationum copia, ut tam diu conſeruetur.

Magna ſtellarum cadentium Copia dum apparet, magnos denotant ventos, quia ſignum eſt aſcendiſſe materiam ventorum, quæ minus viſcoſa eſt, & ſi diuerſis ex locis appareant, tempeſtatem ob ventorum varietatem denunciant; ſiccitatem inſuper important, quia tunc exhalationes, & vapores aſcendunt, & hac frequenti ſtellarum cadentium copia, cum tunc magna ſit per aerem exhalationum ſulphurearum copia accenſa, aerem aliquantum poſſunt infeſtare,

are, & nimis calefacere, propter quod possunt alterare hominum temperamentum, & morbos inducere exemplo deducto à Cometis. Effectus suos producant versus illam partem, versus quam dirigunt motum, quia ibi relinquunt partes suas nocuas, & etiam proximo loco ubi accenduntur, quia signum est inde materiam illam sulphuream fuisse eleuatam &c.

Venit explicanda lancea, trabs, seu iaculum, seu ignis oblongus per extensum, quorum similitudinem fert. Fiunt cum materia æquè subtilis, & crassa, ac vnita eleuatur sursum, vel quia ascendunt simul ab eodem loco, vel ob similitudinem naturæ simul coeunt; & immobilis ibi videtur stare. Hanc igneam impressionem in Nouoli puerulus 2. noctis hora æstate anno nî fallor 1639. (ac si esset longa trabs ignea) vidi, quæ per horam durauit, & eo anno magnam recorder fuiſſe ventorum copiam, ac siccitatem. Quando autem ascendens exhalatio benè coherens est, ac dissimiles habet partes in crassitie, ac subtilitate, ita vt subtiliores partes eleuentur, & crassiores subius sint, tunc æqualiter accensæ, figuram pyramidalis columnæ, & perpendiculum effigurant, in qua partes inferiores basim, subtiliores superiores figuram columnæ referunt.

Draco volans causatur ex exhalatione non multum compressa, & coagmentata, & parum circa extremitates crassa, quæ dum ad altum eleuatur occurrit nubi frigidæ à qua expellitur, & motu, vel antiparistasi accenditur, & quia impulsu frigidæ nubis pellitur, flectitur, & incuruatur instar ventris Draconis, ex parte anteriori fit subtilior, & acquirit figuram capitis, ex quo videntur exire scintillæ tamquam ex ore, vel propter scintillas ex incendio emanantes, vel propter partes exhalationis tenues, quæ circa capitis materiam accenduntur, pars autem quæ nubem attingit, restringitur, & sic videtur caudam facere, partes autem circa nubem positæ, ubi curuatur alas representant, ex quo integer videtur Draco. Dum autem per aerem mouetur volare videtur. Deducitur cōsequenter ex dictis fieri in medio aeris regione ubi sunt nubes &c.

Obseruatum quasi semper est Draconis meteorum pestilentiam, aliosq; grauiore morbos prædicere, ob maximam exhalationum ascendentium copiam pro hoc metheoro tam mirabili efformando. Hos meteorologicos Dracones nondum vidi, benè quidem hic Bononiæ Draconem verum aspexi, qui tempore Creationis Grego-

rij XIII. Dracone inſigniti (cuius Pronepotem Illuſtriſs. ac Vigilantiſs. huius Ciuitatis Bononiæ Præſulem, mirificè veneramur) apparuit in agro Bononienſi, & à ruſtico interfectus fuit. Tā trabs, & pyramis, quam etiam Draco, etiam ſi non ſint materia accenſa, iuſta tamen ſuæ materiæ ſituationem per luminis commixtionem poſſunt hæc fieri, ſicuti accidunt figuræ hominum armatorū, auium &c. in aere per ſolam materiæ diſpoſitionem, & illuminationem.

Reſtant poſt hæc explicandi Caſtor, Pollux, & Helena. Generatur iſta metheora in infima regione, dum exhalationes pingues, & viſcoſæ ſurſum elatæ modo, quo aliæ accenduntur, vel vapores ipſi è mari, & è nauibus, vel exurgit ſpiritus ex ipſis nautarum olfactibus, & ſudore. Et quidem is alijs facilius accenduntur leuiſſimo etiam funium motu, & attritu, ſic mihi dictum eſt puluerem adhuc auri leui manus attritu accendi, & eſto nō omnes partes equè accendantur, poteſt tamen aliqua minima pars accendi, & per ipſam reliquæ ſuccedentes accendi, ſicuti accēſa minima ſulphuris parte poſita ſupra arundinem tota deinceps accenditur arundo. Adhærent nauium antennis, dū vna apparet, Helenam appellant, quæ malorum, & tempeſtatum eſt ſignificatrix; Dum autem duæ, Caſtor, & Pollux dicuntur, & bonum ſignificant. Chriſtianis verò vnica apparens dicitur Sancta Clara, duæ verò Sanctus Nicolaus, & Sanctus Telmus, dum vna apparet malum ſignificat, quia ſignum eſt flammam eſſe nimis compactam, vt non poſſit facile diſſipari, atq; conſumi, quando verò duplex eſt, ſignum eſt exhalationem eſſe valdè raram, ac diſſipatam, & non in vnum combinabilem, ac facile conſumitur, præcipuè autem duæ illę, quando immotæ manent, certius ſerenitatem ſignificant, quia arguitur ceſſare ventos, nam ſi venti flarent, non permitterent ipſas ibi quietas manere, ſecus verò quando huc, illucq; mouentur, quia ſignum eſt eſſe ventos agitan- tes illas.

Nota tamen, quod ſi vna eſt, & accenſa, & immota manet, periculosa habenda eſt, quia ſignum eſt habere partes craſſas, quæ ſint accenſæ, & difficile mouentur, & ſi fortè caderent intrā nauim, nauis combureretur, vt ſæpius hoc compertum eſt &c.

Cardanus de ſubtilitatibus huiusmodi ignes comburentes ponit, & Ænea vaſa narrat colliquaſſe, & dicit cum Plinio adurere, cum ad nauis imum ſcendunt, quia ibi craſſiorem reperiunt materiam, Cæterum ab omnibus nautis obſeruatur non comburere, quando ſunt

sunt duo, sed albicantem habere colorem, & capita hominum lambere, & velis adhærere ob nimiam materiæ subtilitatem, & raritatem, cuiusmodi videmus flammam aquæ vitis albicantem, quo purior est, emittere colorem, & post cōsumptionem humiditatis aquæ non comburere pannum, cui est vnita &c. Tres istos ignes simul apparere in vsu est in Oceano, & etiam in Mediterraneo visi sunt; & post Castorem, & Pollucem Helena apparente illos disparuisse; accidere potest hoc, quia adueniens noua materia viscosa illa accenditur, & illi spiritus non adeo viscosi, qui Castorē, & Pollucem construebant, coire per commixtionem cum viscosa materia, & ob naturalem simpatiam in vnum, & accensas Helenam efformare &c. Helenam menstruo mulieris fugari dicunt, sed res mihi incerta, & à Seneca negatur.



Figure



Draco

Volans


Ignite



Capra saltans



pyramis



Lampas



Stelle Cadentes



Trabs



Ignis Lambens



Flama

CAPVT SEXTVM.

De Ignibus subterraneis.

Post elementarem ignem, & ignea metheora, restant insuper explananda, quæ ad ignem subterraneum pertinent. De istorum existentia dubitat nemo, cum certissimus horum testis sit Æthna in Sicilia, & huic proximæ insulæ Vulcanicæ, mons Chymera in Lycia Asiæ, Theon in Africa, in nouo Orbe in Prouincia (quam Cutemallan dicunt) duo proximi montes ignem emittunt, & in Prouincia Ciapotulan mons lapides emittit magnitudine vnius Domus flammæ foras emissas retinentes, sed quid ad exteros tendo. Ignium subterraneorum existentiam suis malis experta fuit pluries, & nouissimè anno 1631. 16. Decembris, Campania in suo Vesuuio, quo tempore nedum magna cineris pars, per spatium octo dierum distans à Neapoli fuit delata, vsq; ad Lycium, & vltèrius vsque ad Ragusium, & Cattharum Dalmatiæ, & alibi, & eodem die sonitum Perusiæ auditum fuisse, quo Neapoli mons, ignem eructauit, narrat P. Meldula, & quidem non solum in montibus, verum etiam in pluribus planis erumpere huiusmodi ignes; docet Aristoteles. Nicephorus capta Roma ab Alarico vndas, instar campi exarsisse commemorat. Imò, & Maria igniuoma narrat Aristoteles lib. de Mundo.

Materialis causa horum ignium communiter assignatur materia quædam sulphurea, & bituminosa, quod patet, quia magna sulphuris copia, quæ circa hos montes reperitur, & ex sulphureo, quem spirant odore, & etiam ex colore sulphureo aquarum propè dictos montes. Est enim sulphur valdè calidum, & siccum, & vntuosum, & bitumen valdè pingue, & consequenter facillè accendibilia sunt. Accenditur, vel agitatione propria intra ipsas montium cauitates, vel per antiparistasi, vel ab aliquo martiali sydere, sicuti ipsamet etiam sydera multa infra terram habent causare metalla &c. facilius loca igniuoma, propè mare videntur, quia ibi terræ pori facilius clauduntur aquæ frigiditate, & spiritus inclusus potest accendi impetuosa sua agitatione.

Horum montium alij de die, alij nocte æstuant, & quidem pro tot horis, & non plus, alij vsq; ad ortum Solis, alij in ortu Solis incipiunt

ciunt ardere. Nocte ardent aliqui non die; primo, quia cum flamma sit tenuis à luce Solis occultatur, secundo, quia Sol in die poros terræ aperiens multas contumit, & extrahit foras exhalationes, quæ flammæ erant materia &c. Qui verò de die, esse potest, quia spiritus illi non mouentur, vt accendantur, & non nisi à Solis calore adiuuantur, vel quia nocte fit materiæ collectio, & die à Sole accenditur &c. Aliqui statutis temporibus ardent, alij continuò. Primum prouenire potest, quia toto illo tempore aptatur, & præparatur, ac ex minerali illa montium sulphurea cauerna præstatur materia, quæ per continuum motum tanto tempore postea accenditur, at naturalis hæc ratio non probabiliter ostendit tales præfixos annos transactos requiriri, vt materia disponatur; cur enim non vno anno, aut mense antè, vel post accenditur.

Quare certius discurrendo, dico prouenire à quodam determinato sydere, qui suo determinato temporis motu, iterum ad idè Cœli punctum perueniens accensionem causat. Quis enim non experitur quot mala causauerit in aliquibus Ciuitatibus, Regnis, atq; Prouincijs statuto tempore infausta aliqua stella, semper eodem modo in tali Cœli parte, ac signo iterum rediens? quot sanè infaustos in nobis effectus his temporibus nō causauit Saturnus? testes en ipsi sumus. Vides ipsammet lunam, vt dixi supra, dum est in augmento, augmentum etiam aqueis aliquibus viuientibus causare, dum verò in detrimento illa diminui. Annuas corporum Cœlorum reuolutiones, maximè considerandas esse non negabit doctus. Qui autem continuò ignem euomunt prouenire potest, quia ex illis montium mineris continuo materia subministratur ignis, vel quia materia, scilicet aquæ in sulphur, & bitumen (quæ sunt ignis materia) conuertuntur, aliunde per venas concurrentes, & calore putrefactæ. Vel quia illorum ignium materia est bitumen, ad cuius consumptionem maius intercedit tempus. De aquis in sulphur conuersis, vt expertum narratur ex Alberto, aquas pluuias descendentes sub montes, & fundamenta hermarum statim in sulphur, & naphtam conuerti, quia non minus ad se humidum auocare habet siccum, ac siccum humidum, & hoc proprium naturæ munus est, necessaria vnique ministrare, & magneticam quandam virtutem inter inferiora pro mutua conseruatione reponere. Vel dici potest ibi esse sulphur, quod primò accenditur, secundo bitumen, tertio ibi adest terra aliqua, quæ ignem

ignem concipit, & ardet, sicuti ardet lignum, & apud Belgas, ac alibi terra quædam datur, quæ loco lignorum pro materia ignis vsualis, vt ardeat adhibetur, quæ & ignem concipit, & plulquam ligna durat, magisq; calefacit. Denique si rationes naturales non placent, non indignum iudices dicere ignes istos continuò ardentes à Deo ibi esse reconditos in malorum pœnam, & peccatorum purgationem, & infernales istos ignes appellare, sicuti à multis loca illa dicuntur ora inferni, nullaque indigentes materia, sed ibi à Deo, tanquam in loco proprio pro damnatis destinatos. Moueor ad hoc asserendum, primo ex Cantico Deuteronomij cap. 32. dicentis. Ignis accensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima: & subdit postea, & montium fundamenta comburet; vbi ignes furoris Domini, scilicet inferni montes comburentes dicuntur, item de Dæmone Leuiathan dicitur feruescere facit, quasi ollam profundum maris. Sodomitæ etiam infernali igne puniti sunt, & tamen ignis iste verè nunc est in loco illarum Ciuitatum. Sanctus Bernardinus de Senis tomo 2. sermone 65. tanquam indubitatum relinquit ignem montium Siciliæ esse ignem inferni, alios admittens in terra habitabili ignes cruciantes animas, idem clarè de montibus Siciliæ testatur Magnus Gregorius Papa lib. quarto Dialogorum cap. 35. Tertullianus etiam aduersus gentes, vltra ignem viualem, inquit alium esse, qui Diuino paret iuditio, & per montes eruât, proindè de his non dubitandum. Præterquamquod legitur apud Capacium Fratres Capuccinos proximos agro Puteolano, propè Neapolim ignes sulphureos eruâtante audiuisse horrendos vlulatus, & propè à Dæmonibus fuisse vexatos, & gemitus, ac Dæmonum apparitiones ibi accidisse. Item ex eodem agro narratur quibusdam statutis diebus aues quasdam nimis monstruosas circumuolare sine cibo, quarum nulla huc vsq; capi potuit, & ad nutum cuiusdam corui in aquas proijci, nec vnquam amplius conspici, nisi in solemnibus, ac statutis illis diebus, vnde existimatur ignem illum esse Purgatorij, & illis diebus animas à pænis vacare. Præter hæc multa dicuntur de puteo S. Patritij in Hybernia de Oeno milite, qui proprijs oculis Purgatorij pænas, & vidit, & passus fuit, in quo etiam vidit quædã inferni ora, in quæ animæ damnatorū cū fæctore maximo proijciebantur.

Mirum præ cæteris hoc est, quomodo cū his montibus ignē eruantibus continuò cum flammis possit durare nix, vt in *Ethna* videtur.

Dif.

Difficultas hæc soluitur (si naturali ratione procedere velimus) dicendo prouenire hoc, quia flamma ob nimiam suam velocitatem, & impetum, ac raritatem vires non habet ad alia consumenda, vel quia violentus aeris intermedij motus ignem repellit, & abigit ne absorbeat vicina; non aliter, ac fumum abicimus, oculos ne lædat.

Sed melius difficultati respondeo prouenire hoc ex propria illorum ignium natura, quorum est corpora, tantum non absumere, sed affligere, vt de multis ignibus commemorat Sanctus Bonaventura: & Surius de Heclæ igne stuppam scribit non consumere: & ex alia parte aliqui sunt ignes tartarei, qui nec aqua, nec alio modo extinguui possunt, ita a Deo pro tormentis animarum producti; aut dicas niues igne non consumi, quia ibi niues, & ignes æquali sunt in copia, & actiuitate, vnde dixit Solinus inuicta in vtroq; violentia, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur.

Vltimo difficultatur cur ignis ille in agris Neronis tempore non aqua, sed faxis tantum, & panno poterat extinguui.

Respondeo, quia eius materia erat bituminosa, & ideo aqua non exstinguebatur, vnde videmus in ipsis aquis ardere etiam bitumen. Hoc prouenit, quia vntuositas ipsius aquam impedit, ne in poros ingreditur ad ignem extinguendum, ideoq; siccis rebus poros bituminis occludentibus, ignis bituminis extinguitur, & sulphur cum sit tenue, & siccum extinguendum est aqua.

Super omnia ignea metheora admirabilius sæper præcæteris existimaui, quod de quibusdā lucernis perpetuo ardentibus narratur sub terra repertis pluribus in locis, & quidem nedum sub terra ardentibus, sed etiam extrā terram diū ardentibus, quæ nunquam, nec aqua, nec alio extingui poterant, qualis inuenta fuit propè Romā anno 1401. & Aedessæ antè Saluatoris nostri imaginem lucerna inuenta fuit à 500. annis ardens. Item Pisis 1611. alia bitumine plena inuenta fuit adhuc calens. Sub Alexandro Sexto Viterbij repertæ fuerunt lucernæ adhuc aperto aere ardentibus, & extinctæ exiguum puluerem reliquerunt, & quidem tanta varietas, & in tam varijs locis repertæ historicam veritatem, non fabulas esse ostendunt.

In assignanda causa istarum maximè insudatur, nā ob has aliasq; experientias non potest dici prouenire solum, quia erant sub terra inclusæ, neq; ob mutuam ibi circulationem elementorum tantum, neq; dici potest non fuisse à principio, & semper accensas, nam anno

1500. propè Patauium reperta fuit lucerna, cum nomine auctoris, vbi quod à principio fuerit accensa, & Plutoni dicata, sic scriptum habebat. *Namq; elementa graui clausit digesta labore*

Vase sub hoc modico maximus Olybicus &c.

institendum ergo est circa modum, quo fiant huiusmodi lucernæ.

Primum modum pono pro perpetuitate lucernarum ratione materiæ, quia .s. materia illa erat materia quædã bituminosa, & oleogena, quæ igne non consumeretur, sed in se retineret, quænam autem sit hæc materia adhuc explorata non habetur. Modũ tamẽ construendi huiusmodi oleum, quod igne nõ consumetur, sic dant quidã sumunt quantitatem ex robusti hominis stercore trito ad vmbram exiccato, & in elambicco aquam iuncturis benè clausis distillant, distillatum iterum super fæces easdem tritas reponunt, & iterum distillant, & hoc faciunt pluries, vsquẽ dum totum distillatum conuertatur in oleum album, crassum, bituminosum, de cuius colore, & crassiti e erat oleum illud, quod in illis lucernis fuit inuentum, & si etiam incõbustibili lychno opus habes, sumas de lino asbestino, quod est incõbustibile ab igne, vt supra ostendi. Hoc oleo extracto ex stercore si vngatur amus, quo sumũtur pisces, aut aliqua pars retis, ipso sumetur magna pisciũ quantitas, ita quod aliqui incãtari illos verbis existimauerint, amant enim ac seqũntur, quã maximè huiusmodi oleum pisces, quod idem faciet oleum ex lateribus vetustis extractũ.

In extractione huius olei prima vice, quia maximè fœtet, habeatur sub naso Teriaca. Inseruit etiam maximè pro curandis cicatricibus recentibus relictis, & pro multis etiam innumerabilibus secretis. Aliud oleum. Fac forte acetum redistillatum supra sal pluries, vt sit potentius, in hoc infunde vitrũ antimonij, hoc est antimonium maximè calcinatum, vt reducatur in vitream naturam, pone infusionem vase clauso in cineribus per sex horas, & decanta acetum coloratum; iterum superpone vsq; dum non amplius coloretur; euapora postea aceta, & oleum, seu sal quod remanet. Recipe deinde puluerem Antimonij, ex quo rubedo extracta est, & super ipsum puluerizatum pone tuum oleum, quod rectificasti distilla, & redde iterum, & hoc fac septies, vsq; dum non amplius distillet, sed sit ficcum. Hunc puluerem pone cum spiritu vini optimo, & sole aut in cineribus aliquantulum teneas postea ipsum spiritum decanta, & serua, iterum alium superpone, & serua, & hoc fac pluries, vsque dum

dum vini spiritus alium in se non retinet, nec trahit saporem, menstrua ista, seu spiritus grauidos lente distilla, & in fundo oleum remanet incombustibile, quod adhibe cum lichyno lini asbestini. Et quidem quam mirabilia oleum istud causare possit, bene me percipient intelligētes magnę artis filij. Spiritus enim amalgamatos fixat, lunam, &c. quæ relinquo. Et quidem illa Olibij carmina videntur totum hoc explicare.

Vel denum sumas oleum illud per distillationem à terre streitatur & depuratum, quod in principio pro oleo incombustibili te docui, cum agebam de his, quæ igne non consumuntur. Vel dici potest prouenire hoc, quia ibi aptatur materia aliqua, quæ ignem ad se semper habet trahere, & ab igne non consumatur, quænam autem sit hæc materia temporibus nostris forsitan non est manifesta, sicuti erat antiquis, sicuti multa nobis nota modo sunt, quæ non fuerunt antiquis.

De ignis nostri vsualis existentia non dubitatur, sed dubitatur solum an ipse sit ex forma substantiali, & materia compositus, an verò sit tantum accidens, quia nunquam est sine substantia, eo quia est cum flamma, aut fumo, aut ligno. Cardanus autem dixit non esse elementum, sed quoddam mixtum, in quo prædominetur ignis. Alij autem ne multiplicarent formas substantiales sine necessitate, dixerunt ignem esse tantum quemdam excessum caloris euaporantis humidum rei, non autem formam substantialem; quando autem ex igne ignis accenditur, est quia inde recedit pars aliqua illius humidum euaporantis, qui habet illum excessum caloris, & se insinuans in aliam materiam ibi eundem inducit caloris excessum, qui etiam euaporare facit humidum, & sic dicitur ignem producere. Iusta autem maiorem densitatem in euaporatione illius humidum per calorem rarefacti oritur color ille magis, vel minus rubeus. Ita existimauit primo metheororum cum alijs P. Cabeus, & hinc dicit oriri, quod in cineribus non possit ignis conseruari, eo quia ibi non est humiditas euaporabilis.

Verum opiniones istæ tamquam noua figmenta contra mentem rectè sentiētium reiiciūtur. Quo ad primum enim nequaquam ignis accidens dicendus est, quia sine subiecto non est, nam forma leonis, forma aquæ, & terræ, &c. sine subiecto non sunt, utpotē materiales, nec possunt esse, & tamen accidens non dicuntur, deinde cum & ipse ignis maximè actiuus, & operatiuus sit, substantialis erit

forma, quia substantia est prima radix, secundo, quia sic daretur occasio manifesta ad negandas omnes formas substantiales, & dicere tantum subiectum, scilicet materiam cum solis qualitatibus esse totum, & sic nullam aliam formam substantialem, neq; in mixtis esse, vnde conformamur cum opinione Galeni nō admittentis formam substantialem, sed tantum aggregatum, & temperiem primarum quatuor qualitatum, & cum veteribus opinantibus tantū materiam esse substantiā contra quos disputavit Aristoteles, aliter enim dici posset aquam adhuc esse temperiem primarum qualitatum, in qua prædominatur frigiditas, & sic de singulis, ergo dicendæ sunt substantiæ. Deindè potest in aliquo subiecto maximus induci calor, & res euaporare, & tamen non ibi esse ignem, vt si quis vas vitreum, aut æneum soli, aut igni exponatur, euaporabit, & calefiet maximè, nec tamen ignem habent, nec concipiunt; & è contrà aliqua ignem concipiunt, & tamen non euaporant, nec consumuntur, vt diximus supra de materia lucernarum incombustibilem, ergo ratio euaporationis non obstat, & signum est aliam esse formam substantialem ignis, ad quam calor euaporare faciens, & exsiccans consequitur tamquam accidentia propria, & ad ipsorum introductionem vtpotè dispositiones cōsequitur postea forma ignis. Insuper quod ignis nocte semper humiditatē depascat, provenit, quia, vt dixit Aristoteles, ignis hic non retinetur ne sursum ad locum suum auolet, nisi per modum aggenerationis, aggeneratio autem semper requirit subiectum, & materiam. Vel dicam retineri hic pro necessitate pugnæ, & belli, propter quod hostem quem expugnet, requirit.

Vtlius probatur ignem nō esse tantum excessum caloris in materia combustibili, vt vult Tassonius, quia quantumvis intendatur, nunquā comburet, nec destruet, aut generabit res, sed tantum calefaciet corpora, & disponet ad corruptionem, vel generationem substantiæ, quia vt in physica ostenditur, accidens nequit de se substantiam producere, ignis autem noster generat, & destruit alias substantias, ergo nō est accidens. Deinde si Sol, & Astra ob excessum caloris quem habent, à Tassonio ponuntur substantiæ igneæ, multo magis ignis, in quo iste caloris excessus in summo maior inest, dicendus è substantia. Deinde nulla videtur ratio distinguendi ignem nostrum ab elementari, quia quod maioris caloris sit iste, & aliqua etiam accidentia habeat, hæc omnia habet non qua ignis est, quia

utriq; conueniunt eadem qualitates propriæ ignis, sed ratione materiæ, in qua existit, quod autem ignis elementaris, nec luceat, nec indigeat pabulo, non habeat excrementa, cineres, aut carbones non relinquat, hæc omnia, vt ostendi supra ex puritate tantum, & materiæ diuersitate, in qua est, proueniunt, quæ non arguunt distinctionem specificam essentialem, sed tantum accidentalem, de qua diuersitate intelligendus est Aristoteles 5. Topicorum, dum dixit, non est vna species ignis; nam diuersum est carbo, flamma, & lux specie, tunc enim tantum ponit diuersitatem inter materias, quia carbo est materia terrea, flamma ex materia aerea, lux verò quando materia est nimis depurata.

Reperitur quidem ignis noster semper in materia aliena forma informata, quia non semper ignis habet destruere res, sed manet intra poros ipsius rei, & solum habet expellere, & consumere corpuscula illorum pororum, & aliquando dum est in toto corpore, quando est forma ignis, ibi nequaquam est alia forma substantialis ligni, sed hæc corrumpitur, & desinente forma ignis, quia non habet ibi pabulum, & hostem, vt retineatur pugnans, acquirit denuò res formam cineris, aut carbonis, quæ forma aduenit ratione dispositionum, & accidentium, & materiæ permanentium, quæ in ignem conuerti non potuerunt, ad quæ forma cineris consequitur, aut carbonis &c. fumus autem est humiditas illa nimis tenuis, quæ statim dispositiones contrarij sentiens auolauit, & fugit, lux autem causatur tunc ab ipso met igne existente in materia proportionatè opaca.

Dubitatur circa ignem nostrum cur sursum non sphæricè, sed pyramidaliter ascendat.

Communis responsio est, quia facilius per hanc figuram aerem scindit, & per lineam magis rectam, & quia vnumquodq; suum locum petit per lineam breuissimam, ideò non sphæricè dilatatur, sed pyramidaliter sursum auolare facilius, ac breuius conatur &c.

Quæritur etià cur ignis noster cineribus coopertus conseruetur.

Respondetur rationem esse, quia cineres raritatè habent, & ideò aer circumstans benè subintrare potest, itaut carbones propter refrigerationis defectum non extinguantur, cum enim suffocatorium ponitur supra carbones, ita quod nulla respiratio possit pertingere ad ipsos, calidum reflectitur in se ipsum, & fortificatur, fortificatum autem resoluit humidum subtile, & consumit ipsum, & remanet
gros-

grossum, quod est ineptum ad nutriendum ignem, ipso autem humido subtili resoluto, & consumpto, ignis consumitur ex pabuli defectu. Ignis ab aqua marina, minus quam ab alijs aquis extinguitur, quia hæc est crassior, & pinguior, crassities autem potius est pabulum ignis. Nota etiam, quod licet ab igne sudor causetur, & tamen experimur maiorem ignem minorem sudorem prouocare, quam minor ignis. Hoc prouenit, quia multum ignis dissipat humidum excitatum in ipso corpore, & sic exsiccans sudorem materiæ assumit. Hi qui nimis frigent repentino calore, & calido intenso calefacti dolorē sentiunt; quia actio facta statim de cōtrario in contrarium violenta, & resistitiua est, & secundum quod resistit contrario, patitur. Quomodo autem possit ignis cum vitro, aut speculo accendi, prouenit ex vnione radiorum solis facta per reflexionem, aut alio modo.

Admirabiles quidem ignis proprietates experientia satis demonstrat, quidam enim sunt ignes omni re inextinguibiles, alij tantum vna re, & non alia, quod tantum refero in diuersam naturam illorum ignium, & oppositorum extinguentium. Quædam alia materia igni disponitur, vt Sole accendatur, quidam etiam sub aqua ardent. Pro quibus hæc tantum apponere volui. Recipe aquam vitis optimam, & tartari calcinatione misce simul, & fiat sicut pasta, quam ter distilla, semper aquam cum facibus miscendo, & incorporando, & stillatum erit aqua potentissima, quæ ter in die mutari debet à vase in vas, quia illam sustinere non valet vna ampulla; in hac aqua si ponatur colifroniæ, & canforæ, & aliquantulum calcis viuæ, & sulphuris quanta erat ipsa pasta, fiet materia ignijs aqua inextinguibilis. Plura ponere non audeo.



P A R S S E C V N D A.

De Aereis.

HVc vsq; quæſtionem fecimus de Igneis, in ordine procedimus ad Aerea. De aeris natura, proprietatibus, altitudine, & motu, egimus ſupra in tractatu de elementis; nunc tantum de meteoris in aere apparentibus erit noſtra quæſtio exagitanda.

Pro intelligentia autem ſciendum, colorum (vt docet Ariſtoteles lib. de ſenſu, & ſenſibili) duo eſſe genera, vt ſupra inuimus, alij veri, & iſti in corpore mixto reperiuntur, de quibus ſupra egimus. Alij proueniunt ex reflexione luminis, qui dicuntur adumbrati, & apparentes, qui celeriter fluunt, & euaneſcunt, de quibus hic, & lib. 3. cap. 2. & libro de coloribus (ſi ei uſeſt liber ille) egit Ariſtoteles.

Circa apparentes colores dicendum primo eſt, non aliter oriri, niſi ex admixtione luminis cum opaco, & ex diuerſo modo, quo lumen cum opaco attemperatur, oriuntur diuerſi. Totum hoc primo ſuadet experientia in vitro triangulari, & in vitro puro (nè dicatur prouenire diuerſitatem colorum ex diuerſitate ſulphuris tantum) videbis ſi ante oculos ponatur tale vitrum, ratione luminis tranſeuntis per vitrum obiecta circumſtantia Iridis colore, ibi enim videtis radios luminosos tranſeunt per partes ſubtiliores vitri, quia parum opacantur, colorem non facere, ſed puros ad oculum venire, at verò radij tranſeunt per partem craſſiorem vitri opacantur, & tinguntur ab illa opacitate in colorem croceum (qui color primò etiam apparet in magna medicina philoſophica, quia tunc incipit materia medio calore congregari, & opacari magis, ſecundò apparet rubea, tertio nigra) qui per craſſiorem vitri partem tranſeunt, purpurei, qui demum per maximè opacas partes cœrulei. Si exhalatio, in quam impingit lumen, & nimis aduſta in ſuprema regione aeris, oritur color ſanguineus, croceus, & purpureus, cum autem nimis terreſtris, & denſa apparet obſcura, quia lumine non penetratur, & vltèrius iuxta variam nubium diſpoſitionem, variæ generantur colorum figuræ, dicuntur autem, & merito colores aliqui apparentes, quia non eodem modo oculo diuerſimodè ſituato apparent, nam

Quomodo
colores ap-
pa-êres ge-
nerentur.

nam oculo, qui primò constituebatur in puncto A; & radij ad ipsum peruenientes per tales partes causabant istos colores, cum non amplius per easdem partes transeant secunda vice, non idem, vt primi, oculo illi apparebunt colores; cæterum in se ipsis semper eodem modo se habebunt colores, & tales colores præcipuè causantur, quia transit lumen per tale medium, siuè oculus aspiciat, siuè non, hoc vel illo situ, & modo; Patet hoc, quia si phiala vitrea aqua plena soli exponatur in parte aduersa solis proijciuntur supra tabulam, sed cartam radij colorati colore Iridis, quod idem experimur contingere in vitris rotundis fenestrarum, in quibus cum partes vitri inæquales sint, diuersos causant colores.

Uterius sciendum obiectum, vt videatur, non requiri, vt medium sit illuminatum, sed sufficit si obiectum illuminatum sit, & ipsum, transmittendo radios vsque ad oculum, illuminare medium; sic si sumus in obscuro loco v. g. cubiculo, & obiectum in se illuminatum sit, videbitur, & maxime iuuat si medium sit illuminatum lumine emisso ab obiecto. Sic in tubo longo oculo vno posito in parte strictiori tubi, & altero simul oculo absq; tubo si aspiciamus parietem, oculus aspiciens per tubum videbit colorem parietis magis viuidum, quia radij per tubum emittuntur à pariete illuminato. Et propterea veteres quidam Astronomi per tubum quemdam aspicientes clarius videbāt obiecta, & Venerem contēplati sunt cornutam esse &c.

Materia igitur horum colorum est vapor, & exhalatio. Causa efficiens est lumen. Locus in quo efficiuntur colores, est aer, & aqua. Totum hoc patet, quia color sit (vt innui) ex admixtione luminis cum opaco, sed vapor, & exhalatio sunt opacæ, ergo admixtæ lumine causabunt colores.

Potest secundo fieri color per transuerberationem, quando posito corpore luminoso, nube verò media, oculus positus in imo, intuetur &c. vel per reflexionem factam ad nubem, vel exhalationem, quando scilicet stante corpore luminoso à latere, & opposita illi nube lumen ad nos transfunditur, vt à simili videre est in speculo. Quoad locum assignatum, patet, quia ibi reperitur materia horum colorum.

Sydera etiam colorata dicuntur, vel quia contrahunt ad se exhalationes coloratas per lumen, vel quia aliquæ stellæ verè in se coloratæ sunt ob materiæ variam densitatem, & opacitatem, sic Mars vide.

Quid requiritur vt videatur obiectum.

videtur coloris rubei; Saturnus plumbei; Iuppiter albicantis, & argentei; Venus rosei; Mercurius varij; & eisdem colores participant sydera fixa ob naturam, quam à Planetis participant.

Colores aerei varia portendunt, nam si sunt rubei, & ex materia terrestri ventos sterilitatem, & siccitatem, & tempestates in mari. Si nigri, & vaporosi pluuias inundantes, tonitrua, & fulmina. Hæc igitur de coloribus in communi dicta sint, nunc descendamus ad colores in particulari.

C A P V T P R I M V M.

De Fovea, seu Hyatu alijsq; spectris, & imaginibus in aere apparentibus, de Parelyis, & Corona.

Foveam fieri dixit Aristoteles, si accensa fuerit tota aliqua exhalatio claro, & splendenti lumine, & congregentur vapores, ita ut circumdent lumen, & in medio sit densior materia, & in extremitatibus rarior, & extremitates non sint ita magnæ apparet fovea, & illud lumen dum circumobsidetur atro illo colore, videtur quasi ex profunda fovea exire; quia autem illa exhalatio illuminata parum accensa refugit ab atro illo colore, ideo aliquando quasi trabs decidere videtur, dum separat se à vapore illo densato.

Hanc trabem cærulei coloris Licij, pluries observatum est, lacus exsicasse. Si huiusmodi foveæ extremitates latiores sint, vorago non fovea dicitur.

Trabs, quæ ignea decedit, à voragine est, non à fovea, quia vorago quæ obscurior est fovea, quia maiorem indicat habere suæ materiæ crassitiem, & densitatem, exhalatio habet maiori impetu moveri, & ad contrarij intensioris præsentiam intendi in calore, & consequenter facilius habet accendi, non sic in fovea, ideoq; foveæ trabs non semper videtur accensa, sed albicantem, & subcæruleum habere colorem.

Trabs accensa voraginis, siccitatem, ventos, & morbos significat, cum alteratione humorum animi, ratione illarum exhalationum sulphurearum. Et quod hoc modo fiant fovea, & vorago, demonstrat exemplum picturæ, nam dum pictores in eodem plano ostendere volunt profunditates aliquas, ut antrum, vel foveam illa pingunt, appo-

apponendo album, ac splendidum colorem circa caeruleum, aut nigrum.

Accidunt hi colores manè, vel vesperi, & noctu, quia in meridie Solis calor non facit vapores in vnum concrefcere, vel quia lumen Solis abscondit lumen materiae foueae, tempore sereno, ac quieto fiunt, quia aeris agitatio materiam non permittit concrefcere.

Fieri possunt huiusmodi colores foueae, etiam per lumen non tantum Solis, verum etiam Lunae, aliorumq; planetarum, & stellarum, sicuti fit color in Halone, seu Corona &c.

Montes autem apparent, cum aer illustratus ab aere obscuriore cingitur, nam nigrum ambiens recessum quemdam representat.

Armati homines in Aere. Quomodo.

Præter assignatos colores, mirabiles sunt illi, qui homines armatos, equos, currusq; representant. Item tubarum auditi sunt sonitus, & armorum strepitus, sic post bellum inter Persas, & Carthaginenses in loco pugnae (vt refert Pausanias) sequentibus temporibus armorum strepitus, hinnitus equorum, & pugnantium hominum clamores singulis noctibus audiebantur. Item 1599. visæ sunt Asterlodami in ipso aere, paulò antè Solis occalum, nauium pugnae impressiones hostiles representantes, hos victos, & illos victores, hoc milite hominibus per duas horas insipientibus &c. Quod idem accidisse prius habetur ex Scriptura Machabæorum secundo, vbi dicitur per totam Hierosolymam auditos esse armorum sonitus, apparuisse armatos milites, & equites discurrentes auratas stolas habentes. Quid dicam? hoc anno 1653. (quo hæc scribo) annūciatum fuit, apud Turinum in oppido Fregaroli apparuisse armatum exercitum, in medio portantem cadauer cum sonitu tubarum, & à tergo sequebantur currus multis pleni hominibus mortuis, qui portabantur ad flumen, hoc septem testibus, alijsq; fide dignis testificantibus.

Ex qua causa armati homines appareant in aere.

Circa causas istorum assignant multi pro causa naturali ipsam nubiū dispositionem [ad luminis reflexionem, aut refractionem, propter quod diuersas etiam nos obseruamus in aere figuras, vt etiam in fumo videmus diuersas aliquandò representare figuras, ob variam ipsius dispositionem, quoad situm, & densitatem, & illuminationem. Sonitus autem causatur, vel ex motu, vel ex collisione nubium, vel ab exhalationibus, & spiritibus tenuibus intra nubeculas illas contentis, qui suo motu murmur tympanorum representant.

Di-

Dixerunt alij fieri à syderum vi, itaut gladij fiant à syderibus en-
 sis Orionis, Milites ab Hercule, Naues à Naui, & alia ab alijs
 constellationibus, quæ iuxta variam sui dispositionem, & situatio-
 nem in Cœlo habent attrahere, & disponere quoad situm ipsas
 exhalationes, & illas figuras causare &c. Fateor rationem illam
 maximè viæ naturali congruere, at quis vnquam persuadere sibi
 poterit cum tanto ordine, & motu, & exercitu omnia hæc, &
 cum tali nostrate armorum genere, & pugnandi vsutam exactissi-
 mè naturali via posse contingere? magis falsum est, quod dicunt
 Astrologicè, quis enim credit huiusmodi arma nostris temporibus
 inuenta, vt bombardas, timpana, tales enses, currus, & alia, quæ
 priscis temporibus non ita erant, tales habere in Cœlo figuras?
 & deindè esto aliquæ constellationes habeant figuram similem
 his, non tamen omnes eam habent. Et esto omnes habeant, quis
 sibi persuadebit omnes constellationes posse simul concurrere eo-
 dem tempore, vt quælibet tunc attrahat vapores, & efformet hu-
 iusmodi figuras. Quarè cum communiori sententia dicendum, fieri
 diuino beneplacito opere Angelorum ad multa futura prodigia de-
 monstranda, propter quod rogabant Hierosolymitani monstra illa
 in bonum conuerti, & tunc acciderunt seditiones Populi, Urbis de-
 uastatio cum cæde 80. millium Ciuium, & plurium captiuitates. Si-
 milesq; apparentiæ præcesserunt bellum Ciuile Marij, & Sillæ. Vel
 potest fieri Dæmonum ope, aut dicendum fieri ope animarum pur-
 gantium militum, & equitum præteritorum, & eo loco mortuo-
 rum, si fiant hæc transacto bello, si ante bellum, fieri dicimus, vt
 ostendatur ibi prælium futurum.

Quid igitur huiusmodi impressiones significant, non nisi malum
 cogitandum potius, quam bonum, iuxta varia Dei decreta, & nil
 determinatum dici potest, cum Dei iudicia sint imperferutabilia.

Corona, seu Halo.

Est ille circulus, qui circa Solem, Lunam, aut Astra coloratus, vel
 albicans apparere solet, vnde & area dicitur. Hanc fieri habemus
 hoc modo ex Aristotele. Cum nubes, seu collectio vaporum leuiter
 addensata in orbem sparsa illustratur ex reflexione, vel refractione
 luminis, & quia nubes illa rotunda est, æqualiter feritur à radijs, &
 circulum facit circa illa astra, aut planetas. Notandum autem ex
 eodem Aristotele materiam debere esse æquabilem, & ex minutis
 par-

partibus compactam; & æqualitas ista, & leuigatio non debet esse perfecta, quia sic exprimeretur in ipsa imago, & figura Solis; sed sufficit aliqualis æqualitas, per quam habeatur exprimi lux, non verò representari corpus luminosum; eo modo, quo si minutissimas quasdam speculi partes inter se contiguaremus, haberent lucem representare, non autem effigiem corporis luminosi. Formæ rotunditas oriri potest, vel ex æquali reflexione, vnde circulus, aut semicirculus oritur, vel quia astra illa (quia in se rotunda sunt) talem in nube imprimunt sui imaginem, & tale circulariter immittunt lumen in nubem causantem coronam; quod multò magis dici debet, quia videmus coronas, quæ fiunt circa Lunam non plenam, non completum circulum facere, sed tantum semicirculum; & deficit ex illa parte, qua Luna caret lumine; vel deficere potest corona ex defectu materiæ in ea parte, vel quia in ea parte incipit nubes dissolui, & consequenter lumen apparens non habet. Propter hæc vltima dicta probabilissimum reputo fieri coronas circularis figuræ nō semper, quia hanc circularem figuram habeant in se nubes huiusmodi coronæ facientes, sed accidere re potest illa circularis figura in nube, etiam non circulari, tantum per representationem corporis illuminantis circularis, & sit tantum circularis in esse representatiuo; eo modo, quo speculum quadratam, circularem, aut oualem figuram, non quadratam, sed circularem, & oualem ostendit, & Theologi dicunt speciem Creatam, Deum increatum, vt increatum in esse representatiuo continere &c. Differt Iris à corona, quia corona est circum circa Solem, Iris in opposito. Item colores Iridis inuerso ordine sunt, ac in corona, & corona minor Iride, & sæpè rotunda, Iris autem circulum non complet.

Coronarum magnitudo incerta, alij enim nunc maiorem, nunc minorem obseruarunt Coronam. Hoc tamen notandum, quod corona quò altior, quia leuior, ideò rarior, ac proindè maior, quia res quo rarior eo maiorem occupat locum, & quia quo altior eo maiorem habet vim, & impetum ob propinquitatem se diffundendi in gyrum circuli luminis, vt à paripater in lapidis proiecti in aqua circulis &c. Dicunt Iridem esse duplo maiorem corona, & Diametrum coronæ esse graduum 45. & semidiametrum Iridis idem, sed hoc absq; fundamento, quia vt dixi corona nunc maior, nunc minor; sicut & variabilis est Iris &c.

Color coronæ circa Lunam obseruatur albicans, vel subniger ob tenuitatem luminis Lunæ in penetrando, vt opacentur radij luminosi.

Circa Solem autem videri possunt coronæ varij coloris, verum hoc, vt plurimum dictum sit, nam etiam visæ sunt circa Lunam coronæ varij coloris, vt se vidisse testatur P. Cabeus tomo tertio.

Sæpissimè oriuntur circa Solem; quod totum prouenire potest ex diuersitate materiæ, in qua lumen impingit.

Circa Solem ergo facilius apparent coloratæ, quia vis Solis potentior simul cum vaporibus habet attrahere sursum exhalationes terreas plures, quibus vniti vapores magis opacantur, & ratione opacarum partium diuersarum, diuersi apparent colores impingente in ipsos lumine, hæc autem vis non tanta est in lumine Lunæ, in virtute trahēdi, sed ratione suæ naturæ similis, quæ humida est, semper humidos vapores trahit, exhalationes verò paucas, ideo minus opaca est ipsius materia &c.

Cum corona habet diuersos colores, apparent illi ordine inuerso, ac in Iride cernuntur, cum verò est vnus tantum coloris, lux videtur clarior in interiori ambitu, languidior in externo, quia in medio, in quo incipit luminis actio, fortior est. Eo modo quo videmus vehementiores esse circulos circa lapidem in aqua proiectum factos, quam magis à centro lapidis proiecti distantes, qui paulatim incipiunt languidescere, & debilitari.

Colorata corona visa fuit circa Solem, quādo Augustus ex Apollonia reuersus Urbem intrauit, & hoc idem testatur Plinius, & Cardanus de subtilitatibus cap. 70. accidisse eo anno, quo Carolus Imperator coronatus fuit, quod etiam se vidisse testatur Picus Mirandulanus.

Quoniam autem plures simul Irides accidere conspiciamus, dubitatio insurgit, an etiam vna tantum, vel duplex apparuerit, vel apparere possit corona.

Pro solutione dubitationis (si experientiæ stare velimus, & quantum nos in pluribus vicibus, & alij amici professores obseruauimus) vna tantum visa est, tam circa Solem, quam circa Lunam corona, Fromondus tamen duplicem se vidisse testatur. Geminat (inquit) quandoq; Halo, nam, & nos duplicem lunarem vidimus: & antè triumuiratum, triplicem circa Solem apparuisse narratur, & quidem

dem impossibile non est, quia per similitudinem Iridis, vna esse potest per reflexionem ipsius luminis primæ coronæ in aliam nubem proximam, atq; dispositam, vel per refractionem.

Ultrâ has, Coronæ circa lucernas apparere solent, quæ proueniunt à spiritibus ab oculo prodeuntibus, qui repelluntur ad illam partem, & corneam tegentes coronam faciunt, quam putamus à lucernis causari, propter quod in oculis lachrymantibus, & humidis facilius istæ accidunt. Vel proueniunt, quando circumfusus aer, vel ex delatis humidis euaporationibus, vel ex tepentium aquarum humidis halitibus (vt contingebat in balneis antiquorum) ractus fuerit humidior, & crassior; lucernæ suum lumen effundentes eodem modo totum illum aerem vaporosum illuminat, tunc radij illi, qui rectè ad oculum deferuntur, ferunt lucernæ lumen, illi autem radij, qui circumquaq; disseminati sunt, transeuntes per vapores ab illorum opacitate colorantur, & dum aspiciuntur sub tali obliquitate, talem referunt colorem, atq; coronæ figuram.

Coronæ, & si propè sydera coronata esse videantur, indè tamen quam maximè distant, imò coronæ locus, nec etiam esse potest suprema regio aeris, quia vapores illi rari non possent ibi consistere, sed corrumpere, & dissoluerentur à nimio illius regionis calore. Neq; in media regione aeris, quia ibi ratione frigoris vapores deberent addensari, & cōcrescere, nec essent in materia rara; quapropter communis est omnium opinio fieri in infima regione, & antequam vapor ascendat in locum frigidum, vt docet Albertus Magnus cum Aristotele dicente coronas frequentius propè terram fieri, & in locis humilioribus, qui à ventis sunt tranquilliora, ergo significat locum coronarum nimis propè nos esse.

Tempus quo coronæ apparere solent indeterminatū est; videntur enim hyeme, æstate, vere, & autumnō. Vidi ego anno præterito 1652. mense Augusti hîc Bononiæ hora 18. circa Solem coronam durantem per vnâ horam albicantis coloris cum aliqua cæruleitate. Lycij in Hyeme 1651. noctis hora vidi etiam coronam propè Lunam eiusdem coloris, nec tantum nocte, sed interdiū visæ sunt. Autumnō, & vere, cum calor, & frigus sint temperata pro elevatione materiæ proportionatè non nimis crassæ, nec subtilis, frequentius proindè accidunt. Notandum tamen in regionibus frigidioribus coronæ de die circa Solem frequentius accidere in meridie,

quia vapor tunc non ita crassus ascendit, sed subtiliatus à vi caloris, & sic fit materia proportionatè subtilis, quæ est materia apta coronæ. In regionibus autè calidis, qualis est Apulia, de die nō in meridie accident, quia vapor nimium subtiliatur vi maioris caloris, & sic sursum ascendit, & nullam habet aliqualem aptitudinem, & proportionem ad lumen recipiendum, & efformandam coronam, ideoq; accidunt coronæ in his locis, aut propè horas matutinas, aut vespertinas, quia tunc calor Solis est moderatè calidus; In hyeme verò in meridie. Autumno verò, & vere propè horas meridianas, sed vt dixi consideranda est qualitas frigoris, aut caloris regionis, in qua fiunt, & qualitas calida, vel frigida illius temporis.

Cur fiant
tempore
sereno non
ventoso.

Fiunt coronæ aere sereno, quia vento flante vapores non fiunt, vt effigientur, sed dissipantur, sicuti videmus in aqua immota proiectum lapidem plures, ac maiores facere circulos, & propter hoc docuit Aristoteles loca coronis proportionata esse loca à ventis remotiora, & tranquilliora &c.

Ex quot
causis co-
rona possit
corrumpi.

Corrumpitur, & destruitur corona, vel ratione astri illuminantis, vt dixi de Luna, cum apparet dimidiata, vel ratione materiæ, quæ vel dissoluitur in aquam, vel flatus, vel adensatur cum alijs partibus, & sic minorem locum occupans, relinquit primum locum, vel dispergitur à superueniente vento versus illam partem insufflante.

Quæ obser-
uanda in
prædican-
do per co-
ronas.

Præfagientes, ac prædicentes effectus per coronas, obseruanda prius diligentissimè sunt tempus, cuius astri sunt, magnitudo, color præcipuè, & duratio &c. & an integrum, vel dimidiatum faciant circulum. His igitur consideratis, primo ex Theophrasto habemus cap. de ventorum signis; Coronas Lunares magis indicare ventos, quàm Solares, quia materia circa Solem coronata crassior est, ac humidior, aliter Solari calori non resisteret, ne dispergatur, & euanescat. Lunæ autem (vt potè minoris vis) est subtilior, ideo lunares ventos indicant. Sic æstate anni 1652. post solaris coronæ apparentiam albicantis coloris cum aliqua cæruleitate, tam magnæ fuerunt aquæ hic Bononiæ, vt fluuij eruperint, & per vias Ciuitatis aquæ instar fluviorum fluxerint, & hoc per multū tempus, ita vt vix fruges trituri, & vix colligi possent, quod totum demonstrauit coronæ duratio, & magnitudo, adiuta etiam in hoc à solari parelio eiusdem anni, & à Solis eclipsi celebrata in signo aqueo.

Lunaris taliter consideranda est, vt si ex vna parte euanescat, ex

ea in qua euanesceit, & coronæ pars dissipatur, iade ventos expectandus; quia signum est in ea parte materiam nimis subtilem esse, & consequenter in ventos, & flatus transmutabilem, etsi à septentrione materia euanuerit, & dissipata fuerit, erit Aquilo, si ab Occidente Fauonius; si in pluribus partibus simul lacerata, & disrupta fuerit, tempestates significat, quia halitus illi ex varijs partibus inter se pugnant motu.

Cum inspissantur coronæ pluuiam, aut niuem significant.

Insuper cum in varias partes non dissipatur, nec attenuatur, vt euanesceat, sed suam naturam recipere cogitur, pluuiam significat, quia cum eius natura nubes sit, cumq; multum in eo statu persistere non possit, necesse est in aquam dissolui.

Coronæ nigriores certiora sunt signa pluuiæ, quia signū est materiam esse crassiozem, magis propinquam pluuiæ. Coronæ Solis vespertinæ præcipuè in hyeme, idem significant, quia tunc potest materia addensari, & in aquam concrefcere per frigus adueniens notis. Si autem coronæ non distrahantur, sed æqualiter euanescent in se ipsis serenitatem important, quia materia illa, nec in pluuiam concrefcit, nec in flatus delabitur &c.

De corona lunari sic habemus ex Ptolomeo, si vna fuerit pura, & paulatim euanesceat, serenitatem indicat, si autem duæ, vel tres hyemem; subrubræ vltra hyemem, ventos promittunt. Quod idem dicitur de alijs coronis, quia in illis signum est adesse multum terrei subtilis opacantis, vnde rubeus oritur color, qui in flatus dissoluitur &c. si nigræ aquas, si caliginosæ, & spissæ niues annunciant.

Iudicium
ex corona
lunari.

Coronæ aliorum astrorum, tam errantium, quam inerrantium (cum parvæ sint nubeculæ) non tantam habent vim, nec tam notabiles indicant effectus, sicut coronæ Lunæ, aut Solis. In iudicio autem istarum seruanda est eadem regula, sicut de alijs; sic de istis loquitur Cardanus nigra, & lucida Saturnina sunt, & pluuias, hyemem, ac tempestates significant orientales, martialia indicant tempora turbulenta cum tonitruis, fulminibus, fulgure, alijsq; igneis. Item furta, mortes, bella, aliaq; de natura Martis, prædationes prætarum, & incendia; Iouis si albicantis coloris; Veneris si rosei coloris; si varijs, Mercurij induent naturam.

Quid de
coronis a-
liorum
astrorum.

Si disruptæ ex parte, valdè magnæ comparatione syderis, aut planetæ, quia vt supra dixi parvæ, quædam nubeculæ sunt coronæ

ista-

istarum, si incipiunt turbari; diu durent, in varias partes disrumpantur, & maleficentur modo, quo diximus de coronis Solis, & Lunæ, iudica malum in rebus subiectis planetæ, aut astro domino coronæ; vt si Iouis corona maleficetur, iudica malum, & perturbationem in Legibus, Religioni, Religiosis, & Ecclesiasticis, ac iouialibus; si ex varia parte malefica, in pluribus partibus futura mala magna, & duratura iuxta magnitudinem, & durationem coronæ. Si bonæ, non maleficatæ contrarium dicti iudica, scilicet nouas bonas leges, nouos Religionis verè filios, & quidem iuxta magnitudinem, & durationem, bonum considerabile pronuncia; si Veneris eodem modo iudica in Veneri subiectis, vt Musicis, Pictoribus, Mulieribus, & Hominibus Venereis; si Mercurij in curialibus, negotiatoribus, viris studiosis, & Mercurio subiectis; si Martis in Militibus, Alchymistis, Ferrarijs, Viris sanguinolentis, & Martialibus; & sic per similitudinem discurrere de alijs, quod idem dic de coronis stellarum fixarum, & iudica secundum naturam Planetarum, quam participant dicta sydera fixa.

Cumq; coronæ parui quidam Cometæ sint, obseruandum est, in quo signo, & Coeli parte sint, erecta ea hora, qua primum apparent cœlesti figura, & ad similitudinem de Cometis iudica &c. Has enim impressiones (præter quam causas naturales habent, effectus istos causantes alteratione facta in corporis temperamento) solet etiam Omnipotens gubernator ad futura demonstranda illas adhibere, sic enim Augusto Urbem ingrediente coronam Solis præmisit (vt dixi) sicuti, & in Triumuirato.

Præter coronam explicandi veniunt parelij, & virgæ. Nomine virgæ intellige id, quod apparet longum protensum in modum longæ virgæ. Fit per reflexionem luminis Solaris in materiam exhalationum, & vaporum, quæ habet figuram directam, non arcuatam, alibi magis spissam, alibi raram, propter quod alibi apparet color viridis, alibi puniceus, alibi albicans, & alibi flauus, iuxta diuersam opacitatem materiæ cum comixtione luminis, ex quo oritur colorum diuersitas, vt supra tradidi; exemplum dat Aristotelis de aqua maris, nā si Sol ex obliquo feriat leniter superficiem maris crispatam videbitur aqua, quasi sulcis exarata, & videntur veluti quædam virgæ luminosæ, sed frequentes, prout vndæ luminosæ erunt, ita similiter facit Sol in vaporibus aeris. Nubes autem istæ, in quibus virgæ

apparent roridæ sunt, & facile in aquam dissolubiles.

Alio modo fieri possunt cum radij per angusta nubium foramina tenuiter, & parum distantes inter se diriguntur, & non procul positi sunt inter se, quos sæpè videmus ex nubibus erumpere; quam etiam luminis radiorum formam imitantur Pictores, dum Cœlum pingunt luminosum.

Rarò accidunt, & futuræ pluviæ sunt signa.

Fiunt ad latera Solis, non antè, vel post Solem, vt v. g. si Sol sit medio Cœli, latera sunt Auster, & Boreas, & si Sol in dextera, & apud nos, virga est in sinistra, non autem apparent supra Solem, v. g. Sole existente in ortu, vel occasu, parelius, aut virga non potest apparere in medio Cœli.

Frequentior color virgarum est albus, & niger; hoc est fuscus, niger propter frigus comprimens, & albus propter subtile aqueum illuminatum.

Quoad tempus, rarò accidunt virgæ. Videntur in occidente frequentius, quam in oriente, nam Sol meridianum perlustrans ob vehementiam vaporum concretionem dissoluit. Flante tamen Austro, & aere vndequa; humido fieri possunt virgæ per totum diem. Vt plurimum pluuiam significare solent, securius tamen si sint ad Austrum, quam ad septentrionem.

Parelij Solis.

Frequentius solent accidere, & notabiliores sunt. Pareliorum nomine intelligimus illas Solis imagines, in quibus Solis effigies representatur.

Fiunt cum ad latera Solis ponitur nubes benè compacta, quæ proximè in aquam soluatur ex parte Solis diaphana, à tergo densa ad modum speculi, quæ per reflexionem Solis valeat illius imaginem representare, ita tamen, vt nubes, in qua parelius fit, non sit sub Sole, sed ad latera illius, & quidem non aliter parelios fieri dicimus, ac si ad Solis latera poneretur speculum, in quo Solis imago representaretur. Frequentes vnus tantum solet apparere Solis parelius; Verum dico ad vnum latus vnum, & alium ad alterum latus apparuisse, & testatur Cardanus, se hos vidisse tantæ claritatis, vt nesciret à vero Sole illos discernere, quos æquè dictum est factos fuisse per reflexionem Solis ad duas collaterales nubes. Item vidisse refert Auerfa Romæ anno 1622. 11. Februarij, in meridie tres Soles

Quomodo
fiant, &
quot mo-
dis possint
fieri virgæ.

Quomodo
plures simul
possint ap-
parere,

per

Distancia
pareliorum
à Sole.


per duas horas durantes, & sanè non tantum duos laterales parelios, verum etiam quatuor, & sex possibiles iudico ex reflexione vnius in alium, modo quo diximus de Iride, vel si nubes alia disposita sit, vt per Solis reflexionem ipsius representent imaginem. Duos Soles ante Christi aduentum apparuisse, narrat S. Augustinus, & ipso natiuitatis die tres, qui postea in vnum coierunt. Anno 1625. Regi Poloniae sex simul apparuisse refert Gemma. Anno 646. tres apparuisse, tradit Palmerius, & Surius anno 1514. Vitembergæ tres apparuisse narrat, & quod admirandum erat in singulis cruentus inerat gladius. Parelij non multum à Sole distantes esse debent, quia sic reflexio non daretur, quanta autem esse debeat propinquitas incertum est &c.

Apparent in omni loco, frequentius in partibus septentrionalibus, quia ibi ratione frigoris, & vaporum, facilius nubes concreseunt, & redduntur materia apta pro parelijs.

Parelij quā
do accidāt.

Omni tempore anni, & hora obseruati sunt parelij, sic P. Auerfa 11. Februarij in meridie Die 19. Iulij 1651. Propè Ariminum per mare Bononiam pergens cum Excellentiss. D. Hieronymo Aquauia Comite meritissimo Conuersani &c. secunda diei hora parelium obieruauimus coloris subrubri, & die 14. Augusti 1652. Bononiæ hora 22. alium quoque penè cærulei coloris vidimus.

Parelij in meridie apparētes facilius accidere possunt hyeme, præcipuè in regionibus frigidioribus, quam in æstate, quia hyeme Solaris calor non tam vehemens est, vt valeat materiam Pareliorum dissoluere, sicuti est in æstate.



A Parelijs coronas fieri difficillimè existimo, facilius fiet Iris, quia ista fit per reflexionem luminis opacati in nubem ad latera, quæ esse potest, vt si esset

Sol in linea ista, vt Sol sit A. Parelius B. faciet per reflexionem directam Iridem C. vt autem fieret Corona, deberet lumen subtus nubem immittere ad D. & E. quod non ita facile faciet.

Pareliorum significationes.

Circa Pareliorum significationes communis est vox apud omnes pluuias significare, propter quod Parelij Soles aquei dicuntur; verum antè significationem, videndus, & considerandus est Parelij color, nam si subrubrus est color, ex Ptolomeo venti significantur, si longos

gos

gos extēdant radios ventos validos, hoc idem v̄t supra annō 1651. obseruaui ego in Parello illo apud Ariminum, qui subrubrum præferebat colorem cum extensis radijs, & eadem hora mare quasi olla ebulliebat, & bullas instar ebullientis aquæ faciebat, & eo die in meridie adeo validus insurrexit ventus, vt penè Domus subuerteret, quod fieri poterat, quia ibi multæ erant exhalationes, & vapores, quæ in aquâ conuerti nō valebāt, sed in flatus &c. Alij apparent subnigri coloris, qualis fuit obseruatus die 14. Augusti 1652. qua hora pluuia cum magnis guttis, & grandine cecidit, vt Clerum impedierit ne in montem Virginis Assumptæ cum equitatu nobilium ascenderet &c. & hoc idem obseruatum est de parelijs huiusmodi coloris, quia materia illa magis addensata, & vaporosa in aquam conuertitur. Theophrastus addit, cum duo apparent Soles, & simul coronæ, celebrem indicant imbrem. Pluuiam item significat parelius ad Boreā situatus, quia ibi facilius vapores in aquam cōcrescunt ratione frigoris illius Regionis; in Austro autem ratione maioris caloris vapores in halitus calore subtiliati conuertuntur, nec in pluuiā concrecunt, & ita intelligitur parelius austrinus, hoc est Sole ad austrum pergente, & consequenter parelio in Borea posito, ita quod causa sit ad Austrum, vt parelius fiat lateralis ad Boream. Et propter hanc eandem rationem docet Cardanus parelios occidentis magis ostendere pluuias.

Quando v̄tos, & pluuiam significant.

Incerta alia prædicere ponuntur, & quidem ad magnū aliquod sæpè demonstrandum adhibuit in signum Dominus.

Tres Soles, triumviratum significare dicit Cardanus, & suo tempore significasse Imperia Caroli Quinti Imperatoris, Henrici Secūdi Gallorum Regis, & Solimani Turcarum Imperatoris, Cornelius Gemma noua fœdera, conspirationes clandestinas, aut alicuius dolo, vel vi destructionem ait significari, sic enim sex Solibus apparentibus Franciscus Gallorum Rex in possessionem venit Hispanorum, & pluries tres Soles ad Trinitatis Mysterium explicandum apparuerunt, qui in vnum coeuntes diuinæ Naturæ vnitatem manifestabāt. Et sanè dum sex, aut quinque videntur, non nisi aliquod magnum futurum iudicandum est; cum naturalis causa difficillimè possit hoc facere.

Dum sunt plures magnum aliquando significant.

Præter Solis parelios datur etiam Paralesenæ, hoc est, parelius Lunæ effigiem representans. Fit sicut Solis parelius, & non aliter!

Parelius
circa Lunā
quid.

Plures Lunas apparuisse, commemorat Pontanus, verum istæ raro videntur, & non nisi in Plenilunio, cum alio tempore sit imbecillior eius vis, vel fortè estò acciderint, cum contingant nocturno tempore visi non sunt, habent eadem significata, ac Solis parelij.

Colores nu-
bis diuer-
si quid indi-
cent.

Restant etiam explicandi colores in nubibus apparentes, cum videamus nubes albas, nigras, ac rubeas, alioq; colore tinctas, hos cōmuniter fieri dicitur ob lumen receptum in vaporibus, ibique quia opacatur, tingitur, illosque refert colores. Cur autem fiant hi, & non alij colores, causas assignavi in principio huius partis de aereis. Hoc tamen notandum accidere posse ut nubes, quæ à nobis tali colore videtur, v.g. rubea, alijs in alio loco positis appareat albicans, quia non per easdem nubis partes lumen ad oculum transfunditur, si igitur in oculo existente in puncto B. transfunderetur lumen per partes F. oculo autem in puncto P. per partes R. partes F. possent esse rariores, & sic lumen ad oculum perueniens in B. monstraret partes albicantes. Partes autem R. essent magis opacæ, & demonstrarent ad oculum in P. lumen coloris rubri, & sic per similitudinem aliarum &c. Vel si vnus aspiceret maiorem partem nubis appareret illi sanguinea; si autem aspiceret minorem partem, apparent illi colores flauī, quod à simili patet in lucernis, & vitro irradiato. Nubes rubicundi coloris, quando videntur per aerem, ventum potius significant, quia signum est vapores illos nimis tenues esse, multasq; habentes admixtas exhalationes, quæ non in aquam, sed ventum vertuntur, & quidem ex ea parte venti erunt, vbi videntur illæ nubesculæ sparsæ, ita ut si in meridie erunt venti meridionales, si in septentrione septentrionales, si in austro australes.

Cur color
aeris cæru-
leus.

Frequentior color in aere apparens est cæruleus, qui proprius est aeris, apparens præcipuè dum sincerus est, ac purus. Color iste provenit ex humidi profunditate, cum aliquali raritate, & indè color iste causatur, quia ob profunditatem habet aliquam nigredinem, accedit lumen, & redditur cæruleus. *Aurora quid sit.*

Aurora
quid.

Vlterius ratione vaporum, & exhalationum diuersi apparent colores, qui Aurora, & crepusculum dicuntur; quæ in matutino tempore apparent, dicuntur Aurora; quæ vespertino, Crepuscula &c. prima sunt ad partem orientalem, secunda ad occidentalem, cuiuslibet horis proprii. Aurora de qua variè fabulati sunt Poetæ, pro diuersa vaporum combinatione, & propinquitate, vel distantia à Sole di-

le diuersos producant colores, cæruleum, purpureum, roseum, &c.

Insudant Doctores in assignanda, quanta esse debeat Solis distantia ab orizzonti verticali, quando incipit illuminare vapores Auroræ. Ptolomæus, & alij dicunt distare G. 18. alij 19. alij 17. alij 24. & hæc vltima recepta est apud Astrologos dicentes distantiam 24. aut 25. graduum non tollere Planetam, vt influat in illam à domu aliqua, & experientia videmus Planetas, tantum distantes ab aliqua domu influere in significata illius domus. Cæterum probabiliorem reddunt experientiæ opinionem Ptolomæi; commune enim est inter Astrologos hoc dictum, Martem in ascendente cicatricem aliquam dare in facie, aut capite, & hoc obseruatum est etiam si distet 18. G. non tamen si 24. &c. Halitus, seu vapores illi illuminati altissimi esse debent, vt videantur à nobis, quia aliter non possent à Sole infra horizontem sensibilibiter, seu visibilibiter illuminari, cum terra sit sphærica, quod impedit visum. Verum quanta sit horum vaporum eleuatio nō potest determinari, quia sicuti nubes aliquandō altiores, aliquando non tantum ita vapores, aliquandō sunt in maiori, aliquandō in minori eleuatione, & sic licet obseruentur hodie in tanta altitudine, cras hanc non seruabunt, ideoq; non mirum si aliqui Doctores obseruarunt illos in hac, aliquandō in maiori altitudine. Et deindē cum Auroræ lux incipiat paulatim, vt etiam artificiosè paulatim apparentē ē mari cum face accensa Auroram surgentem immittatur in Theatris, & iuxta diuersam oculorum acie citius illam lucem prospiceret, qui perfectiores est organi visus, ideo incerta. Hinc habes etiam cur in principio Auroræ albicans appareat color, deindē rubescat, quia scilicet prius altiores, & consequenter subtiliores, ac propterea rariores illuminat vapores, cuius materiæ illuminatio alborem reddit; cum autem Sol magis assurgit supra orizzōtem, illuminat vicinos vapores, & consequenter etiam maximè opacos, & crassos, in quibus fit color purpureus.

Habes etiam ex hoc cur in Aurora, & serò in crepusculis Sol tantæ magnitudinis instar rotæ curri appareat, & rubei coloris.

Prouenit hoc, quia cum videatur tunc obiectum, scilicet Sol per medium magis densum, per quod transeunt radij visuales magis conuergentes, & vniti, & consequenter tendentes ad angulum maiorem, ideo ipse Sol videtur maior, propter quod occasionem sumpsit Hesopus (vt ostenderet Mundum sæpè relictis veris bonis, sua auditi-

Quanta esse debeat Solis distantia pro illuminandis vaporibus auroræ.

Ex alba fit aurora.

Hesopi fabula enigmatica.

tate ad maiora tantum apparentia bona ſe applicare) fabullandi; carnem olim ore carnem geſtantiem cum ad fluuium ſe proſpexiſſet, & carnem, quam ore gerebat maiorem vidiffet in fluuiio, vt minorem apparentem acciperet, veram reliquiſſe carnem, & vera deperdita remanſiſſe illuſum, vel quia in oriente, vel occidente collocato Aſtro radij obliquè incidunt, ſed quò magis obliquus incidit radius per medium denſum (ſicuti eſt medium, dum Aſtrum eſt in oriente, quia nò dū ſubtiliati ſunt aſtione aſtri vapores) eo reſractione eſt maior, conſequenter maius apparet obiectum, quia maiorem facit angulum.

Non apparent in meridie colores, qui in Aurora, aut Crepuſculo videntur, vel quia Sol meridianus magis calidus diſſipat illos vapores. Vel quia Sol in meridie maiori luce illuminat Emiſpherium, & ex omni parte lumen diſſunditur, & ſic æquè penetrat nubes, ideoq; non oritur illa colorum diuerſitas, at verò cum eſt in oriente, vel occidente Sol ex vna tantum parte lumen impingit in nubem, & ex alia tenebroſa remanet, & propterea redditur materia apta pro colorum diuerſitate, quia lumen vnde quaq; non penetrans admittit opacitatem, quæ requiritur ad colorum diuerſitatem.

Mirum exiſtimari debet, quod olim diei lux per totam noctem apparuerit.

Hoc prouenire potuit, vel ex reſractione nimia Solis ob magnam aeris craſſitiem, ſicut ait Theophraſtus nonnunquā antè Solis ortum videri radios Solis ob nimiam reſractionem, propter quod etiam exiſtens imago Solis in alio Emiſpherio videtur in noſtro. Vel dicendum prouenire lucem illam propter magnum aliquem Cometa tunc occurrentem, præcipuè ſi cauſatus ſit ex multarum ſtellarum in vnum combinatione, vel ex Paraleſene tunc occurrente.

C A P V T S E C V N D V M.

De Iride.

Iridis nomine arcum illum diuerſi colorem in aere apparentem intelligimus, qui ob ſui pulchritudinem merito Cæli decus, ac ob admirationem thaumantias meruit à Virgilio nuncupari.

Iridis multæ ſunt ſpecies, de quibus ſingillatim erit quæſtio. In præſenti autè de Solari Iride, qui de die conſpicitur, erit dilucidatio.

Dico

Dico igitur efformari Iridem, cum disposita nube torida per aerem, lumen à Sole ad ipsum diffunditur, ac quia in ipsa nube diuersae extant partes, aliae magis, & aliae minus crassae, esto sint eiusdem rationis (sicuti sunt in vitro triangulari) lumen ideirco diuersimodè opacatur in illis iuxta maiorem partium crassitiem, & propter hanc diuersam opacitatem diuersos causant colores. Dixi ego opacitatem, non densitatem, alia namq; est opacitas, & densitas, sic namq; videmus aquam in vapores attenuatam opacari, & Diaphaneitatem amittere, hanc verò contrahere, dum conerescit in aquam. Item Cristallum, gemmas talchum, aliaq; similia fusa, & rarefacta opacari, concreta autem diaphaneizari, non ergo idem est opacum, ac densum.

Conclusionem istam probō; primo, quia per hoc rem explico via ab omnibus concedenda, & difficultates fugit, an scilicet fiat per reflexionem Solis, aut refractionem, namq; pura refractione non colorat radios, sed tantum vertit in aliam partem, vt patet de radio refracto à corpore aequè plano, tum quia semper deberet ipse radius per refractionem colorari, cum tamen facta refractione radiorum in Halone, & in Lente vitrea non semper colorentur radij, neq; per reflexionem, quia reflexio simpliciter non colorat radios, nisi ex diuersitate materiae reflectentis, vt patet in Speculo, & in Pareijs, quae non semper coloratos emittunt radios, imò ipsimet aduersarij, praecipue Nyphus, sustinens fieri Iridem per reflexionem, dicit tamen in tantum colorari radios, in quantum transit per diuersas partes ipsius nubis.

Et quod modo explicato possit Iris contingere, ostendo primum exemplo Iridis in vitro triangulari contingente, dum enim radij luminosi transeunt per partes ipsius vitri minus crassas, & minus opacas, esto omnes sint eiusdem rationis, diuersos tamen produciunt colores ab illis, qui produciuntur transiens lumen per partes magis crassas, in quibus magis opacatur, similiter radij Solis transeuntes per circulos vitri fenestrarum, magis crassos alios producent colores, ac per alias minus crassos transeuntes. Idem experimur in Halone, collo Columbæ, & in coloribus, qui apparent in aqua, esto eius partes sint eiusdem rationis, quorum omnium colores fiunt ad similitudinem coloris Iridis, ergo optimè hoc modo explicatur Iridis efformatio. Hinc autem benè habes, quod non omnibus in diuersis locis

constitutis iisdem apparent colores, quia non per easdem partes lumen transfunditur ad ipsos oculos, non ergo est radius emissus à Sole, qui reflectens in nubem, aut refractus veniat ad oculum, sed est ipsemet radius, qui videtur coloratus intrà nubem, quia autem non habet hanc colorationem radius, nisi sub tanta penetratione, ideò qui hanc penetrationem non attingit illum videre non potest, propinquitas enim obiecti cum potentia non iuvat semper, imò aliquando impedit actionem potentiae, & inter sensibile, & sensorium requiritur debita proportio, ut possit fieri sensatio, contingit ergo radium illum obliquum, qui peruenit ad oculum in obliquo taliter, vel taliter videri, quia transit per talem partem vaporis.

Colorum igitur diuersitas ita se habet in Iride, cum enim vapores ita disponantur, ut rariores sint, qui magis altius, & in latum se diffundunt supra nostrum horizontem, & magis Soli primo apponuntur, & per actionem caloris radiorum primò in ipsos impingentium rarefactos, hinc lumen illos penetrans redditur puniceum. Vltterius protendens magis opacatur radius, & redditur viridis, & vltterius se insinuans, & in crassius opacatur maximè, & fit coloris purpurei, vnde falsum est id, quod aliqui dixerunt colores illos ideò in Iride tamquam in speculo representari, quia verè sunt in ipso Sole, qui in Iride representantur. Nam si verè huiusmodi colores essent, melius representari deberent in speculo, in quo exactissimè apparet Solis imago.

Vltra tres assignatos colores, scilicet primum puniceum, secundum viridem, tertium purpureum, apparere solet quartus, nempe flauus; quem ait Aristoteles contingere ex eo, quod colores iuxta se positi aliam subeunt apparentiam, sic puniceus iuxta viridem, qui tendit ad nigrum flauescit, & consurgit color declinans ad flauum, quod si hi duo colores puniceus scilicet, & viridis non essent contigui, non resultaret ille color.

Apparuisse aliquando totam nubem albam narratur, hoc iuxta dicta accidit ratione nimiae raritatis ipsius nubis, ac propterea cum lumen non possit opacari, neque potuit colorari.

Difficultatem præbet Iridis circulatio, cur scilicet semper circumlum dimidiatum conficiat.

Respondent aliqui fieri, quia verè nubes illuminata, & colorata ita circularis est, & ad eam formam disposita.

Verum

Verum incredibile est materiam illam circularem esse semper, & similiter non magis incredibile est nubem ita bene excavatam semper esse, ut dixit Seneca, & valeat ob hanc excavationem, tam perfectum ostendere semicirculum. Nequē quia terra sphaerica est, sphaericē assurgere debent vapores, in quibus fit Iris, ut dicunt aliqui, quia hinc sequeretur sursum ascendentes, sphaericam assumere naturam, cuius contrarium experientia constat de multis nubibus diversimodē ordinatis, & patet etiam in fumo. Modum igitur inuenio, quomodo resultet figura circularis in nube, siue rotunda, siue plana sit, meis concordantem principiis, & veritati.

Cur nubis
figura sem-
per semi-
circularis.

Dico igitur Iridis figuram circularem esse, siue Sol in oriente, siue in occidente sit, quia tunc partes roridæ nubis, quæ sunt Iridis subiectum, maximē ipsi Soli præsentantur, quia illi maximē opponuntur, ideoquē Sol tunc mittit radios directē in totum orizontem illi oppositum, qui ab illa nube operitur, cumq; orizon ad modum semicirculi se habeat, consequenter radij ad ipsum à Sole emissi tendunt ad modum semicirculi, & quia roridæ partes propē nubem ē directo Soli opponuntur, ille verō partes, quæ sunt propē terram non ē directo opponuntur, quia tunc Sol oppositus non respicit illam ē directo, ideo estò nubes plena sit in se, circulariter tamen coloratur tantum, iuxta partes orizontem circulates, non autem coloratur ipsa terra, aut tota nubes, quæ non opponitur.

Videtur autem Iris pedem habere in terra, & illuminationem, ac colorem propē terram, quia illa pars, utpotē orizontem claudens directē aspicitur à Sole, quod si Sol ab oriente, vel occidente sit eleuatus, tunc si accidit Iris circā orizontem non apparet semicircularis, quia in tali casu directius terra, quam orizon aspicitur à Sole, ideoq; nubes rorida circā orizontem manens magis occultatur, quia minus directē opponitur.

Vel supposita pro certo apud omnes hac circulari orizontis figura, supposita nubes rorida colorata in ipsū dispersa, si videnda est, necessariō vidēda est semicircularis, quia ad hoc, ut radius in tota nube penetratus, ac coloratus videatur, ut coloratus debet obliquari oculo, ut videatur tātum remotus ab illo puncto colorati, quod inspiciebat oculus positus in directum, nā si nubes supponitur plana, & color, qui apparet, & videtur debet esse æqualis, pars visa æqualiter distabit à radio directo, & à puncto, quo radius directus infigitur in eodem

pla-

plano nubis ad hoc, vt videantur per lineas ductas à centro oculi ad ipsum corpus visum, sed puncta in plano, quæ distant æqualiter ab vno puncto in eodem plano causant figuram circularem, vt de se constat, ergo &c.

Atq; hinc collige falsum esse oculum debere esse in medio intra Solem, & Iridem, ita quod eadem sit linea recta Solis, Iridis, & oculi, sed potest oculus esse multo obliquus, & positus oculus ex austro, Sole in occasu posset videre Iridem, quia in tali situ radius coloratus adhuc inspicere potest, cum coloratio non proueniat ab oculo, & radio, sed fit præcisè à radio in nube opacato, sicuti ergo positi ad Austrum Sole in occasu possumus videre radios Solis, ita possumus illos coloratos videre, tum quia accidit hoc frequenter, cum multi Iridem videant, & tamen non sint in eodem loco. Hoc quidem verum est, vt dixi, colores non eosdē apparere illis, qui in diuerso situ Iridem aspiciunt, cum radij visuales non transeant per easdem partes, proinde non eodem modo colorentur.

Gibbosus aliquando, ac curuatus apparuit Iridis circulus; hoc dicendum est accidisse, vel ex defectu loci, in quo erat Iris, vel ob nimiam propinquitatem oculi versus vnā partē Iridis, magis quam versus aliam.

Quomodo
apparere
possint due
Irides.

Contingit aliquando duas Irides apparere, & quidem vnā ad dexteram, aliam ad sinistram, Sole in medio constituto, circa hanc non est difficultas, nam eodem modo discurrendum de vna, ac de alia, quod difficile est, explanare quomodo in eadem parte duæ Irides potuerint simul apparere, vnā alterā ambiens pari, vndiq; intervallo, & ad vnius defectum alterā deficere, vt pluries, & Licij, & Romæ obseruauī.

In formatione huius secundæ Iridis modum inuenio conformem doctrinæ Aristotelis, & veritati, & sic discurre, radium coloratum in vaporibus primæ nubis transmittere imaginem sui ad partes exteriores, & vltimas ipsius nubis, si fortè in proportionata distantia à partibus exteris illius nubis reperiatur aliquod corpus vaporosum, quod habere possit rationem speculi, vel parietis, in eo pingetur imago radij cum illis suis coloribus, hæc autem colorata imago nequit videri ab oculo situato in primo loco, in quo aspiciebat primā Iridem, quia interponitur radius terminatus ad primā Iridem, & quia aliter non viderentur colores inuerso ordine, transmittit nihilominus corpus

corpus illud coloratum speciem illam vndequaq; potest ergo illam speciem transmittere ad aliud corpus specularē, & ad alium vaporem ex parte illi oppositum; ex isto, quasi ex speculo transmittitur ad oculum in eodem loco positum per aliam viam, & hinc apparet quomodo in uersis coloribus appareat Iris; scilicet primo purpureus, secundo viridis, tertio puniceus. Quoniam autem radius refractus maior apparet, hinc est secundam Iridem maiorem apparere. Ratione insuper vaporum, & necessaria obliquitate, & ut rationem speculi participet nubes illa, hinc fit ut Iris non videatur, nisi ad illam partem, in qua erat nubes refrangens radios, quare requiritur ad secundæ Iridis formationem ut vapor, seu nubes, in quam impingunt colores primæ Iridis sit in debita positione, & ad partem in qua potest transmittere species suorum colorum, & in qua ille radius potest facere angulum semirectum. Eodem modo si alia nubes specularis reflectens esset post illam assignatam, in qua facta fuit secunda Iris, causaretur tertia Iris, & hoc est, quod dixit Aristoteles per reflexionem, scilicet vnius Iridis, posse aliam causari, & hinc habes ad defectum primæ Iridis causantis alias duas, reliquas Irides evanescere.

Cur secundæ Iridis in uersis coloribus appareat.

Languidiores sunt colores secundæ Iridis, & magis tertiæ, quia cum longius protrahitur visio obiecti, languidius videtur.

Circa magnitudinem Iridis. Primo Iridis altitudinem metiuntur Geometrici graduum 45. ut pluries observatum esse testatur. Cardanus verò dixit esse passuum 700. estò aliqui dicant Cardanum dixisse milliariorum 700. quod si diceret falsum esset, tum quia Iris fit in nube rorida, & nubes non excedunt mediam regionem aeris, imò & infimam, quæ secundum communio rem sententiam est passuum 500. & in tanta altitudine Iridem se observasse dixit Fromondus, & hinc colligimus Iridis locum non transcendere infimam aeris Regionem, & frequentius accidunt in locis humidioribus, quia inde præstatur copia vaporum.

Quanta sit Iridis magnitudo.

Latitudine, seu extensionem ipsius Iridis eandem esse cum distantia à nobis, dixit Fromondus, nec istam se extendere ultra mediū milliare belgicum. Et vnā observavit Sole ad occasum accedente, quæ tantum ad 30. passus erat propinqua, & Albertus Magnus rorò (dixit) ultra tria milliaria videri.

Eius magna extensionis causa esse poterit, quia fit in aperto aere, ubi cum distantia sit magna, potest esse obscuritas colorationem

Latitudo quanta.

fans, quia quo vicinius est lumen, eo minus opacata apparet nubes, & radius minus videtur coloratus, ideoq; quo lumen est distantius, eo melius videtur, quod contingit in visione nubis, quæ non percipitur ab oculo nimis propinquo; verum si in nube nimia esset opacitas, posset etiam è propinquo colorata videri, cum stante opacitate adsit causa colorationis, propter quam rationem Iris artificiosè facta, vel in fontibus, vt videtur in Tusculo, vel in cubiculo aqua per scopum circum circa sparsa apparere potest minima, quia ab umbra cubiculi, vel loci in quo fit materia opacata, vel obumbrata redditur materia apta colorandi radios, & vt videatur è propinquo.

Tempus
Iridis.

Tempus Solaris Iridis propriè est ver, & autumnus, quia tunc vapores ascendentes possunt consistere, nec Solis calore nimis exsiccantur, hyeme, & ob aeris crassitiem Sol factus imbecillis valdè, & ob nubilum aerem, non valet arcus lucere, & apparere, nisi fiat in regionibus calidis &c. Qua autem hora accidat, cum Sol non debeat Iridis semidiametrum (quod grad. 45. statuitur) excedere, quia iuxta Solis eleuationem maior pars terra operitur, ideo dicendum in æstate in ortu apparere posset, vsq; quo non excedit Sol dictum gradum, & in occasu cum descendens Sol peruenit ad dictum gradum, illam possumus aspicere, vnde quantò minus gradibus 45. eleuatur aliqua regio, tantò plus de Iride videri potest. Minimum autem eleuationis Iridis est, quod sufficit si splendeat propè fines orientis.

Iris in nube
sicut clauus
in porta.

Mouetur Iris loquendo de verò, & proprio motu ad motum ipsius nubis in qua fit, namq; Iris cum ita in nube se habeat sicut clauus affixus in porta, & iuxta diuersam partium nubis dispositionem ipsa diuersimodè disponatur, non potest moueri, nisi ad motum sui continentis. Iste autem motus nubis fieri potest, vel per transportationem nubis in alium locum, vel per maiorem partem vaporum addentium primam nubem, vel per rarefactionem partium nubis, & demum ad variationem totalem nubis mutatur, mouetur, & variatur Iris, nec alius est motus Iridis, quam motus nubis.

videtur mo-
ueri ob so-
lum motu
oculi.

Aliquandò immota ab eodem loco nube, moto tamè ad diuersum locum Sole, vel oculo, videtur Iris moueri, quia non amplius transit radius per easdem opacas partes, per quas antea, nec radij visio diffunditur ad oculum per easdem partes, hinc oculis apparet Iris mota, hoc est illa prima coloratio, licet mota non sit Iridis materia. Iridis effectus varij assignantur, affert namq; oculis ratione colorum

um delectationem, ori dulcedinē cum ipsa apparente, quia tunc ros cadit, quæ est mellis materiā, apes maximè mellificare conspiciantur, & etiam naribus odorem, siquidem post Iridis apparitionem olentes sentiuntur quædam hærbæ, sic enim Cardanus lib. 4. varietatum Iride euanescente in æstate rosæ arborem iam arescentem maximum dixit expirasse odorem. Hic autem notandum odores istos expirare maximè in æstate, & ab olentibus arboribus, non tantum autem in alio tempore; cuius ratio esse potest, quia cum odor proueniat ob humido benè concocto in sicco locato, & Iridis ros benè concoctus sit medio Solis calore per radios in ipsam nubem, hinc cadens in terram, vel arborem siccum emittunt odorem, eo modo quo videmus, sæpius propter aquam supra terrā siccā æstate cadentem, si moderata sit, odorem expirare terram.

Odor vnde proueniat.

Commune, ac vulgare dictum est Iridem matutinam pluuiam significare, vespertinam verò serenitatem, quia in matutino ortu Sol vapores suo calore diuertit, verum in hoc ita ego discuro, & vniuersalem do regulam ob experientias, si Iris contingit antequam facta sit pluuiā, signum est, aut pluuiæ, aut venti, quia vapores nondum fuerunt resoluti, nec sunt nubium tenuissima excrementa, si post pluuiam ob oppositam rationem indicat serenitatem, potest etiam tunc ventos, aut nebulam importare, quia post pluuiam signum est remansisse partes aliquas tenues, quæ sint magis cum terreo commixtæ, & quæ non ita de facili potuerunt in aquam resolui; hanc Iridem ventorū significatricem Virgilius, & Homerus appellarunt.

Quando pluuiā, vel serenitatem promittat.

Dum duplicata apparet Iris, certius est pluuiæ signum, quia inditium est magnam esse nubium, & vaporum copiam, quorum maior saltem pars in aquam est dissoluenda.

Ex Diuino instituto habet significare non futurum Diluuium, iuxta illud, arcum meum ponam in nubibus Cæli, & erit signum fæderis. Ex sua autem natura non habet hoc significare, imò contrarium potius, cum nubes quantum est de se, quasi semper aquam, ac pluuiam significet, quæ est Diluuij materiā.

Cur nō futuri diluuij sit signum.

Et si quidem pro naturali instinctu non futuri Diluuij possit esse signum per hoc, quod Iris fiat inter serenum, & nubilum, & cum ros moderatus, hoc tamen non conuincit, nam etiam si aer vndequaq; nubibus sit coopertus, adhuc Iris dicitur significare Diluuij priuationem, ergo ex Diuino hoc habet instituto; sic enim dixit Deus.

Cum ob duxero nubibus Cēlū apparebit arcus meus in nubibus &c.

Lunaris Iris
cur non sa-
pē colora-
ra.

Præter Solarem Iridem explicanda venit in ordine Iris lunaris; de cuius obseruatione, & efformatione eodem modo discurrendum, ac de Solari. Lunaris tamen nunquam visa legitur diuersi coloris, sed albicantis. Prouenit, quia Lunæ lumen cum nimis tenue sit nubem non penetrat, vt opacari possit, & colorari, si autem contingat lunarem Iridem colorari (vt à pluribus accidisse narratur) contingere hoc dicas, quia nubes potuit esse aliquo modo non multum crassa, ita vt potuerit à Lunæ radijs penetrari, & opacari, sicq; colorari. Qui tamen colores ob luminis, & vaporum tenuitatem, valde debiles futuros esse oportebit. Hæc certius quam Solaris pluuiam indicat ob rationes supra assignatas.

Alia species Iridis, quæ fit circa lucernas declarauī supra cum de Corona lucernarum.

Accidere etiam Solet Iris in aqua, & fit dum triremes simul attolluntur, & magno impetu demerguantur, tunc enim respergitur aqua, & circumquaq; madefacti fluunt, at circumquaq; quasi pluuia spargitur, quod si Sol sit à tergo oppositus illi eleuatæ aquæ, oculus fit constitutus in loco, vt possit aspicere, vel intrā Solem, & remum, Iris videbitur colorota, vt solaris Iris, quia ibi guttæ illæ ita disponuntur, vt habeant rationem speculi, quoniam verò maiorem habet crassitiem, ac opacitatem aqua præcipuè maris, quam nubes rorida, ideo frequentius apparet color purpureus, & viridis, non puniceus.

Varij modi
efformandi
Irides arti-
sciofas.

Aliter causatur Iris, dum aliquis tergo ad Solem conuerso, & facie conuersa ad locum suboscuro, & umbrosum manu, ore, supra, aut alio quouis instrumento aerem illum umbrosum aspergat, ita vt aspersio sit partim in radio, partim in umbra, vt radij Solis per illud suboscuro possint opacari, & eo modo videtur, ac Iris per remos facta &c. similis etiam conspicitur in præcipiti aquarum decursu sub terra, qualē vidi apud Frascati in Villa Aldobrandinorum.

Absq; aqua fit Iris hoc modo, sumas pennam candidam cum floccis, & appone antè oculos, & per illos floccos inspice lumen candelæ, aut lucernæ non ita à longè positum, per illam videbis Iridem ad modum Crucis coloratam vt solaris Iris, quod contingit, quia per illos floccorum rigulos lux cum umbroso floccorum mixta colores producit, & per hanc eandem rationem accidit Iris in Col-
lo

lo Columbæ, cauda Pauonis &c. licet multum iuuetur etiam in hoc à coloribus ipsarum pennarum tenuissimorum floccorum.

Præter hæc dictum mihi est à pluribus Patribus meis fide dignis in Oppido Corropoli in Aprutio, in quo Episcopali gaudet Abbas noster potestate, pluries obseruatam esse quamdam herbam de nocte coloratam colore Iridis, in quam Præsbyter quidam noctu sagitta tendens illam feriebat, vt de die possit illam cognoscere, quam ipse capiebat, & cum ipsa æs in argentum mutabat, vt apparuit, quādo à Regijs ministris inuenta fuit magna pecuniæ quantitas, quam ipse cum tali materia de se efformabat. Herbam etiam quamdam ob colorum diuersitatem Iridi similem Iridem nuncupatam legi casu apud Dioscoridem lib. 1. cap. 1. & in Plinio.

Scio quidem alios assignari modos in explicatione Iridis, qui à sensu facilius percipiuntur, at nos veritatem quærimus, quæ sæpius sensibus est abscondita, & intellectui tantum manifesta:

C A P V T V L T I M V M.

De Ventis.

EXplanatis omnibus, quæ ad aerea pertinent, finem huic parti daturi, de Ventis, quæ sunt aeris suspiria, aggredimur inuestigandum, & meritò quidem suspiria dicenda, quando in ipsius materia alijsque causis, ac proprietatibus explanandis tot Sapientissimos suspirare fecerunt indagatores, & meritò circa ventorum inexplicabilem naturam Salomon est audiendus dicens, *qui producit ventos de thesauris suis*, quasi ventos ex Dei thesauris prodijisse significaret, tamquam aliquid mentibus, omninò absconditum humanis.

Circa ventorum materiam innumerabiles extant Doctorum sententiæ. Prima est Aristotelis lib. 2. cap. 5. asserentis esse exhalationem terream subtilem non accēdibilem, nec mixtā cum humido vntuoso, quia sic esset materia siderum discurrentium, neq; cum humido aqueo, quia sic esset materia coruscationum. Alij dixerunt esse vapores per aerem flantes, qui quidem vapores tenuissimi sunt, si quidem vapores ex quibus fiunt grandines, & pluuiæ sunt crassiores, & hinc etiam dixerunt ventum esse flatum aeris, intelligentes nomine aeris vapores subtiliatos, quorum motu ventus generatur,

ita

Varia opi-
niones cir-
ca ventorū
materiam.

itā Stoici, Theophrastus, Hippocrates cum alijs, & idem etiam videtur sentire Aristoteles 2. metheororum, cap. 4. Opinati sunt alij venti materiam esse aerem, seu ventum esse motum aerem, & nomina mutare pro locorum varietate, itā Hermes, Cardanus, & alij, imò ipsemet Aristoteles ventum definiens dicit esse fluxum aeris, & D. Augustinus dicit, nil aliud, quam aerem istum motum, & agitatū ventum esse sentimus; Alij demum dixerunt esse spiritum igneum, & halitum aliorum corporum.

Dico autem ego omnium istorum opiniones probabiles esse. Probatū primo, & quidem de exhalatione terræ, quia quibus temporibus magna ascendit exhalationum copia, crebriores, & frequentiores sunt venti. Secundō, quia manē magni esse solent venti, & etiam vespere, quia tunc ascendit magna exhalationum copia, ut dixi de ventis in aurora, & crepusculis propter exhalationes tunc à Sole motas. Tertiō, quia supra dixi, Cometas ventos portendere, quia illi pascuntur multa exhalationum copia, cuius magna quantitas ob ipsarum subtilitatem in ventum conuertuntur, nec ob aliam rationem multos ventos excitare Cometas, ut communiter docetur ab omnibus, nisi quia exhalatione calida, & sicca constant, cuius subtilior pars, quæ crassa non est, in ventum dissolvitur. Demum ex vehementi ventorum flatu ex oceano proveniente deduxit Christophorus Columbus post oceanum dari terram, quæ modo India dicitur, quod quidem non benè deductum à Christophoro, nisi putasset ventorum materiam exhalationum materiam esse, quia si ex vapore tantum putaret ventos procreari, non benè collegisset post oceanum dari terram, quia illi venti poterant à solo oceano produci. Item dum nix soluitur, venti sunt frequentes, quia tunc multæ extrahuntur exhalationes, ac quia exhalationum, ac vaporum copia verè, & autumno, cum Solis non ita sit actius calor ob distantiam, permittitur sursum ascendere, & repellij ad ventos inducendos. Ex quo patet cur aliqui anni sint magis ventosi, alij magis pluuij, iuxta scilicet copiam vaporum, & exhalationum ascendentium, idè aliquando fit temperies vtriusq; & annus temperatus, aliquando etiam excessus; Item iuxta materiam diuersam quæ subministratur è diuersis regionibus, idcirco aliquæ regiones magis pluuiosæ, aliæ magis ventosæ sunt, è siccis enim, & aridis locis cuiusmodi sunt montes, & loca petrosa ascendit exhalatio, proindè abundant ventis ex humidis

dis vapor extrahitur, indè pluuiæ; licet aliquando vna regio alteri vicinæ suas communicet affectiones, patet etiam cur præcipui venti sint Aquilonares, & Australes, quia scilicet Sol ad polos non accedens vapores extractos non resoluit.

De vapore etiam probatur, quia plurimi sunt venti humidi, & frequentes circa mare. Item accidit dum annus est calidissimus, quo necessario magna vaporum copia sursum trahitur, nunquam pluere, ergo dicendum est illos vapores per calorem, & siccitatem subtiliari, & in ventos resolui. Item cum occasus cæruleum monstrat colorem, qui indicat vapores è mari esse eleuatos, sæpè venti oriuntur. Item cum æstas nimis sicca est, magna ventorum copia accidit, quæ non potest prouenire à solis exhalationibus terreis, quia terra tantum exiccata non potest tantas producere exhalationes, vt indè tam magna ventorum copia oriatur, ergo dicendum est prouenire, & à vaporibus attractis subtiliatis.

Quod etiam possit esse aer, probatur, quia materia ventorum est rara, & fluibilis, sed raritas, & fluibilitas meliori modo reperitur in aere, ergo dicendum est ventum esse aerem motum. Secundo, quia foliis ventos agitamur, plus minusuè pro foliorum magnitudine, & impetu. Tertio, quia per flabellum ventus producit non alia ratione, nisi quia aer mouetur. Item aer ad motum alterius motus ventum producit, vt accidit dum fulmen descendit, vel aliquid aliud graue, sic etiam aibus volantibus sibilum sentimus, & etiam ventum, non alia ratione, nisi quia aer mouetur. Idem etiam sentit D. Thomas dicens exhalationem aerem commouere in obliquum, & ventos producere, & demum patet hoc euidenter experientia, nam si ignis apponatur propè murum in quo sit pannus, aut lineus, aut ferreus videbis moueri pannum, quia aer rarefactus per calorem, & motus mouet pannum, sicuti etiam videmus in coquinis per calorem mouentem aerem moueri quædam folia ferri, per quæ mouentur tenentia veru.

Quod etiam sit spiritus igneus, vel halitus aliorum corporum mixtorum, manifestè patet, & quidem vnus ex istis est præster, & ille ventus qui oritur, dum fulmen mouetur. Item quidam venti magnam vim habent exiccandi, imò & adurendi, sic in Scriptura legimus ventos vrentes. Item Theophrastus, ait alicubi, tam vehementes esse ventos, vt viatores, & messorum comburat. Simile exem-

Ventus potest esse aer motus.

Potest esse spiritus igneus, vel halitus aliorum corporum.

plum

plum habemus ex Marco Polo lib. 1. navigationum cap. 25. vbi ait æstatae in Ormuz, circa tertiam diei horam. vsquē ad meridiem ex arenosa planitie, tam vrentem excitari ventum, vt respirationem impediat, & quotquot homines inuenit, statim interimat, & suffocet, vnde incolæ cum cognoscunt ventum flaturum in aquas se mergunt, ibiq; manent, vsquē dum talis ventuosus flatus cesset.

Deniquē qua ratione aqua, & terra spirantes faciunt ventum, idem dicendum, dum spirant alia corpora mixta, cum non sit maior ratio de illis, quam de istis.

Circā causam effectiuam ventorum res est difficilior. Prima sententia est aliquorum asserentium motum ventorum esse illis naturalem, quia sustinentes materiam ventorum esse exhalationem mixtam cum humore graui, dicunt materiam istam ex natura sua propter grauitatem deorsum tendentē, & propter calorem, quem habet leuem tendere sursum, & deorsum; deorsum propter grauitatem, sursum propter calorem, & ista pugna durante obliquē moueri.

Quomodo potest esse intrinseca causa motus ventorum. Fateor opinionem istam in vno sensu posse esse veram, in alio falsam; veram, quatenus potest iste casus assignatus accidere, falsam, quia non admittit aliquod principium extremum, a quo impellantur, & causetur iste motus, quia incredibile est posse istam pugnam tantum durare inter leuem calorem, & grauitatem propriā, vt causent ventum durante, quia vel superabit grauitas, & sic deorsum descendet, vel leuitas, & sic sursum, vel erunt æquales, & sic facient materiam quiescere.

Secunda sententia est Senecæ dicentis aerem habere vim naturalem se mouendi ab intrinseco, sicuti est in nobis, & ideò modo se diffundit, modo non, & hinc modo ventus est, modo non. Sed contra, quia vt sic esset astruere elementa viuientia, quod tamen ob omnibus negatur. Deindē cum motus ventorum sit nimis irregularis tribuendus potius est agenti externo, & non virtuti internæ.

Causa est frigiditas mediæ regionis, & ponuntur variae causae huius effectus. Frequentissima tamen sententia apud Latinos peripateticos sustinet, frigiditatem mediæ regionis esse causam ventorum, in qua multos Doctores video coincidere; tamen variè sententia ista explicatur, quæ omnes explicationes sunt probabiles. Auerroes explicat. Calida exhalatio occurrens loco frigido, & humido contrahit talem qualitatem, vt inclinet deorsum, & quia habet etiam læuitatem hinc obliquē mouetur.

Albertus autem Magnus ait exhalationem sursum ascendere, & à frigiditate mediæ regionis oppressa, & spissata mouetur, & aerem impellere, & ille motus fit circularis, tum ex vi Cœlorum, tum ex ipso vapore, qui impellitur sursum à calore eleuante, & deprimitur à frigore mediæ regionis spissante, & sic cædit ad latus in circuitu terræ, & hoc est quod significauit Aristoteles dicens causam flatus ventorum quærendam esse desuper.

Alij addunt exhalationes à frigore superiori proiectas deorsum occurrere alijs exhalationibus ascendentibus, à quibus impeditæ ac ad terram dilabantur, voluuntur in gyrum.

Contarenus autem ait exhalationes ascendentes deprimi à vaporibus descendentibus, & cum vterque halitus conetur iter suum complere, & simul misceantur, faciunt illum motum circularem.

Aristoteles autem in libello de mundo hæc dixit. Exhalationem perfluat, eo quod propellitur à frigore.

Alij sustinent esse quasdam nubes tam solidas, vt in eas impingentes exhalationes resiliant, & deorsum relabantur veluti pila coriacea è muro repulsa, & ex magna exhalationum copia ad latus nubis defilientium repletur spatium vsquè ad terram.

Aristoteles ait ventos procellosos generari instar fulminum, eo quod inclusus spiritus intrâ nubes vi exprimatur, & deorsum pellatur; ac proindè pluribus in locis de his ventis egit simul cum fulmine, & eodem modo dici potest de alijs ventis posse illos generari, quia si potest magnos ventos promere media regio aeris, poterit & minores, quia maior virtus requiritur ad producendos magnos ventos, quam paruos.

Nec quicquam refert si fluunt etiam venti sereno aere, quia fieri potest vt ex alijs locis, in quibus sunt nubes deferantur venti ad loca serena. Insuper notandum, non necesse esse exhalationes semper includi in nubibus ad ventorum omnium generationem, quia sola frigiditas quomodocunque sit approximata, potest exhalationes illas deorsum impellere, dum autem Aristoteles dicit ventos fieri medio calore, & aqua superueniente sedari, loquutus est de calore, & aqua in hac media regione, quatenus scilicet ventorum materia per calorem sursum trahitur, vel alio modo disponitur. Quod si pluuia superueniat, impedit ascensionem sursum, non autem loquitur de frigiditate mediæ regionis deorsum materiâ ventorû propellente.

Quomodo
sereno ac-
re fluant
venti.

Suſtinent alij per rarefactionem vaporum, & exhalationum, & ipſi ſuſmet aeris leues ventos generari, quia aliquo modo per rarefactionem mouetur, vt eſt ventus, qui ſpirat Aurora, & de hoc locutus eſt Ariſtoteles pluribus in locis, dum dicit aere tepefaſto ventos produci, ſicut etiam per rarefactionem terræ, & aquæ, quæ exhalant, ventus producit, & assignans Ariſtoteles 2. metheororum, cap. 4. rationem, cur frequentiores ſint venti ſeptentrionales, & australes, dicit, quia in illis magna fit eleuatio vaporum, & exhalationum, quia in polaribus locis frequentiores ſunt pluuiæ. Sequuntur autem venti ex illis, quia poſita magna vaporum copia producta, oportet tamen auctum aereum corpus magno impetu moueatur ad ampliorum locum, ſicq; halitus declinant ad latus, nec valent ſuſum aſcendere, tum quia non ſunt tantæ leuitatis, tum quia media regio aeris frigidiffima illos repellit, & propendunt ex polari regione verſus noſtrum aerem tepidiorem, & minus craſſum.

Iuuare etiam puto ad ventos producendos ipſoſmet montes, quia exhalationes, tam aſcendentes, quam deſcendentes aerem hinc inde repellunt, & aer expulſus impeditur à montibus ne vltius progrediatur: iuxta meſuram impetus ſibi impreſſi, & inde circa montes cogitur, & præter ſui conditionem addenſatur, ex quo fit, vt ex lateribus reſiliat, & cum impetu recedat ex illis locorum anguſtijs, maximè ſi montes cauernoſi ſint, quia ibi aer magis comprimitur, & cum maiori impetu exit; ſicuti eſt Regio Aeolia, quæ multum cauernoſa eſt, propter quod Aeolum ventorum Regem finxere Poetæ; tum quia dicit Ariſtoteles ventos, qui circa montes ſtant, vehementiores eſſe, ergo à montibus aliquo modo cauſantur, veu etiam eſt montes productos eſſe à Deo ad ventos coercendos, vt accidit in Lybia, in qua niſi eſſent montes, magna eſſet ibi tempeſtas, ſicuti in mari, ita teſtante D. Bernardo &c.

Poteſt etiam aliquis ventus à mari prouenire, & etiam à fluminibus, vel ratione vaporum aſcendentium, vel quia ſua agitatione aerem mouentes ventos producant.

Quari etiam poteſt cur poſt pluuiam ſequatur ventus, & è contrà, aliquando ante pluuiam præcedat ventus.

Quo ad primum dico accidere, quia ante pluuiam terra nimis exiccata non valebat exhalare, & miniſtrare exhalationes, quæ ſunt ventorum materia, poſt pluuiam madefaſta tunc & à calore, qui in
ipſa

ipsa est, & à calore Solis extrinseco exhalat spiritus illos. Quo ad secundam contrariam operationem; ratio est, quia exhalationibus magis calidis, ac vaporibus magis subtilibus in ventos conuersis, remanent vapores crassiores, qui ab illis calidis separati facilius in pluuiam conuertuntur, cum non amplius vapores à ventis disgregentur, & possint in aliud conuerti.

Ventorum causa præcipuè Deus etiam se solo est, sicuti in pluribus scripturæ locis assignatur. Item Angeli tam boni, quam mali, quia isti sufficientem habent virtutem ad mouendam ventorum materiam, quæcunq; illa sit, ac proindè pro ventorum cessatione, aut productione, sæpè Deo, eiusq; Sanctis, & Angelis vota impendimus, & sæpè impetuosos quosdam ventos ope Dæmonum factos censemus.

Negari quidem non potest quosdam ventos à quibusdam Planetis, ac fixis sideribus produci, vt suadet experientia, dum in ipsorum ortu talibusque aspectibus, de quibus in philosophia Astrologica determinatæ assignantur causæ, contingere obseruantur.

Orientales dicunt aliqui fieri à Saturno, occidentales à Marte, boreales à Ioue, & australes à Venere, Mercurium verò ad omnes æqualiter concurrere; alij verò dixerunt Solem sufflare ab oriente, Lunam ab occidente, Martem à meridie, præcipuè quando est in Capricorno, & Iouem à septentrione, verum Aristoteles præcipuam ventorum causam assignat Solem, & Lunam.

Opinati sunt alij produci ventos ab occulta quadam Cælorum qualitate; Quidam verò sustinent Solis radios ictus imprimentes in aerem illum mouere, ventosq; producere. At quoniam omnes opinioniones istæ suam habent probabilitatem, nec possunt impugnari, concludimus idcirco omnibus istis modis posse ventos causari.

Dubitatur cur ventus in hanc potius partem, quam in aliam moueatur.

Causa huius esse potest, vel propter minorem resistantiam, quam reperit ex illa parte exhalatio, vt à simili patet in bombarda, nam dum constringitur, & concreuit inclusa, necesse est vt erūpat, erumpit autem naturaliter ex parte minus resistente, & ob istum motum eruptionis sortiuntur proprium nomen venti, nam qui ab Aquilone erumpunt versus Austrum, eo quod à tergo habent ex parte Aquilonari multos densatos vapores, ac nubes impellentes dicuntur Aquilona.

lonares, & simili ex causa, qui ab Austro in Aquilonem feruntur nominantur Australes, nam si alicubi nubes condensatæ, aut aer frigidus reperitur, certè ex ea parte exhalatio erumpere nequit, sed ex alia minus resistente, in Aquilone autem, & Austro ob maiorem frigoris, ac nubium copiam, cum Sol semper plus distet à Cœlo, idcirco subministrata continuò ventorum materia, continuò quoque venti spirant.

Quæritur, cur aliquando idem ventus Solem sequatur.

Respondetur, mane v. g. Sole oriëte flare subsolanum, post vergente Sole ad meridiem, Eurum. In meridie austrum. Ad vesperras Africum. Et tandem sero Fauonium; quia Sol per reflexionem directorum radiorum exhalationes ad se trahit, quæ relictæ à radijs ad puncta Soli opposita applicata, ob frigus circulariter erumpunt, quia versus eam partem minor est densitatis, ac frigoris in aere resistentia ob reflexionem Solis directam, quam sit ad latera, ubi minus est caloris ob reflexionem obliquam, ideò &c. verum hi venti, cum sint ita mutabiles, non sunt nimis potentes.

Hinc etiam solutum habes, cur in oceano nulla diutius sentiatur aura, sed repentino quodam impetu, quibusdam è nubibus, tam vehemens erumpit ventus, vt altissimas demergat statim naues, quod accidisse in initio nauigationis Indicę refertur à Mapheo, quia scilicet exhalationes ille colligebantur in nubibus, & constringebantur, proindè rarefcebant, quando verò locus ille non amplius erat illis sufficiens, cum impetu necesse erat erumpere.

Ventorum numerus.

Non ab omnibus communiter acceptus, nec idem apud omnes. Aliqui enim assumunt ventorum multitudinem ex quatuor mundi partibus, scilicet Orientali, Occidentali, Septentrionali, & Meridionali. Alij iuxta duodecim Zodiaci signa, duodecim ponunt ventos. Aristoteles posuit vndecim, alij sexdecim, alij octo, & alij demum 32. At quoniam totum hoc ex mero hominum beneplacito dependet, omnes istos in præsentî figura poterunt conspiciere.



Hic est ventorum numerus communiter à nautis receptus; ab ortu, vsq; ad meridiem dominatur Saturnus ob terreum trigonum ibi existentem. Ptolomæus verò huic Trigono ventos assignat Meridionales orientalibus mistos, vt sint austri solani, meridionales ob Venerem, quæ dominatur Tauro, & orientales ob Saturnum. Meridionales tribuuntur Veneri, Occidentales Marti, & Septentrionales Ioui; quidquid dixerint in hoc alij Astrologi. Hinc si figuram similem in sublimi aliquo loco collocaueris, ita quod figuræ partes corresponsdeant partibus Cœli, & in eius medio volubile flabellum posueris, omnium ventorum flatus agnosces, & obseruatis effectibus, quos diu pepererunt venti in regione illa, alijsq; cognitis singulorum ventorum effectibus, quos hic notatos tibi dabo, aeris alterationes ab his prouenientes poteris prædicere. Vt igitur cognoscas quinam tunc spiret ventus, vide in quam lineam cadat flabellum, & ex opposito spirat ventus. Vt si flabellum cadat in septentrionem, ventus spirabit notus, seu à meridie; quod totum nobilius, ac pulchrius poteris adipisci, si erecta columna aliqua in eius extremitate capitelli, circum circa ventorum facies, ac nomina insculperis, in medio autem lamina ferrea affixa, in qua ponatur Angelus aliquis, aut puer æneus mobilis, qui tubam aliquam, in qua sit colligata optimè, & vnita ære à liqua bandirola, seu flabellum cum tuba, intra quam artificiosè accommodata sit canna regalis tenoris organi, etiam ore pueri sit benè coniuncta, & altera manu à tergo baculum teneat æneum directè correspondentē tubæ, tunc motus vento puer baculo tibi ostendet flantem ventum; facto foramine in parte posteriori capitis pueri correspondente directè ad os, & tubam, sonitus per tubam pueri illius audietur. Res equidē in medio palatiorum, ac viridariorum, aut quocumq; alio in loco posita mira, & visu, & auditu. Cuius modū, & hanc figuram inueni apud P. Valentium Pinum, quam vide in fine huius partis.

Ventorum effectus.

Singulorum ventorum cognitio effectuum in prædicendis aeris mutationibus, necnon & infirmitatibus vtilissima redibit. Pro particulari ergo ventorum iudicio, dicendum septentrionem (vulgo Tramontana dicta) à boreali polo spirantem, & locis niuosis, ac frigidis, frigidum, & siccum esse, salubrem serenitatem inducentem in principio, & propinquis eo loco, vnde spirant frigidissimos; in fine autem, & regionibus à sui distantibus principij loco tepidos,

&

& hoc, quia in transitu per regiones calidas miscenrur cum halitibus alijs temperatis. Iste frequentius, & vehementius spirat autumnò, & vere, sed præcipue vere, quia Sol pergit ad locum generationis ipsorum, scilicet ad polum Arcticum se illis magis appropinquando, quam alijs temporibus, autumnò etiam, quia tunc Sol septentrionem relinquendo illum relinquit frigidum, & siccum, eleuando debiliter quasdam exhalationes è terra, quas cum non consumet, in ventos conuertit. Generant etiã pruinæ si deficiunt versus meridiẽ, quia ex aere per ipsos infrigidato multum, generatur pruina. Non semper ventos septentrionales serenitatem inducere, cum in Belgia sæpissimè nubes, & pluuias adducant, & in partibus Lybiæ imbres causent. Antiquum autem prouerbiũ est. *Fit glacialis hyems Boream si duxerit aufter.* Quia aufter aquam affert, boreas autem præparatam ab austro materiam congelat.

Ciuitates,
& loca aqui-
loni expo-
sita optima
sunt.

Auger ali-
quando ma-
la aquilo,
& quæ ista
sunt.

Ciuitates expositæ ventis aquilonaribus, & septentrionalibus, maximè commendantur cum ipsa sua frigiditate, & siccitate à putredine præseruent. Vina, & frumenta optimè seruantur fenestris expositis versus septentrionem, quia ab aura humida præseruantur. Aliquando autem tempore pestis auget aquilo pestem, quia sua frigiditate respirare non facit nocuum illum aerem, vt totaliter dissipetur. Item aquilo aluum indurat, oculos mordet, & caput apertum tenere ipso spirante malum est &c. dolores lateris, & pectoris in vesfica, & faucibus præstat. Aquilo nocturno tempore incipiens spirare, vix excedit in sua duratione tertium diem, quia nocte ratione frigoris spiritus redditur grauior, vnde citius decumbit. Contrarium accidit in austro, qui cum è locis spiret calidis, & noctes ibi ob propinquitatem Solis sint calidiores, possunt æquè benè materiam subministrare, & conseruare, de die autem ob summum calorem absorberentur spiritus venti materia. Spirat frequentius Boreas, quam aufter; primo, quia est nobis propinquior; secundo, & melius, quia cum è niuosis, & frigidis spiret partibus, aufter verò ex locis aridis, ideò cum maior sit materia in primis, quam in istis, frequentiores sunt illi venti, quam isti &c. Spirantibus aquilonaribus alij venti sedantur, & quia veniunt è loco propinquiori nobis, & sic vehementius irruunt in alios, & quia à magno frigore illius regionis velociter, tamquam à contrario repelluntur, & alios cum hac velocitate expellunt. Aquilo suo motu sonum edit, vel ob velocitatem sui mo-

tus, vel quia maximè terræ proximus in multa impingit sonitum edentia. Vel quia siccior reliquis aptius sonum potest inducere. Coitus initiatus tempore Boreæ, masculos facit concipere; tempore autem Austri fæminas. Quod maximè notandum est, & ita pluribus in locis tradit Aristoteles in lib. de historia animalium, & probl. 5. Ratio est, quia propter Boreæ frigus intensius calor matris fit maior, & sic melius semen concoquitur, vnde masculinum redditur. Vel quia Boreas exiccat, Auster verò vtpotè calidus, & humidus semen reddit humidius, & indè fæmininum parit sexū, qui est humidior; ob quā humiditatem fæmineum semen tardius concresecit. Circius, & Borolibicus niues glomerant in hyeme, in æstate grandines. Circius est ventus peculiaris Galliæ domus subuertens, ac tempestuosus est valdè.

Coitus tē-
pore Bo-
ræ masca-
los conci-
pit.

Auster, seu meridionalis vêtus cum suis collateralibus calidus est, & humidus nubilosus, & pluuiosus, & aerem addensat; sicut enim Boreales spirant à locis niuosis, & frigidis, ita Australes ex calidis terræ halitibus constituuntur. Augetur calor, quia aerem defert ex locis propinquis zonæ torridæ, vbi calidissimus est, est autem humidorum humorum, ac frigidorum intra corpus compactorum dissolutius, eductius vermium è terræ interioribus, germinum, & seminum productius, nutritius, & augmentatiuus.

Auster Aquiloni frigidissimo superueniens, quia nimiam frigiditatem attemperat, hinc aptam pro niue reddit in aere temperiem, quæ non debet esse cum tanto frigore; dum incipit expirare frigidus sentitur, propter quod in Africæ regione, vnde incipit expirare, frigidus auster.

Auster &
cuius colla-
terales, &
eorum ef-
fectus di-
uersi.

Humidus est auster ob multos vapores, quos colligit in decursu per tam vastum oceanū, & ob nubes, quas in suo longo itinere obuians defert, & etiam ob vapores, quos suo calore trahit, & eleuat; est minus humidus dū vehementior, quia dū vehementior est, vapores alibi defert, quos relinquit dū spirat tenuiter; propter has rationes colligitur, cur auster dum incipit, est siccus, dum verò desinit, est humidus.

Situatio ad austrum, siue Ciuitatum, siue Regionum, aut fenestrarum domus, mala est ob malas austri qualitates. In Scriptura autem, licet pluribus in locis malus appelletur aquilo, bonus auster, vnde Hieremiæ 1. & 4. dicitur *ab aquilone pandetur malum*, quod idem alibi dicitur, sicut etiā improbat aquilonem Gregorius Papa in

can-

canticis, & Ambrosius psal. 118. hoc intelligitur nō quoad ventum, sed quoad mores hominum illius regionis, quia Caldæi respectu Paleslinorum septentrionales, bella, & captiuitates minabantur, cum etiam ex Aquilone electos sit vocaturus Christus.

Australes originantur ex locis Cancro vicinis. Austro spirante cū ex imò maris spiret, ac calidior sit, aquam tepefaciens, & mobilior rem reddens, maiores in mari causat fluctus, quam aquilo, qui spirat è summo.

Orientalis,
& eius effectus,
& causa.

Orientalis venti cum proximis sereni sunt, & sicci, æstate tamen calidi, hyeme gelidissimi. Feruntur ad nos ex regione, in qua materia eorumdem ob longiorem oceani, & maris distantiam, solisq; moram in ea parte subtilior, puriorq; redditur à Sole, & sic calefit, & exsiccatur. Alij verò volunt Subsolanum, qui primus est inter orientales, esse calidum, & humidum, calidum ex Sole, & humidum ex mari, per quod venit apud nos.

Augentur hi venti Sole oriente, & nocte ferè silent, dū pluuiam inchoant (quod rarò accidit) illa per integrum diem durat. Eurus, & Cæcias nubes cogunt, & aliquando pluuiam causant, & quidem de Cæcia commune erat prouerbium, ita opes ad se aliquem trahere, sicut Cæcias nubes. Hoc quia sua frigiditate aerem addensat, & laxiores vapores in frigidans in nubes cogit, at noster ventus, qui dicitur Græcus non trahit nubes, sed potius hoc facit Euronotus, Eurus, seu Vulturnus apud nos est calidus. Collaterales ex alia parte, Vpocæcias, & Mœseurus idem faciunt. Vpocæcias septentrionem magis respiciens frigidior est, & in hyeme niues spargit. Mœseurus verò tepiditatē adducit, & sæpè pluuias. Notapeliotes est humidior euro, & nubilum, ac obscurum reddit cœlum. Borrapeliotes frigidus, & siccus est, nubes, & raras facit niues. Ciuitates, & domus orientalibus ventis expositæ ratione ventorum, & caloris saluberrimæ sunt, & gens optimi ingenij &c. Occidentales venti, vt Zephus, & Fauonius, cui à latere Corus, & Aphricus tepidi, ac iucundissimi sunt, vt ipsummet nomen refert, cum tepidis pluuijs etiam sereni. Et quia medius est inter austrum, & boream, non tam frigidus, nec tam calidus. Aphricus, Mæsafricus, & Notolibicus versus meridiem inclinantes humidi sunt, & tempestuosi, obscurant cœlum nubibus, & cum sonitu sæpè ruunt. Corus tumultuosus est, cum spirauerit mense Februario, aut Martio, Luna ad Saturnum applicante,

Occidentales qui, & quos effectus habent.

gran-

grandinat; similiter circa finem Octobris, & in initio Nouembris, violentissimus est, quando excitatur ab aspectibus Iouis, & Mercurij, præcipuè si Sole existente in Pitcium fine coincidat cum illo ortus vespertinus arcturi &c.

Generaliter in iudicio ventorum, sciendum ventos australes excitari à Planetis, dum sunt in medio Cœli, & in latitudine, & declinatione australi.

Secundo, venti orientales excitantur à Planetis orientalibus, occidentales verò ipsis occidentalibus, Boreales à septentrione, & imò Cœli. Insuper stellæ Saturninæ orientales faciunt ventos, Iouiales septentrionales, Martiales occidentales, Venereæ demum australes.

Demonstratur etiam ventus ex latitudine Lunæ, vt si ipsa ad austrum, vel boream existat, tales futuros ventos indicant etiam ortus, & occasus stellarum, siue cum Sole, siue cum alijs Planetis, de quibus in singulis Planetis videbimus.

Singillatim ergo sic clarius ventorum naturam pono. Græcus frigidus est, & siccus nubes generat, & aliquando niues. Siroccus humidus, nubium productor, & obscuritatis in aere. Garbinus est malæ qualitatis morbos, pluuias, & humidus producit nubes. Magistralis humiditatem, tonitrua, nubes, repentinas procellas, & aerem affert turbolentum. Eurus aliquando humidus in fine perturbat aerem, cū repentinis mutationibus, & tonitruis. Siroccus versus Leuantem est magis humidus, quam Eurus. Leuantes versus Siroccum, & versus Græcum, participant eandem qualitatem Leuantis. Græcus versus Leuantem frigidior Cæcia. Ponens versus Magistrum eiusdem est naturæ cum Zephro. Ponens garbinus frigidus est, humidus, pluuiosus, & tempestuosus. Garbinus versus Ponentem, est minus humidus, & morbosus, quam alij venti austrini. Ponens Magister frigidus, & humidus, in principio procellosus, siccus, niuosus, & grandinosus, & isto flante die sereno incipiunt ab oriente apparere nubes. Vpocorus est humidus, nimbosus, & æstate tonitruosus. Mæso-phenix, & Mæsolibanotus retinent naturam austri. Phenix morbos, calorem, & humiditatem inducit. Ypophænix est sicciior, & salubrior. Libanotus calorem, sed humiditatem magis, morbos, & pluuiam inducit. Ypolibanotus est in omnibus temperatus. Ypaquilo serenior, circius, & aquilo eandem retinēt naturam, sed iste est salubrior, & aliquando niues, & grandinem generant. Mæssaquilo re-

Ex diuerso
situ plane-
tarum va-
riantur vē-
ti.

tinet frigiditatem alijs remissiore. Circius generat gelu, turbines, imbres, grandines, & procellas impetuosas. Ypocircius est humidior Circio. Atq; hinc habes, quid singuli venti habeant significare. In effectibus autem ventorum considerata est propinquitas regionis unde spirant, nam quo propinquiore eo viuacior, & venti, qui humidi sunt, si in distans abeunt, & per sicca transeunt loca, non tam humidi sentiuntur, & sic de singulis discurre per proportionem.

Omni vento etiam vehementissimo, multum resistit carta ne penetrent, per quod in usu est, itinerantes carta se præcingere &c.


Quidam etiam alij venti sunt provinciales, & anniuersarij, qui certis provincijs spirant, & illam regionem infestant, vt Atabulus, in Apulia. In Gallia Circius, imò teste Plinio vix aliqua reperitur Prouincia, quæ suum peculiarem vêtum non habeat, qui vel à montibus ipsius Prouinciæ, vel à cauernis oritur.

Singulae regiones, habent quosdam ventos proprios.

Plures venti tales afferunt tempestates, vt aliquando arbores, domos, naues, & turres subuertant, quorum genus triplex est, Ænefias, Præster, & Tifon, seu Turbo. Ænefias quo ad motum imittatur fulmina, est ventus quidam validissimus, qui postea transit in tenuem auram, de quo dicitur in Scriptura, *Spiritus procellarum (& alibi) posuit procellam eius in aurum*, & definitur ab Aristotele, exhalatio copiosa, & crassa tota simul è nubibus excussa, & magna vi deorsum impulsæ absq; gyro, & inflammatione. Aliter dicunt fieri, quando spirantibus ventis, alij irruunt, vel cum validi venti exhalationem parui venti deprimunt deorsum cum impetu, & faciunt procellam, vel dum pugnant duo venti, ipsorum partes in modum procellæ trahuntur. Bodinus, & alij dicunt fieri a malis spiritibus ob lætitiā aliquam habitam, quam per istos ventos ostendunt, quia pluries compertum est occisiones, vel aliquod aliud magnum damnum accidisse, dum venti spirant. Cardanus asserit fieri à quibusdam specubus terræ habentibus formā torcularē, à quibus exit huiusmodi ventus.

Turbo, seu Tifon eodem modo fit, ac alij, nempe procella, sed vertitur in gyrum; primò, quia (vt dicit Alexander) à nubibus oppositè constitutis descendunt lateraliter exhalationes, quæ in medium reductæ, & sibi occurrentes mutuo se percutiunt, & cum alternatim se vrgeant, fit motus circularis, vt videre est in præsentī figura de duabus nubibus A, & B. à quibus lateraliter prodeunt exhalationes se reducentes ad medium C. &c. in quo fit Tifon.

Qui venti tempestuosi, & eorum effectus, & cur ita in gyrum moueantur.



Tales venti corpora sursum trahunt, & arefaciunt, & quidquid illis opponitur euellunt, vt experientia constat; præcipuè accidunt huiusmodi venti, & videntur exire etiam à quibusdam specubus, qui à multis Dæmonum ope facti dicuntur.

Præster fit vt Æcnefas, sed est spiritus subtilis, & accenditur; reliqua quæ ad ventos spectant, multos scilicet effectus ventis in diuersis

artibus causatos vtpotè communes omitto.

Dubitabis primo ex his positis, dum dicimus ventos alios esse orientales, alios occidentales, ex quàm remoto loco, ex quo spirant, veniant ad locum, vbi spirare sentiantur, v. g. ventus orientalis è Calabria tantum veniat Bononiam, an verò ex India, vel Syria.

Ex quam
remoto lo-
co veniant
venti.

Circà hoc dico inspiciendas esse regiones intermedias, per quas veniunt ad nos, an sit nimis plana, vel montuosa, & eleuata, nam quo minus impediti venti, eo magis possunt transcurrere, sic ob causam prædictam, non solum ventos è Germania ad nos, vel Hispania non peruenire iudico, verum etiam vix per centum, & 50. milliaria puto se extendere, ob montium multitudinem interpositam, & terræ elevationem, & rotunditatem.

Quæres etiam vnde statim oriatur ventorum contrarietas, & pugna, & postea statim cesset, vel statim vnus cesset alio vehementiori adueniente. Primum oritur, vel quia spiritus illi, quidam sunt explosi ex vna parte cum tendentia ad aliam, alij ex alia parte cum tendentia ad partem oppositam. Primi spiritus si sibi obuiant, & in hoc incurfu vnus alteri resistit, accidit, pugna, eo modo quo si duæ pilæ fuissent explosæ à duobus sclopiis oppositis, & sibi occurrissent, vel vt accidit duobus hominibus, dum vnus alterum obuiat, & illi occurrit in eodem loco per oppositum diametraliter. Secundus casus accidit, quia ex alia parte, propter vnam ex causis assignatis pro ventis, potest magna exhalationum, & halituum copia assurgere, & spirare, quæ vtpotè vehementior, ad se alias trahit, & ad se aerem mouet, vel à causa sua, (præcipuè si sit cæleste aliquod corpus) trahit ad vniendos illos alios halitus primi venti cum alijs à se causatis. Tertium accidere potest, quia spiritus, & halitus illi à repentina, & nobis ignota causa sursum trahebantur, vel statim intra terræ sinus

Cur statim
quidā ven-
ti assurgant
& statim
cessent alijs
aduenienti-
bus.

comprimebantur, ut saepe videtur; & in Prouincia Hydruntina (quæ multum voraginibus, & cavitatibus scatet) frequentissimi huiusmodi repentini venti, & statim cessantes obseruantur &c.

Varij ventorum effectus.

Per ventos inducitur pestis.

Ventorum effectus non in omnibus locis ijdem causantur, cum enim effectus ventorum causentur à spiritibus, illorum ventorum materia, quidquid recipitur ad modum recipientis recipitur, ideo diuersos producant effectus in diuersis subiectis. Venti omnes per se loquendo ratione spirituum calidorum, qui in ventis sunt, se insinuantium intra corpora secum trahunt humorem. Infirmitates etiam adducunt ob talem spirituum nouorum insinuationem intra corpus; hinc omnes tumores, catharri, & tusses oriuntur; hinc corpore ob laborem, & calorem rarefcente ad cuiusvis parui venticuli ingressum, dolores, ac catharri insurgunt, propter quod corpora calida maximè à ventis abstinere se debent. Venti maximè nocui, si è paludosis locis oriuntur, vel per illa transeant. Ratione etiam ventorum pestis inducitur in alias Ciuitates, & Prouincias, quia per ventos aer infectus deferitur, vel ratione ipsorum spirituum venti infectorum &c. Similiter venti ratione spirituum se insinuantium intra corpora, qui spiritus aliquando aluminosi, & salnitrosi sunt, & frigidi, glaciem generant, ut patet de multis vêtis è Germania in Flandriam spirantibus, qui generant glaciem.

Non adeò mali censendi sunt venti, ut suos etiam non habeant effectus bonos, dicitur enim per ventos quosdam equos concipere, Camaleontem nutriri, metalla in venis generari, & ad terræ fecunditatem, & arborum multum venti profunt. Ratio huius esse potest, quia per ventos deferuntur spiritus animales, vegetabiles, & minerales ad loca sua, & semen deferitur per ventos ad ventem suum, seu terram suam, à qua magnetica vi ad se trahuntur seminales illi spiritus.

Circulatio naturæ quæ imitantur Chymici; res maximè notanda, & explicatur enigma Chymicum.

In hoc enim prouida maximè ostenditur natura, ut generationes rerum perpetuò conseruaret, res spiritosas à corpore separatas continua circulatione ad corpora reducendò vi ventorum, ad quæ reducta generationem producant, quam non produxerunt transeuntes per alia proposita corpora, nam cum ibi proportionata matrix non fuerit, spiritum ad se non attraxit, nec generatio facta est, & hoc volunt significare Philosophi, dum dicunt magnesia nostra, hoc est per similitudinem fixum nostrum proprium, quod inter metalla est

imperfectius, trahit spiritum suum, nec auolare facit. In hoc fixo, & spiritu inueniendis studeas, quos facillimè in meo secundo libro huius operis inuenies, & scias coquere, & tunc alio non indigebis.

Vētorū mutationes morbos excitāt, quia per ipsos aeris tēperies, & primæ qualitates (quibus pro vita indigent animalia) evertuntur.

Mutantur autem venti, vel vi siderum motorum trahentium ventorum materiam alibi, vel eleuantium sursum nouam materiam ventorum ē terra, super quam transit, dubiratur autem versus quam partem fiat ventorum à Sole transmutatio, an v.g. versus meridiem, an versus septentrionem declinet subsolanus. In hoc dubio Aristoteles respondet, mutationem subsolani esse versus meridiem, & Austri versus Zephyrum, & Zephyri versus Boreā, ibiq; ventos consistere, nec amplius prosequi ipsorum transmutationem, eo quia motus istorum cum à Solis motu dependeat, qui ab oriente ad meridiem, indeq; ad septentrionem transit in Aquilone, & frigus maximum reperit, à quo addensata ventorum materia, ac retenta ultra progredi non permittitur; hinc etiam est, pluuioso tempore, quia à pluuiæ humiditate, & frigiditate exhalatio (venti materia) in frigidatur, propterea minus apta est ad motum, & ad flandum.

Mutatio
ventorum
à quo.

Signa ventorum plura sunt, vt notat Sueffanus lib. 2. metheor. primo Sol calidus, & non scintillans, ventum, qui si ad plures dies durauerit ita calidus, vredines, siccitates, ac magnos ventos prædicat. Coronæ circa Lunam, (præcipuè si rubeæ) ex qua parte diuidentur, ea parte ventos indicant. Concauæ nubes æstate ventos; si vehementer, & frequenter corruscauerint, vehementes ventos; si raro, rari erunt venti. Hyeme verò, & autumnò corruscationes sedant ventos; si austro flante à Borea corruscauerit, cessat Auster, & citius, si corruscat ab oriente. Stellæ per aerem discurrentes ventos nunciant, quia vt ait Aristoteles à vento feruntur, & prius illic ventus est, quam apud nos. Canis se per terram voluens ventum prædicat. Luna plena, si colorem habet rubrum, ventos prædicat, ex qua parte orbis splendet. Si ante Solis ortum nubes rubescant, vel in occidente, & Sol rubet, vel in occidentali plaga post Solis occasum nubes rubescentes, vt carbones accensi, ventos certè indicant. Idē, si Sol rubeus, vel puniceus videtur antè eius occasū, vel per totū diem, vel in occasu magnæ quātitatis appareat. Idem, si stellæ maiores solito, vel lucidiores apparent. Item, si homines aues somniauerint, proximo die multos indicant ventos.

Naturalia
ventorum
signa.

PARS

P A R S T E R T I A.

De Aqueis.

A Queorum Metheororum dilucidationem non minoris arbitror futuram vtilitatis, vtpotè & ad corporis, & substantiæ regimen maximè necessariam. De Aquæ proprietatibus in principio operis facta fuit quæstio. Aquarum nomine, aquæ, & quæ iuxta terram, supra montes, infra terram, & in mari sunt, in hac parte comprehenduntur omnes. Sit autem.

C A P V T P R I M V M.

De Nubibus.

N Vbes aquarum matres explanandas proponimus. Circa has dico, nubium materiam esse vaporem exhalatione sæpè, & ferè semper mixtum vi frigoris. Et quod vapore constet, patet experientia, qua videmus nubes in vaporem, & aquam dissolui, ergo illa constat, quia in quod resoluitur, est per quod constituitur, quod etiam exhalatione constat, patet, quia nunquam videmus nubes in puram aquam resolui, vt non etiam ex ipsa educatur terra, imò pluuiæ aqua cum maximè adhæreat, & consistentiam habeat, signum est exhalationes continere, tum quia hoc idem demonstrauit Aristoteles lib. de mundo ad Alexandrū, vbi dicit, nubem esse crassamentum exhalatione conuolutum, vim habere gignendi aquam. Deum videmus, sæpius nubes in ventum erumpere, ergo signum est vapores nimis subtiliatis, & exhalationes esse conuersas in ventum; & hæ sunt, quæ nubes steriles aquarum dicuntur, ad differentiam illarū, quæ in aquas soluuntur. Causa condensans est frigus mediæ regionis, vel ipsiusmet aquæ frigiditas per antiparistasim intensa ad præsentiam caloris Solis, & ignis, ex superiori, & inferiori parte circumdantis; & hinc est, quod in suprema regione non fiant nubes ob nimium calorem ibi existentem, qui vapores in vnum cogi non permittit, sed dispergit, & subtiliat in auras.

Nubes, &
vaporem;
& exhalationes continet.

Cur non omnes nubes in aquam conuertantur, sed aliquæ in ventum.

Dicere hic posset aliquis, cur si nubes frigus habent pro sua causa, dum tamen ipsæ in aere sunt, calidior sentitur aer, & augetur calor in infima regione.

Difficultati respondeo pro ratione hoc assignando, quia scilicet nubiloso aere calidæ exhalationes è terra ascendentes, & Solaris calor terra sursum reflectens, in nubem impingentes, iterum deorsum reflectunt, & quia radius reflexione vigoratur, hinc est calorē augeri; sereno autem tempore, quia non datur hæc causa, sed sursum absque impedimento ascendunt, hinc est maius apud nos sentiri frigus, vnde experientia clara videmus, sereno tempore magis frigere; vel dicas sereno tempore frigescere, quia tunc vapores subtiliati, & per aerem dispersi (vtpotè in se frigidi) se insinuando in omnibus, frigefaciunt; sicuti etiam faciunt spiritus diffusi per aerem, nubiloso autem tempore, cum tam vapores, quam spiritus alij in vnum colligantur, cessat talis causa. Vel etiam quia in congregatione illorum vaporum plures spiritus ignei separantur, quorum maior pars deorsum tendens, vt fugiat suum contrarium mediæ regionis, infimum, in quem descendunt, aerem calefaciunt. Nisi velis etiam dicere à nubibus, tamquā ab vmbraculo impediri frigidos multos coelorum influxus in nos, qui sereno tempore illis non impediti, facilius perueniebant ad nos, & frigus intendebant.

De coloribus nubium eodem modo discurratur, ac de alijs aereis coloribus, de quibus cum de Iride tractauimus. Tres tantum colores in nubibus obseruantur, niger, albus, & rubeus, qui ex differentia luminis opacati causantur.

Nubes figuram nullam certò representat, & nil sanè magis in forme ipsa nube, nunc enim montem, nunc foueam, nunc equum, & nunc milites, ac aues representant. Cardanus sustinuit nubis superficiem planam esse, alij dixerunt esse circularem. Verū & si utroque modo possit nubes figurari, nullum tamen horum modorum certus potest assignari, quia cum materia nubium, nec tota æquè subtilis, ac rara, vel densa sit, sed diuersimodè se habeat, hinc est non posse assignari certam figuram pro illis, nam qui tenuiores, discurrunt, & labuntur, nec in vnum circulant, & alij addensantur, alij alijs diuersis modis &c.

Aliquam difficultatem ingerunt nubes, quomodò suspensæ possint in aere remanere.

Sustine-

Tempore
nubiloso
cur aer a-
pud nos
frigidior.

Nubium
colores.

Nubis
figura.

Quomodo
suspensæ
maneant
nubes.

96

Maxxotta Cælestinus

Sustinuerunt aliqui magnetica quadam vi sursum sustentari, & à Sole ipsarum materiam eleuante, vel alijs sideribus sursum vapores nubium eleuantibus, & in vnum congregantibus. At quidquid sit de magnetica ista tractione, iudico super aerem nubes leuitare, quia leuiore sunt aere intermedio subtus posito. Nec mirandum si nubes, estò substantialiter sint aqua, leuiore tamen sint ipso aere, quia cum vapores illi tenues, & rari sint spoliati partibus fixis, hinc supernatant aerem, in quo multum iuuantur etiam ab aeris profunditate; sicuti etiam ob aquæ profunditatem in ipsa supernatant naues. Dum autem vapores isti incipiunt addensari, descendunt, & in pluias, aut ventos necesse est conuerti. Vel dicerè libratas in aere manere nubes, quia cum cauernosæ multum in se sint, ac spongiosæ, multum in se continent aeris, qui illas facit leuitare; sicuti etiam ob inclusum aerem in corporibus porosis, vt est lignum, & similia supernatant aquam, non sic verò metalla, multa; alia ligna ob nimiam ipsorum densitatem, poris, ac consequenter incluso aere carentibus.

Quanta sit
distantia nu-
bium à ter-
ra.

Nubium locus non solum mediam aeris regionem esse obseruatum est, verum, & locum magis nobis propinquum, sic enim sæpius obseruatum fuit, flante vento frigido contram vallem aliquam montibus præcinctam, intrà illos montes fuisse nubes, & non supra. Cardanus, & Formondus sustinent minorem distantiam nubium è terra esse passuum 500. & maiorem distantiam dicit Cardanus esse 2000. Formondus verò esse 4000.

In hac re fateor, nunquam determinari posse certam distantiam nubium, cum nunc depressiores sint, nunc altiores, & quidem hyeme in depressiori loco possunt cogi nubes, quia tunc cum frigidus sit aer, & calores radij minus potentes, non dissipantur vapores, sed possunt se in suam reducere frigiditatem, & in nubem concreescere, æstate verò remotiores sunt, cum à calore Solis in terra validè reflectentis debeant elongari, ne dissipentur, &c. & non concreescant. Suadere potest paruum distantiam nubis velox motus ipsius nubis, & etiam parua distantia temporis inter visum nubis, & sonum, qui maiori tempore obseruatur, quo res distantes sunt, vt experientia patet in multis alijs rebus.

Tempus quo accidunt nubes dubium est, cum omnibus anni statibus appareant, & quidem nubes æstiuæ vehementissimè affurgunt

ra.

ratione caloris vehementioris trahentis materiam tantum de nocte surgentem propter ipsum impediens diem calorem, vel ignium ratione subterraneorum materiam nubium eleuantis. Alias caelestes assigno causas, cum de mutatione temporum per coelestia; ceterum vere, & autumno, quia calor non est in tanta vehementia, ut valeat vapores dissipare possunt plures concrefcere nubes.

Tēpus nubium est omne anni tēpus.

Mouentur nubes, vel à Sole, vel à ventis, & ab his præcipuè, cum quotidiana experientia videamus, ad ventorum diuersorum spirationem diuersa ad loca nubes gressum dirigere.

Circa significationem nubium, & portenta ipsorum, prius considera partem, in qua sunt, figuram, colorem, & omnia. Paruas igitur nubes non multum timeas, cum parua in illis sit materia, albas etiam nubes periculosas non reputes, nisi tunc incipiant augeri vapores, aliquando enim albicantes nubeculae per aduentum vaporum addensantur, & nigrescunt, quia hæ non ita faciliè in pluuiam conuertuntur, vel si in pluuiam id sine fulgoribus, & tonitruis fiet, cum materia rara sit faciliè penetrabilis lumine. Nigræ nubes tempestuosæ, ac aqueæ sunt, quia cum in illis multæ sint admixtæ exhalationes, multumq; addensata materia intus, & tonitrua, & fulgura, fulmina, ac grandines (quæ hanc nubis densitatem requirunt) portant, simulque aquam (cum multi ibi sint densi vapores in aquam dissoluendi) causant; & propter hanc rationem magis periculosæ sunt in æstate, quia tunc magis antiparistasi vigente vapores cum exhalationibus addensantur, & inde grandines, & fulmina in æstate. Puniceæ etiam, aut sanguineæ, nimisque accensæ nubes fulminum productrices habentur, ob multas accensas exhalationes, & hæ semper cum vento sunt admixtæ ob terreas exhalationes in ventum resolubiles, dum attenuantur calore &c. virides nubes certius aquam significant, quia viridis color in nube rorida consistens materiam significat habere in aquam faciliè resolubilem, quod si viridis color cum nigro, vel sanguineo misceatur, magis timendæ. Vespertinæ nubes rubeum, & clarum valdè habentes colorem, serenitatem indicant, spirantibus quoq; suauissimis quibusdam venticulis. Insuper obseruandum cum manè autumno, & vere videris ab oriente nubem subnigram apparere, nubilosum citò futurum tempus, ac pluuium pronuncia; item si ab occasu manè assurgat nubes, nimbum futurum significat, sic enim Lucæ 12. dixit Christus, cum enim vi-

Motus nubium.

Nubis significata.

deritis nubem orientem ab occasu statim dicitis, nimbus venit. Nubes etiam, quæ à meridie in septentrionem veniunt, aquam inde ob copiam vaporum pronunciat, horum ratio est, quia vapores eo tempore ab assurgente Solis calore sursum eleuantur, & addensantur antiparistice. Item in æstate si serò appareant pluuiosæ erunt, non sic quæ de mane, quia nocte vapores ascendentes de die attracti, cum Solis calor recedat, possunt addensari, qui verò manè assurgunt Solis calore dissipantur, & cōcrescere nō possunt. Theophrastus ait nubes vt vellera lanarum sparsas præcipuè si in oriente, aquam denunciare, quia tūc vapores ex ea parte incipiunt assurgere, & multo magis, si Sol tunc sit in occidente, quia non valet illos dissipare.

C A P V T S E C V N D V M.

De Nebula, eiusq; causis, & effectibus.

Nomine nebulæ, seu caliginis intelligimus materiam illam densam, & imam, terris sparsam, quæ lucem obscurat, vt liberè nequeant videri obiecta. Huius materia vt plurimum est humor aqueus ex rebus humidis extractus, dixi (vt plurimum) quia ex qualibet re etiam sicca potest causari nebula, si euaporet maximè ipsa res. Hoc totum videmus in arte chymica, in qua non solum ex aqueis, & humidis per subleuationem spiritus in formam nebulæ obtenebrantis assurgunt, verum etiam ex siccis, sic ex arsenico, sulphure &c. spiritus caliginis densitatem habentes assurgunt. Nebulæ igitur, & ex solis spiritibus humidorum corporum, & solis spiritibus siccorum potest fieri, & ex utroq; simul, sicuti fit in chymica ex subleuatione solius mercurij, atque solius arsenici, sulphuris, auri pigmenti &c. & ex arsenico, & mercurio simul sublimatis &c.

Tripliciter autem possum nebulam considerare, aut illam, quæ fit ex vaporibus sursum ascendentibus, & hæc dicitur materia impressionum aquearum diuersarum, pro vt diuersimodè sursum à suis causis coagmentantur, vel potest fieri ante resolutionem nubium in aquam, quia halitus illi non potuerunt in aquam incrassari, & addensari, sed fuerunt statim dissoluti antequam sursum altius ascendant, & frigore addensentur in aquam, & hoc frequentius accidit in æstate. Alia est, quæ accidit post nubium dissolutionem, & dicitur hæc

hæc pars aridior, quæ non valuit in aquam conuerti, & dissolui, & dicitur communiter à Philosophis excrementum nubis. In proposito igitur, per nebulam, seu caliginem sic discurre, inspicere an dum nebula incipit apparere, nubilosus sit aer, & si ita est, signum est tunc nubes incipere dissolui, & non sunt excrementa nubis, & si nubes nigra est, aquam expecta, aut alia iuxta colorem, & figuram nubis ut supra, si verò essent nubes in aere, nec antea, fuere signum est tunc incipere congregari vapores sursum, & nubilosum tempus expecta, si frigus accedat, si autem nubes antea conspexisti, & dissolutæ fuerunt in aquam, aut ventos, & tunc signum est nebulam illam esse excrementa nubis, & partes magis fixas ipsius, & proinde tunc serenitatem promittas; vapores huius tertiæ nebulæ crassiores sunt. In æstate nebula matutina, magnum indicat futurum in meridie calorem, quia si calor matutinus talis est, ut valeat nubis excrementa dissoluere, multò maior erit in meridie, cum eo magis augeatur calor, quo magis Sol ad verticem accedit nostrum.

C A P V T T E R T I V M.

De Pluvia.

Circa pluuiam sciendum, nomine pluuiæ nil aliud nos intelligere, nisi nubem paulatim in aquam resolutam, & quia dum in aquam addensatur, & resoluitur, maiorem acquirit aere grauitatem, non potens se amplius in aere libratam conseruare; guttatim decidit. Dum autem dico nubem in aquam conuerti, conuersio ista non intelligenda est substantialiter, quia substantialiter prius nubes aqua erat, & vapor tantum addensatur, pluuiæ materia remota est aqua, præcipuè maris, & fluminum, in quibus reperitur in magna quantitate, proxima autem est vapor. Quod totum patet, quia manifestè videmus ab aquis prædictis decidentem pluuiæ aquam non differre, & ubi terra magis humida maiores pluuiæ, tum quia pluuiam ita fieri experimur in arte Spargyrice, dū ex aqua in vase posita vi ignis videmus sursum vapores eleuari, sic si superiorem partem clambici frigidam repererint, se se reducentes ad pristinam frigiditatem, guttatim in aquam decidunt. Tum quia videmus etiā ex copiosa aliqua pluuiā, aliam statim, tempore præcipuè veris, aut autumnī, necnon

vespere, aut mane æstate generari, quia ipsa guttata pluvia materiam præstat statim ad aliam efformandam.

Effectiua causa pluuiæ ab intrinseco, & extrinseco integratur, sic eleuati sursum vapores à Sole, & alijs causis ascendunt calidi, & ad statum transeunt non sibi connaturalem, cum humiditas illa aquea naturaliter, nec istam attenuationem, nec calorem compatiatur, propterea calor ille cum non sit in proportionato subiecto, & sibi connaturali, statim se ipso incipit recedere, cum ibi nec ab externo ambiente, quod frigidum est, cum de se petat, conetur producere frigiditatem, tamquam propriam qualitatem à se exigitam, nec à propria forma substantiali subiecti conseruetur, quod prærequirit accidentia, ob hanc igitur rationem adiuuante media regione aeris, quæ frigidissima est se reducunt vapores ad propriam, ac innatam frigiditatem, per frigiditatem addensantur, addensati grauiores fiunt, aggrauati plus aere, cum non possint sursum in leuiori conseruari, hinc deorsum decidunt in pluuiam. Cur autem diuersimodè intensus sit calor in diuersis nubis partibus, quia ex diuersis rebus humidis, & diuersis locis sunt productæ, hinc ubi minor calor, citius recedit, & citius addensatur in aquam talis pars nubis, vnde recedit calor, & ideo paulatim nubes dissoluitur, & guttatim in aquam plueret, & eo modo, quo incipiunt huiusmodi partes addensari, incipiunt deorsum tendere, & videmus in pluuiam ad nos descendere, & hæc est propria ratio naturalis ab intrinseco. Ab extrinseco autem aqua guttatim potest cadere, quia potest à ventis dissipari in guttas, vel quia ab aere, maximè quia tunc ob frigus vaporum supra densus est, refranguntur in guttas, & hinc soluitur illa difficultas, cur scilicet aqua, vel sputum ex alto cadens directè, & vnita cadunt, dum autem ad terram accedunt diuellantur, & separentur in partes, ratio huius est, quia aer proiectus à mobili, dum ad terram peruenit, non potest vltius tendere; comprimatur ergo à corpore superiori mobili, & à terra, & sic ipse densatur, & contra impellentem assurgit, illumq; sua actione dispergit, & dissipat, quod totum experimur in animalibus, dum enim Canem v. g. insequimur, si hic amplius vitare insequentem non potest, vertitur contra sequentem, illumq; terret, ac mordet. Cæterum hoc non semper verum esse potest, imò contrarium aliquandò propter ventos accidit, sic enim multi supra altos montes existentes nubes supra tenebant proximè,
& aqua

& aqua guttatim nimis sparsa pluebat, dum autem inferius perueniebat, à ventis colligebatur in vnum, & maiores fiebant guttæ. Dicunt alij guttatim aquam cadere, vt melius se defendat cum hac figura ab aere intermedio impediēte, vel guttatim decidunt, & rotundam habent figuram, quia reducunt se ad propriam aquæ figuram, quæ rotunda est, vel quia figura ista vtpotè perfectior amatur à natura &c.

Species pluuiæ ratione figuræ triplex. Stillicidium, Imber, & Nimbus. Primum est pluuiæ minutissima, quam vocant puluerulentam. Imber est pluuiæ pluribus guttis decedens, Nimbus autem pluit cum pluribus grandibus guttis, Nimbus sæpè in æstate accidit, quia tunc aer calore attenuatus non tantum resistit ad guttas frangendas, vel quia vrgente tunc in aere maiori frigore ob antiparistisim in grandiores guttas dissoluitur. Ex opposito propter oppositam rationem in hyeme accidit stillicidium. Imber autem autumnō, & vere, cum tunc aer, & antiperistasis moderata, & non multum calida, nec frigida sint, vnde imber medium quid est inter Nimbū, & Stillicidium. Habes etiam ex hoc Nimbū nocere, Imbrem iuuare, quia scilicet cum maius frigus sit in Nimbo, ratione huius animalibus nocet; & quia impetuosè cadēs, & fruges, & plantas, simulq; vinearum dissipat pampinos, ac flores, & minus terram penetrat, vnde calor intus magis intenditur, & externum refrigeratur, dum autem interiora calent, & exteriora frigent, signum lætale est. Et quod sanè nimbus corruptionem inducat, videmus experientia cum ranæ putrefactione ortæ nimbi guttis generentur. Contrarium est in imbre, qui & penetrat suauiter, & non ita frigidus est &c.

Excavat gutta lapidem non bis, sed sæpè cadendo, quia quælibet aliquid in lapide insensibiliter excavat, ac materiam lapidis suæ humiditate dissoluunt, superueniente præcipuè calore aliquali, qui simul cum humido corrodunt, ac soluunt corporis vnionem &c. & datur locus, vt ipsa expirante res in halitus fluant.

Cur gutta
excavat la-
pidem sæpè
cadendo.

Aliæ species assignari solent ratione materiæ, sæpius enim visæ sunt pluuiæ laneæ, carneæ, sanguineæ, lapideæ &c. visæ sunt pluvis animalia, vitulos. Item argentum, & aliquando ferrum. Item pisces &c. & si autem omnes istas naturaliter fieri potuisse, arduum aliquantulum sit credere, non tamen à naturalibus causis multum sunt

Varie spe-
cies plu-
uiæ.

sunt aliena, vt propria naturalis causa nequeat assignari.

Vnde ha-
beatur plu-
uia sangui-
nea.

Quo ad pluuiam sanguineam, vel rubri, & sanguinei coloris (qualis accidit Romæ antè necem Neronis, & in Suetia anno 1534. & in Frigijs orientalibus 1571. per biduum madefacta relinquens omnia, & paucis ab hinc annis in Ciuitate Væstarum in pede montis Gargani, antequam terræmotus ibi accideret). Dico per causas naturales potuisse accidere, primò, quia plures sanguinis vapores sursum eleuari, se cum alijs vaporibus aqueis commisceantes, illos tin- gere, (sufficit enim minima quantitas rubri coloris pro multo tin- gendo corpore) indè vapores illi in aquam elapsi sanguineæ pluuiæ formam detulere. Vel dici potest coloratos fuisse aqueos vapores in locis Bolo abundantibus, vel alijs rubeis spiritibus; Aut dicen- dum simul cum illis vaporibus ascendisse, vel coniunctam fuisse ma- gnâ copiam exhalationum siccarum adustarum nimio calore abundantium, & ab ipsis fuisse coloratas aquas.

Lactea plu-
uia quomo-
do natura-
liter fiat.

Butyrum
antimonij.

Secretum
ex incenso
pro memo-
ria.

De lactea pluuiâ dicendum, lactis induisse colorem ob commix- tionem cum quadam cretacea exhalatione, vel cum humore aliquo albicante, qui aqua mixtus illam lactei reddit coloris, sic enim à si- mili, si aqua tartarizata super sulphur ponatur, & vertatur, videbis illam instar lactis dealbari. Item si sumas paruam quantitatem bu- tyri, antimonij (qui fit si apponuntur antimonij, & mercurij subli- mati pars æqualis, & lente distilletur igne, exiet primò liquor albus instar butyri) huius si pars aliqua misceatur cū aqua illam albificat. Item non solum colorem lactis, verum & saporem per commixtio- nem cum alia potest aqua contrahere; pro hoc sumas incensum al- bicans (& si in parua quantitate) vt scilicet sit media vncia incensi, & trites subtilier, & misceas cum aqua libra vna, & moueas mate- riam, videbis non solum colorem, verum etiam saporem lactis con- trahere, de qua aqua si die quacūq; hora bibatur, optimum reme- dium est pro memoria acuenda &c. Vel dices vapores eleuatos esse è locis gypsosis, vel spiritibus gypsij mixtos, aqua autem gyp- so commixtâ lactei redditur coloris &c. & licet in his aquis lacteus gustetur sapor, hoc prouenire potest, quia humidum illorum vapo- rum mixtorum non optimè concoctum est, sed putrefactum, sicuti etiam in multis aquis putridis lacteus gustatur sapor, vnde aqua eo melior, quo magis saporibus est denudata, & manca &c.

De piscea, & carnea pluuiâ (vt accidit Liguriæ sub Calixto tertio, quam

quam pluries etiam accidisse narratur, ut sexto anno Ottonis tertij, & tempore Moſis iuxta illud, & pluuit ſuper illos volatilia pennata; & etiam accidit in Gallia,) hanc etiam naturaliter fieri poſſe dicimus cum Alberto, & Maiolo ſic, è nubibus calor euaporat, qui ſecum trahit humidum habens admixtum aliquid de ſubtili terreo, quod viſcoſum ſit. Viſcoſum autem dum in aere eſt, attenuato calido, incipit dureſcere, & ſe in pellem quamdam vertere, ita diſpoſita cum tantis qualitatibus materia, (quia per aerem, ut ſupra diximus omnium ſpiritus auolant ſparſi, cum vi caloris ab omnibus corporibus extracti mixti non deſtituantur a ſua natura) magnetica quadam vi (ſicut aurum trahit mercurium) attrahuntur ab illa materia ita organizata, à quibus ſpiritibus vnitis producantur per naturalem exigentiam reliquæ partes integrantes, ut pennæ in auibus, ſi quidem ubi ſeminalis adest ſpiritus, arte fieri poteſt id, in quo tamdiu laborauit natura; & quidem facilius poſſunt concreſcere, cum humidum aptius temperamentum, & faciliorem diſpoſitionem ad piſcium formam ſuſcipiendam habeat. Niſi etiam dicere velis à Deo, vel alia cauſa in materia, ita qualitatibus diſpoſita, & organizata produci formam.

Quomodo
naturaliter
fieri poſſit
pluuia car-
nea.

De lapidea (quam refert Cardanus accidiffe in Longobardia anno 1510. qualis etiam in Conſtantinopoli ſub Valentino Imperatore, & in noua Hiſpania, ac Romæ, ut refert idem Cardanus) non multum inſudandum pro ratione naturali; virtute enim frigoris vapores exhalationibus mixti in lapides addenſantur, ſicuti diximus de lapide fulminum, ſic etiam in Fluuio Tiburis humor cum gypſo commixtus in lapidiſculos addenſatur. Hanc calamitates futuras denunciare, refert Cardanus, & pie credendum, dura hominum corda ſignificare. Poſt lapideam illam pluuiam, quæ Mediolani accidit, Gallorum contigit expulſio, & occiſio, & poſt triennium peſtis, ac magna bella in Mediolanenſi ſtatu.

De lapidea
an natura-
liter fieri
potuit.

De lanæ pluuiæ dicendum etiam, vaporum exhalationibus mixtum in lapillos, in formam lanæ addenſari, ſic enim videmus hyme ſuper pauimenta ratione frigoris humores inſtar concretæ lanæ colligi, & apparere.

Hoc idem experimur etiā in Chymicis, ſic enim ſoluas aurum, aut argentum in aqua forti, & euaporare facias aquam, ita tamen ut remaneat materia ſicut ſalfa frigori expoſita concreſcit in lapillos inſtar lanæ &c.

Lanæ plu-
uiæ.

Pluuia me-
tallica.

Effectus
sulphuris
albi cum
mercurio.

De pluuia metallica (sicuti argentea pluuia Romæ accidit Seue-
ro Imperatore in Foro Augusti) discorro, ac de lapidibus, hoc addi-
to, quod vapor fursū cū terreo vinctuoso, & spiritibus metallicis fur-
sum eleuatis è mineris commixtus, virtute frigoris addensatur in ta-
le metallum, qualis est spiritus ipsius, sic enim ego sumpsi olim mer-
curium sublimatum, & miscui cum sulphure sublimato albo (&
quod natura facit frigore longo tempore, ars facit calore) & ignis
calori exposita cæpit indurescere, & quo magis igni manebat, ma-
gis lapidescebat. Sed quid clarius, sumas spiritum extractum à quo-
uis metallo, & misceas cum humido mercurio, statim videbis con-
gelari in metallum, & alia huiusmodi, quæ docebo in secundo libro
mineralis philosophiæ.

Hæ sunt naturales rationes, quibus intelligere possumus assi-
gnatas pluuias, quibus si acquiescere non vis, dicas, lapides, vitulos,
metalla, lanas, aliaq; similia fursum attractas fuisse ex alijs partibus,
ibique per nubes, ventosque delatos cecidisse Diuina hoc annuente
potentia ad multa futura prædicenda, sic Mantuæ 1615. mulie-
rem pannos lauante velocissimum ventum fursum asportasse, &
postea cecidisse, narrat P. Cabeus; & pluries etiam pileos à ventis
fursum fuisse asportatos, arbores etiam à vento fuisse transplantatos.

De vera, ac ordinaria pluuia dubitatur, cur dulcis sit, cum tamen
è falsis locis (vt è Mari) sit extracta, & eleuata.

Quomodo
aqua salia
fiat dulcis.

Respondeo prouenire hoc, quia vapores illi eleuati vi caloris te-
nuissimi sunt, & maximè attenuati, depurati sunt exhalationibus,
& sale, quæ vtpotè nimis adustæ, & terrestres à Sole non eleuantur.
Demonstratur hoc experientia, si enim intrà mare ponas vas è cera
confectum benè clausum, videbis aquam intrà illud ingressum dul-
cem esse, quia per poros cerei vasis ingressi sunt vapores subtiliores
carentes illis falsis exhalationibus terreis, sicuti etiam dulcis est aqua,
quæ est in spongia propè maris aquam appensa propter eandem ra-
tionem, & aqua quæcumq; distillata.

Signa veræ pluuiæ alia sublunaria, alia cœlestia, de cœlestibus
agam cum de temporum mutatione in fine 3. quo ad sublunari vi-
de multa in capite de Nubibus, & Nebula, & Tonitruo, Iride, Co-
rona, & Parelijs. Alia autem signa hæc sunt ex Aristotele, Varrone,
Arato, Ptolomeo, Theophrasto, Cardano, Plinio, Seneca, & Vir-
gilio, alijsq; pluribus in locis; primò fungi lucernarum (dummodò

non

non proueniant ex nimia crassitie, & terrestreitate olei, aut lychini) ferè semper pluuiam significare expertus sum, quia ibi concresecunt ex aeris humiditate. Item hyrundo circa aquam volitans. Item ranæ, & corui crassantes, quia de futura aqua lætantur. In nemorum sonitu (nullo per aerem flante vento) aut ventus, aut aqua cum fulmine timendi sunt, quia signum est moueri à vapore, vel exhalatione quadam tenui, & intensibili. Insuper quando Sol paulò ante nobis in oriente apparet manè, ac solet apparere, quia signum est vapores, in quibus tanquam in speculo Solis imago repræsentatur, in horizonte multos esse, ideoq; citius repræsentare, sicuti citius pomum videmus in vase maiori aqua pleno, quam minori, quia mediū densius refrangens radios, vel reflectens maius, ac melius repræsentat obiectum, ac proindè Sol nimis magnus apparens, etiam in ortu idem significat. Vtcrius Sol oriens, vel occidens si pallidus appareat, cæruleus, vel fuscus, quia signum est ibi vapores intercedere, multum aquei humoris, & parum terrestris habentes &c.

Rubedo etiam matutina cum aliqua nigredine, quia hæc oritur à vaporibus Solis splendore illuminatis. Item quando Sol calidior est solito, ac deberet esse in tali anni tempore, quia tunc signum est supra multos esse vapores, in quos reflectens Solis radius, magis intenditur in calore. Quæ autem diximus huc vsq; de Sole, etiam dicantur de Luna, cum eadem sit ratio.

Cum fiat Auster, præcipuè vere, autumno, hyeme, pluuiæ significatur, quia isti venti, & secum vapores portant, & cum calidus ventus sit, faciunt aquam simul, ac terram euaporare, vnde pluuiæ materia præbetur.

Dum etiam deficit ros in eo loco, vbi maximoperè vigeat, pluuiæ denotatur, quia signum est materiam illam attractam esse ad mediam regionem aeris, & in nubem aqueam conuenisse, quod tamen intellige, si postquam desinit ros, vrgeat frigus, quod accidere potest tantum autumno, & vere, vel hyeme. Nam æstate materia illa poterat vi caloris dissolui, & in nihilum abire &c.

Quando montium cacumina nubibus operiuntur, quia signum, tunc magnam ascendere vaporum copiam ad pluuiam efformandā, pluuiæ expectatur. Item cum musicorum instrumentorum cordæ remissiores valdè fiunt, quia signum est humidi, ac vaporosi aeris, humore fuisse relaxates.

Cum vulnera, ac partes corporis malè affectæ sentiunt dolorem solito maiorem, quia tunc ab humido aere molestantur.

Delphinorum copia super aquas circumuoluta, pluuiam, tempestatemque pronunciat, quod ego bis sum expertus, dum enim anno 1643. Adriaticum transfretarem mare in Castello S. Petri in Istria, post quorundam Delphinorum apparitionem, talis inualuit tempestas, vt nisi diuinum astitisset auxilium submersi essemus, & anno 1651. Iunij cum Excellentissimo Comite Conuersani Bononiam etiam tendens post cuiusdam Delphini ante nos apparitionem, magna venti, grandinum, ac pluuiæ inualuit tempestas &c. pro hoc dicere audeo Delphinos hominum amatores naturali quodam instinctu tempestatem præuidentes, super aquas assurgere, vt illam hominibus prænuncient. Pallor, & stridor in igne; Luna nigra, vel astra sub ortu, &c. quia nigredo prouenit ex vaporum copia. Item Plinius, & Theophrastus obseruarunt Lunam quinto, vel sexto die cornibus obscuris pluuiam denunciare. Item mane fulgor, vel fulgur, aut ventum, aut aquam, & magis si nubilosus, ac niger est aer, nubecula circa asellos in signo Leonis, boues contra pilum se lambentes, & posterioris pedis ungulam lingentes. Baccæ naribus captantes auras, oues lasciuantes, Aues, & Gallinæ tergentes se se, & plus solito saltantes, Galli canentes circa Solis occasum, Anseres aquis se lauantes, Grues præliantes in aere. Noctua solito citius exiens tempore vespertino, Aselli fricantes aures, Formicæ ex suis cauernis oua efferentes, frequētior, ac molestior culicum, ac Muscarum morsus &c. quibus omnibus suam propriam assignare causam, aut longum, aut difficile esset. Vtcrius pro signis hæc habentur ex Zanar-do. Talpæ plus solito in terra operantes. Gallinæ tectum quærentes. Fulica aquas quatiens. Pavo vociferantior. Sues multum grunientes. Terræmotus leuis. Olei scintillatio in lampadibus ardentibus. Pedes sudantes præter solitum, & extra tempus, & causam. Aqua scaturiens vbi non solebat. Aues fluuiatales terras petentes. Ardea in medijs aruis tristis manens. Columbæ tardius redeunt ad Columbaria.

Serenitatis autem sublunaria signa, hæc præcipuè sunt. Rubedo vespertina. Caligo relicta à pluuiâ. Sol lucidus, & purus in ortu. Via lactea serò lucida, crebræ corruscationes sine tonitruo, & nubibus. Venti boreales in hyeme, & zephyrus in æstate. Luna sub ortu pura, præcipuè die quarto, & quinto.

Du.

Dubitari solet quantum descendant pluuia. Seneca opinatus fuit non penetrare ultra decem pedes, verum Senecæ opinio, & si in aliquibus veritatem habeat, non tamen in omnibus. In iudicio huius penetrationis, dico ego considerandam esse terræ qualitatem, si enim terra cretacea, & argillosa est experientia videmus vix ad tres pedes, aut duos penetrare, ex illa enim tamquam ex pavimento excurrit, si autem terra arida, & arenosa est, ultra decem, & viginti pedes excurrit, æstate enim vidi ego Puteos iam aridos altitudine pedum 20. & 30. post magnam pluuiam aqua plenos fuisse. Item metalla sub terris, & alumina, & atramenta ex aquis intrâ cauernas decedentes, seq; cum terreis exhalationibus miscentes, generantur.

Locus pluuiæ in quo generatur, est locus nubium, quæ pluuiæ matres sunt, & statuitur media regio aeris secundum partem magis nobis propinquam.

Locus pluuiæ qualis.

Tempus pluuiæ indeterminatum est, omni enim anni tempore, mense, die, & hora pluuit. In locis frigidis, & calidis pluuiæ non tam frequentior accidunt, in primis, quia ob frigus concreescunt vapores, & non permittuntur sursum ascendere; in secundis à calore dissoluuntur.

Perseuerant aliquibus in partibus pluuiæ per plures dies, imò & per tres menses, accidit hoc ob magnam materiæ copiam, quæ subministratur, vel quia noctes longissimæ sunt, & tempus habent, vt vapores elati addensentur in nubem, & non consumuntur à calore. In Ægypto, & Æthiopia nunquam plueri narratur a Iustino, & Beda, & Seneca, & prouenit hoc ex nimia aeris caliditate, à qua vapores disgregantur, & resoluuntur; hinc propter minorem calorem magis, ac frequentius accidunt pluuiæ autumnò, quam æstate, vel nocte, quam die &c.

Cur tãtum durent pluuiæ.

Aquæ pluuiæ non probantur ad potum, quia multas habent admixtas exhalationes. Proindè coquuntur, & residere permittuntur, vt deorsum tendentibus exhalationibus, oppilationē, & obstructionem causantibus maneat illa aqua depurata, cæterum in hac aquæ concoctione sic nudè facta multum sanè differo ego à quorundam recentiorum Medicorum opinione, qui aquam nudè coquunt absq; vllò addito, tunc enim per ebullitionem euaporantur partes subtiliores, & perfectiores aquæ, quæ habebant magis reconditas, ac clausas partes penetrare, propter quod Ægyptij Medici ordinabant

Quæ aquæ ad potum probentur.

bibendam, ac sumendam esse aquam Nili antè Solis ortum, ne à Sole subtiliores aquæ partes euaporarent, idcirco optimum est in aquæ concoctione admiscenda esse aromata, & lente ebulliendam, solum ut possit in aqua dispergi virtus illorum calefactiva rotundens frigiditatem aquæ, quæ obstructions causabat. At ego meliorè aquæ potum pro ægrotis absquè vlla ebullitione sic compono. Per tres horas antè potum sumendum admiscendam esse tertiam partem vini, vel quartam (si spiritosum valdè est) cum aqua pura, quia sic vinum suo calore, & spiritu aquam illam concoquet, frigiditatem, & crudiores aquæ partes retundit, ut nocere non possit; & de hoc vino locutus fuit Galenus illud in morbis etiam acutissimis permittens, & imperans. Item aquæ in ordine ad potum optimæ sunt illæ, quæ à fontibus ex altis montibus scaturientibus fluunt, quia excludunt aquas collectaneas, & pallustres. Damnantur aquæ è puteis scaturientes, quia sunt crudæ, utpotè frigidiores. Primum locum inter bonas aquas ad potum sunt aquæ pluviales depuratæ, scilicet aquæ cisternarum benè depuratæ. Secunda est aqua fontium. Tertium tenent locum aquæ puteales. Quartum fluviales, licet aliqui sint fluvij, quorum aqua depurata melior est cæteris, ut est aqua Tiberis Romani, quæ per centum adhuc annos perfectissimè in vèctinis conservatur, ut refert Cæsius. Bonum est sano (inquit Hipocrates) omni aquæ assuescere, quia non assuetis quodcumq; sit, adhuc bonum, passionem inducit. Purificantur etiam aquæ per coctionem, ut supra dixi, per frondes lauriper calcem, & lapides positos in cisterna, & per distillationem. An melior sit potus aquæ, quam vini, considerandum est corporis temperamentum. Verum quidem est, multum potum aquæ frigida nocere, unde cecinit ille Vates.

Vina bibant homines, animalia cetera fontes.

Cauendum est semper ab aqua turbida, dum turbida est, quia oppilationem, dolores in renibus parit, & alios morbos, eo quia relinquit fæces in corpore. Aqua paludaris, nec etià laudatur, generat namq; hydropes iam oppilationes, debilitat vires, tollit appetitum, & dolorem causat in oculis, & catharros in pectore. Aqua ne sumatur valdè frigida, namq; nervis, pectori, & intestinis dolorem ingerit, dormitionem membrorum parit, & omnibus spiritu instrumentis nocet, præcipuè omnibus habentibus naturam humidam, senibus, ieiunis, & calidis ex motu, proinde at temperanda est cum vino. Item aqua ca-

lida

lida vitetur, namq; digestionem corrumpit, facit natare cibum, & nō extinguit sitim. Ad bonitatē ergo aquę hęc requirūtur, vt nullius sit saporis, odoris, & coloris, & vt sit leuis, cognoscitur autem leuitas aquę, si madefactus pannus statim exiccatur.

CAPVT QVARTVM.

De Diluuiio.

Diluuium propriē non aliud intelligimus, quam aquarum excessum terram inundantem, qui ab aquis fluuiialibus, vel à mari, fontibus, & fluminibus potest fieri; A mari non fit naturaliter, cum illi à Domino terminus fuerit præscriptus, vltra quem non transeat, iuxta illud *terminum posuisti, quem non transgredientur, neque conuententur operire terram.* Idem Hieremię 5. Potuit tamen Dominus ob varias causas diluuium inducere etiam per maris aquas.

Diluuium autem duplex assignatur, aliud vniuersale, aliud particulare. Vniuersale, quale fuit tempore Noë. Particulare verò, quale accidit in Achaia sub Ogige Rege 140. annis ante Urbem conditam. In Theffalia sub Deucalione. In Bithinia sub Leone Imperatore; & præteritis sæculis in Boemia, & Saxonia. Vniuersale diuinitus, non naturaliter factum dicimus, quia natura non appetit sui destructionem, tum quia non potest dari tanta vaporum copia sursum eleuata, vt vniuersale inducant diluuium; quare dicendum Deum tunc nouas aquas produxisse, vel dicendum aquas omnes maris in vnam concentricam figuram adduxisse, & illas, remoto suo termino à Deo præscripto, totam tegisse terram, illæ autem diluuij aquæ statim fuerunt in aerem, indè in ignem conuersę, & multa sub terra inclusa. Vel dicendum, ortum fuisse diluuium ex conuersione ignis in aerem, qui postea conuersus fuit in aquam. Pro naturali autem causa particularis diluuij, variæ assignantur, primò excessus imbrium; secundò augmentum aquarum sub terra, & indè per impetum sursum eleuatarum, vel ob nimiam actionem Solis, vel ob concursum Planetarum hoc causantium, vel ob inundationem fluminum, qui impediuntur ex aliqua parte, vt in mare intrare non possint, & indè sequitur inundatio, quia ventus aquas maris defert versus flumen, & aqua fluminis retro coacta regreditur, cumq; tunc aliæ

An naturaliter esse possit diluuium, & quale.

suc-

succedant aquæ partes, inundationem causari necesse est. De non amplius futuro diluvio Iris à Deo in signum fæderis posita certos nos facit. Quando autem, aut ex quibus, & quorum planetarum aspectibus diluvium, & inundationes maximè causentur, vide in Philosophia astrologica.

C A P V T Q V I N T V M.

De Grandine.

An maius
frigus re-
quiratur ad
grandinē,
quam ad
niuem.

ANtè grandinis explanationem pro intelligentia sciendum, grandinem à glandula distingui, glandula ex niue fit in minuta grana congelata rotunda ad modum coriandri saccaro confecti, & sic glandula nix est vicens tamen ex frigore venti septentrionalis, grando ex Aristotele dicitur esse aqua congelata in infima aeris regione per antiparistasi, priusquam ad terram aqua descēdat. Verū in hac grandinis efformatione explicanda variè locuti sunt præcipui Philosophi, sustinentes enim cum Aristotele dicunt, minorem frigiditatem requiri in grandine, quam niue, & niuem dicunt fieri per condensationem nubis, grandinem verò per condensationem guttarum aquæ, & quia maior frigoris vis requiritur ad nubē, quam ad guttam congelandam, ideò minus frigus, ac proinde fit in infima regione, in qua est temperatum frigus non longè distans, & in quibusdam determinatis locis, videmus enim nubem grandinis, in qua cogitur aliquando non extendi vltra 100. passus, non sic autem nix. Item nubes grandinis celerius mouetur, ergo est magis propinqua, tum quia ad addensationem, & congelationem maximè conferunt partes subtiliores terræ, cum humidum se solo fluat, hæc autem facilius reperiuntur in infima regione, ergo addensata aqua per frigiditatem ipsius antiparistasis vi fiet congelatio. Verum oppositum sustinere videtur Albertus Magnus c. 27. & Anaxagoras cum Seneca, quos sequitur Cardanus præquirentes frigoris excessum, hinc maiori vigente in æstate frigoris antiparistasi, accidunt grandines, non sic hyeme, imò cum ipsemet Aristotelis dicat congelari antiparistasi pluuiam in glaciem, cum maior æstate sit antiparistasis, & consequenter magis intenditur frigus, ergò signum est fieri maiori frigore, suadet hoc, quia grando congelatur in aquæ descensu, niuis autem

autem nubes manet immota, signum ergo est maius esse grandinis frigus, cum maius frigus requiratur ad addensandum id quod mouetur, quam id quod non mouetur, propter quod mobiles, ac fluentes aquæ frigore non congelatur, nisi in magno; immotæ autem per quodcumque, & si tenue frigus, quod ego demonstro, nam dum nix in aquam dissoluitur ex tectis guttans, aqua in guttas conuertitur pendens è tectis, tunc enim maximum viget frigus, plusquam dum ningit, & temperato aere licet fiat nix, non tamen fit glacies, dum autem dicitur, quod nubes deorsum tendunt, dum sunt grandinosæ, hoc grauitatem denotat in nubibus, & consequenter addensationem, ac propterea maius frigus, à quo causatur densitas. Accedit quod frigus à grandine causatum terris maximè nocet, & etiam maiori impetu cadunt, ergò maius vrget per antiparistatim frigus. Nec in media regione deficiunt exhalationes terræ, imò ibi subtiliores ascendunt, & sic facilius vi frigoris in grandinem possunt addensari.

Hæ sunt circa hanc materiam duæ extremæ opiniones, quam autem amplecti debeamus, fateor rem esse nimis difficilem, & vt verum fateor facilius in hanc vltimam Alberti sententiam, quam in primam Aristotelis inclino, cum efficaciores in hac, quam in Aristotelica inueniam rationes.

Stante igitur, quod grando ex aqua fluente fiat, facile soluitur difficultas, cur grando cadat rotunda, & ratio in promptu est, quia cum aqua cadat sphericè propter rationes supra assignatas de pluuia, ideo frigore condensata retinet illam figuram. Magnitudo grandinum indeterminata, visæ sunt enim anno 1637. in agro Bononiensi mense Augusti grandines 28. librarum pondus excessisse. Item in Gallia tempore Gregorij Secundi, grandinosam quamdam molem cecidisse legitur, longitudine 15. pedum, latitudine 6. profunditate 2. Item 1650. grandines post 12. dies seruatas adhuc magnitudinis vnius oui gallinæ inuenimus mente Iunij. Huius autem magnitudinis causas, tam secundum opinionem Aristotelis, quam aliorum esse potest, quia frigus intensum desuper impulsus à calido ambiente, desuper magna celeritate in nubem agens illam condensat in magnas guttas, & celerius agens per impulsus illi impressum à calore ita agit, vt in grandinem magnam vertatur, decidentes aliæ guttæ aquæ per antiparistatim aucto frigore illas vnit cum reliquis,

Quanta sit
grandinis
magnitudo

vel

vel ut dicit Cardanus primo subtilitatum, vniuntur per ventos contrarios, qui semper ferè spirant tempore grandinis, & sic congelatæ in tanta magnitudine decidunt; quare dum actio frigoris non est tam magna, formata aquæ gutta descendit antequam ei vniatur alia pars, quæ immediatè post formatur, quod si actio frigoris magna est post plures partes secū antequam decident vnitæ, & maiores cadere, & quidem indè maiores, vbi magis frigoris vrget augmentum. Dum grandines tam magnæ molis sunt, difficilè rotundæ apparent, cum figurentur ex addensatione nouæ materiæ, quæ potius per latera accedit, & non semper omni ex parte, ideoq; se expertum fuisse, narrat Cardanus, eadem nocte missas grandines instar rosæ, lilij, muscæ, &c.

Locus grā-
dinis est ni-
mis nobis
propin-
quus.

Constat ergo secundum vtramque opinionem locum grandinum potius esse nobis magis propinquum, cum ibi maior exerceatur antiparistasis, in quo maiori vrgente calore circum obsidente intensius augetur frigus pro grandine conglutinanda. Ratione etiam huius maioris antiparistasis experimur maiore esse grandinum copiā estate Solis calore maximo, vt anno 1650. accidit mēse Iunij, & 1651. nostris malis experti fuimus apud Ciuitatem Væstarum 21. hora eodem mēse, 1652. 14. Augusti, & alijs diebus Septembris Bononiæ, & hæ ferè semper, aut æstate, aut propè meridiem accidunt.

Aqua sem-
per grandin-
em comi-
tatur.

Colligitur etiam grandinem semper ferè cum pluuia coniungi, quia non omnes aquæ guttæ in grandinem congelantur, & sic remanentes in aquam decidunt, quæ semper magnarum guttarum esse videtur, cuiusmodi requirebatur pro grandine.

Admirabi-
les figuræ
in grādine.

Admirabiles quidem visæ sunt in grandine figuræ, aliquando facies hominum, aliquando equorum, Solis &c. Item litteræ inscriptæ, sic enim Cremonæ anno 1240. grandinem cecidisse narratur, in qua Crucis signum, Christi facies, cum litteris Iesus Nazarenus legebantur, è cuius stillis lumen fuit redditum cæco. Circà hæc, esto formæ aliquæ naturali dispositione materiæ, & situatione locali representantes talem figuram possint oriri, cuiusmodi ex situatione talium partium materiæ in tali loco, & taliū colorum in carta oritur talis figura, non tamen credibile est ita semper accidere, vt de grandine Cremonensi apparet; sed dicendum ad multa supernaturalia, ac imperscrutabilia Dei iudicia demonstranda facta fuisse, vel immediatè à Deo, vel Angelorum ministerio.

Grandinis color semper obseruatus est albicans, vel quia humor antiparissasi concoquitur, vel quia aerem includit, sed quia non tantum includit, quantum nix, ideo minus alba, quam nix.

Color grā-
dinis est
albicans.

Futurarum grandinum signa naturalia, hæc signa habentur, nubes valde densa, & obscura, præcipue in æstate, nec longè distans à nobis. Item grauida nubes albicans, deinde lupus ululans in locis fultis, & planis, vt notauit Niphus, Apes non procul ab aluerario volitantes, canes latrantes, sed vocem subindè variam mutantes, Boues plus solito comedentes, anseres volitantes. Pro remedijs contra tempestuosas grandines, nullum in hoc efficacius diuino auxilio, solemus autem campanas sonantes adhibere, & vt ipsarum sonitu mali fugentur spiritus, qui sæpissimè tempestatum auctores sunt, & etiam vt per campanæ motum, (quod etiam cum sclopiis, & bombardis) commoueatur aer, & per motum alibi ciciatur, secū deferens nubem grandinosam. Mirum sanè est, quod vanè, & superstitiosè dixerunt aliqui de grandinis euentibus, & vt indignas philosophicis oculis conspicienda ommitto. Principum tyrannidem in populo futuram falso ascripserunt grandini, quæ Kalendis Ianuarij accidit. Ad grandinem item expellendam cruentam in Cælum erigebant securim; alij noctuam alis patentibus affigebant; alij agros pelle vituli marini, aut cocodrilli circumdabant, & mille alias adhibebant insanias, at insani isti recordari debebant illius vulgati carminis. *Mal vâ chi contro il Ciel pugna, e contende*, & nullum melius remedium. Quam ad Dei, eiusq; Sanctorum patrociniū inuocandum.

Signa grā-
dinum fu-
turarum.

Remedia
cōtra tem-
pestates.

CAPVT SEXTVM.

De Nive.

Circā niuis efformationem variæ fuerunt Doctorem sententiæ, quas omnes meum non est ob breuitatem, quam intendo, illas referre, sed solum modum certum proponere.

Dico igitur niuem non aliud esse nisi nubem roridam congelatam, & in minutissimas puluerulas, seu aspergines diuisam, quæ habere debet coniunctas subtilissimas exhalationes, quibus possit congelari, pro cuius rei intelligētia suppono: vapores nubem efformantes inæquales esse in leuitate, & grauitate, & leuiiores sursum ascen-

P

dunt,

Niuis ma-
teria, &
quomodo
eſormetur.

dunt, grauioreſ verò deorſum. Cum igitur nubes frigore fuerit con-
ſtricta, incipit diſſolui in aquam paulatim miniſſimam, & pulue-
rulentam, ita quod non ſit ſubtilis vlla pars aquae ſine aere inter ip-
ſos intercedente, incipit ergo vrgeri frigus, vel antipariſtaſi, vel vr-
gente calore ſuperiori deorſum intendente frigus, cumq; ſint per-
mixti ſpiritus quidam ſalnitroſi, vel alterius corporis ſubtiliſſimi, &
albi, ac puri congelatiur aqua illa ita minuta, & rara, & vna par-
ticula alteri adhaerens in floccos decedit, hinc autem quia materia
illa ita rara, & ſubtiliſſima eſt, vt non pluuia, ſed nubes potius, aut
nebula videatur; propter quod occaſionem ſumpſerunt plurimi cum
Ariſtotele dicendi, niuem eſſe nubem congelatam, hi enim intelli-
gendi ſunt hoc ſenſu à me explicato, nec quidem inſundatè hoc di-
ctum putes; primo quia pro niuis explicatione nullus melior aſſigna-
bilis eſt modus, tū quia experiētia videmus eandē nubē prius tenuiſ-
ſimè incipere, ſæpè diſfluere in aquam, & ſtatim ob frigus ſupra ad-
ueniens extincto ex parte inferiori aeris calore per ipſā præcedentē
aquā, aduenit frigus cōdenſans illos vapores, & exhalationes tenues
in nubem, & hoc etiam clarè patet, quia eadem nubes niuis expanſa
in mari, ob calorem ipſius maris decedit in aquam, terra autem decedit
in niuem, & ibi in maiores decedit flocculos, vbi magis viget frigus.

Vnde al-
bedo in ni-
ue.

Ex incluſo igitur aere, ex illis ſpiritibus vtpotè ſubtiliſſimis ori-
tur in niue albedo, quo enim ſpiritus ſubtiliores, & leuioreſ, eò albi-
cantiores, propter quos ſpiritus ſurſum aſcendentes videmus ſpumā
albam eſſe, quia autem temporis traſtu huiuſmodi ſalientes ſpiritus
ſubtileſ euaneſcunt, hinc accedit niuem paulatim albedinem deper-
dere, vel dicendum prouenire ratione frigoris, propter quod in re-
gionibus frigidiſſimis homineſ ſunt magis albi.

Occaſione huius ſoluitur etiā alia difficultas, cur ſcilicet nix mol-
lior eſt pruina, aut grandine, & ratio eſt, quia non tot eſt commixta,
& vnita exhalationibus, quantis eſt commixta grando, & pruina,
quæ exhalationeſ coagulū ſunt ipſius humidi, quod patet expe-
rientia, quia ratione talium ſalinitralium, qui aduentu Solis maxi-
mè caleſcunt, hinc eſt, quod pruina magis adurit germina, & plantas.

Cur non
tonat dum
ningit.

Cur etiam dum ningit non accidunt tonitrua, & fulmina, ratio
eſt, quia generatio fulminis, & tonitruū ſit ex materia terreſtri intrā
nubem incluſa, niuis autem nubes, nec multum terreſtris, nec benè
cluſa eſt, imò in multas puluerulētaſ aque guttaſ diſperſa, & rorida.

Non

Non lucet nix sicut glacies, quia perspicuum in materia rariori, & minis molli, minus lucet, cum lumen transmittatur, & penetrèt facillimè, nec radios potest reflectere.

Cornix nō
lucet sicut
glacies.

Quod maiorem circa niuem præstat difficultatem est eius figura, quæ a Kepplero admirabiliter obseruata fuit figuræ sexāgularis, radios sex radiorum, figuram stellæ habens, pro quo libellum edidit Kepplerus, & multi multa scripserunt, in hoc aut noto ego hanc sexangulam figuram non esse propriam niuis, pluries enim obseruauit, ego talem exactam figuram sexangulam non reperiri in niue, tum quia pluries obseruatum legitur eadem nocte in decem formas variatam apparuisse niuem prius sexangulam; secundo figuræ muscæ; tertio rotundæ &c. quarè breuiter relictis multis opinionibus.

Figuræ di-
uersæ niuis
vide orian-
tur.

Dico primo figuræ diuersitatem triplici ex capite posse contingere in aliquo, vel ob intentionem agentis illud producentis ad talem finem, ad quem consequitur talis, vel talis partium dispositio, nempe pedes, caput &c. Item equum habere tales pedes, & homines tales. Cur autem habeant hanc figuram, & non illam præter multas causas naturales nobis ignotas, cum liberè à Deo fuerint productæ. Item quod talis herba sit producta cum quatuor folijs, alia cum sex, quod apes ita construant aluearia, omnia ista prouenire virtute formatrice illis ab auctore naturæ, ob multos fines insita; ita similiter dicendum est de ipsa niue. Vel si naturalibus causis uti velimus, dicendum est, vel prouenire ex loco in quo est, sic enim videmus experientia fructus, & plantas ratione loci gibbosi, alia oblongari, & alia alijs diuersis figurari modis, ut videmus de piris, male citrijs, & carduis gibbosis, & multis plantis, & arboribus. Vel denique multa possunt ex diuersitate suæ materiæ formare diuersam figuram, sic enim si in vna parte habeat talem materiam magis duram, aut magis mollem, talem diuersam causat figuram, vbi enim materia magis mollis est, ibi facilius dilatatur, vnde videmus nos cucurbitas, aliaq; similia super aquas pendentia, longiora fieri, ac maiora ratione humoris, qui intrinsecus ab adueniente extrinseco calore dilatatur, & infecti in aliqua parte fructus per tactum malignæ causæ in ea parte, & obdurescunt, & gibbantur corpora illa, ut patet in cedris, peponibus &c. hoc autem supposito, relictis multis rationibus à Kepplero adductis pro niuis sexagona figura, quas utpotè verè inefficaces impugnat Cabels lib. 1. in test. 52. & videre ibi ex

vobis poteritis, sic talem niuis figuram explico; primo, quia vt infra videbimus, præcipuè niuis causa sunt multa sidera, ad quorum ortum, vel occasum, aut coniunctionem cum alio niuem prædicimus futuram, & illa sidera sexagona forsan in se continent figuram, si enim ab Astrologis sexagona figura stellæ designatur, effectus imitatur figuram suæ causæ à qua formatur, agentis namque præcipua intentio est in assimilando, quando potest, sibi passio, vnde oritur aliquando filios, & gibbosos, & altos, & nigros, aut albos, aut rubeos eisdem oculis, & figura cum Patre, aut Matre generari &c. aut secundo dicas, quod cū in spiritibus diuersis, qui ex omnibus corporibus, vt dixi volitant per aerem, diuersa insit virtus formatiua, & generatiua, sic enim videmus talia semina, & tales spiritus unitos cum tali materia talem indicare, & non aliam figuram, alij longam, alij breuem, alij gibbosam &c. vt patet nedum in plantis, verum etiam in animalibus, lapidibus, &c. videmus enim spiritus saliniales super terram in formam lapillorum concreescere, sicut multos alios lapides sub terra. Item experimentum habemus, si sumas ampullam, in aqua argentum aqua forti calcinetur, postea relinquantur exsiccari, vt maneat instar pastæ, aut falsæ, & super vnciam vnā dicti argenti soluti apponatur aquæ communis distillatæ libra media, & misceatur aqua vertendo, vt cum argento confundatur. Postea ex illa phiala lentè apponatur in aliam phialam dicta materia, & in ipsa materia intra illam phialam ponatur tantumdem mercurij, quantum est argentum, & claudatur os phialæ, videbis tunc intra illam phialam apparere arborem argenteum cum suis ramis, & trunco. Pro quo dices esse tales spiritus metallicos talis figuræ formatores; similiter ego discuro, cum plures dentur spiritus, & semina talem, vel talem figuram causantes, accidit istos spiritus cōmisceri cum materia, ex qua fit nix, & sic mixti causant in ipsa materia talem figuram sexangulam, qui spiritus cum non sint in alijs partibus niuis, hinc est non totam niuem sexangulam esse.

Cadit ipsa nix in floccos, & bractas tenuissimas, vel ratione latitudinis nubis, vel ratione subtilitatis, & varietatis ipsius matcriæ, cum sit dispersa in minutissimos puluisculos multum includentes aerem, ideoquē tenuis, ac rara, ac floccosa cadit, & dum congelatur, quia restringitur, & contrahitur, hinc est quod laceratur in flocculos, ad quod etiam iuuatur ab aere dilacerante ipsam dum descendit.

Color niuis licet, vt diximus albus ferè semper videatur pluries tamen visa est nix rubea, hoc prouenire potest, vel ex exhalationibus nimis adustis, & rubificatis commixtis cum ipso vapore, vel quia vapores, ex quibus componitur niuis materia, potuerunt esse cum rubro multo cōmixti, vel quia elati fuerunt è locis bolosis, aut commixti cum vaporibus sanguinis eleuatis, vel ob alias causas, ob quas diximus aquam naturaliter potuisse contingere sanguineam.

Nix vnde
colorē sã.
pè variet.

Niuis effectus innumerabiles sunt, primo oculos videntes habet hebetare, quia nix vtpotè alba, & nimis luminosa visum disgregat, æstate autem redditur visui amabilis, quia per apprehensionem suæ frigiditatis refrigeratur sanguis. Confert nix plantis, namque suo frigore circum obsidente calorem terræ proportionatum pro generatione illum intendit, & spiritus terræ seminales retinet ne respirent claudendo suo frigore terræ poros; hoc tamen intellige dummodo non diu terræ inhæreat. Propter hanc etiam pororum terræ clausuram retinentem ne terra ad se vapores attrahat, oritur quod resoluta nix maiorem facit inundationem, quam facit pluuia, etiam si sit magna, quia cum non tantam contineat frigiditatē, non ita poros claudit, vt ipsa non valeat penetrare, & se intra terram insinuare.

Effectus
niuis.

Cur magis
inundat a-
qua ex ni-
ue resoluta
quam alia.

Niuem sua albedine animalia alba reddere testatur Plinius, & Scalliger exerc. 59. sic lepores albos, pernices, aquilas &c. & multa animalia, quæ diuersi coloris apud nos sunt, in regionibus polaribus nimis niuosis alba esse dicuntur, sic enim in Noruergia non solum lepores, sed etiam vrsi, aquilæ, vulpes, & cerui albi narrantur, hos albos esse propter esum niuium nefas est credere, nix sua maxima frigiditate nequaquam pro cibo est accommodabilis, sic enim apud nos ratione herbarum viridum, quæ comeduntur ab animalibus virida esse deberent; vt certius ergò dicendum, ex tam magno niuium aspectu, maximè inualente apprehensione (ex qua apprehensione accidit fætum colorari, vt in scriptura dicitur de ouis iacob, quæ ex aspectu virgarum diuersi colorum in aquas, in quas bibētes aspiciebant, diuersi coloris producebant fætus, quod etiam de fæminis aspectu visi Æthiopis apprehensi, Æthiopis colore tinctum producūt fætum; & patet in infinitis exemplis de equis, qui adhuc cornuti visi sunt, qualem apud se habebat Dux Andriæ in Apulia) propter hanc rationem lepores illos fuisse natos albos dicam ego, scilicet ex apprehensione niuium in momento conceptionis.

Quo modo
animalia
albescant
ex niue.

Quomodo
animalia
poſſint na-
ſci in niue.

Cū ningit
non longè
auditur ſo-
nus.

Dū ningit
nō tantum
ſentitur fri-
gus.

Signa ni-
uem indi-
cantia.

In niue plura animalia naſci habemus ex Ariſtotele, Plinio, & Cardano. Variè explicatur iſtorum generatio, hos dico generari, quia cum intra niuem incluſi maneant ſpiritus, & halitus ſubtiles vi caloris externi incipiunt aliquantulum caleſceri, ſic calefacti vel putrefcunt, & ſic generantur vermes, vel ad profundum fugientes niuem excauāt, ſuo motu aucto calore per antipariſtaſim, & corruptentes intra illas veluti factas fouunculas vnitū ſibi humorem, vermes generant, cumq; non minor ſit de niue, quam de aqua difficultas, ſicuti per corruptionem videmus vermes in aqua generari, ita & in niue diſcurrendum. Ratione niuis aerem condenſantis, & per floccos cadentis alibi aerem diuertentis oritur, niuſo tempore non longè diſtantes audiri ſonos.

Cum ningit non tantum ſentitur frigus, & quia calor Solis refleſcit deorſum ab ipſa niue, & quia ſimul cum niue decidunt ſpiritus multi calidi in nube niuis prius incluſi.

Nix pro potu aſſuetis bona, non aſſuetis peſſima, nimia enim frigiditas conſtringit partes, propter quod tuſſim generat, & oppilationes, nec tam guſtu æſtate eſt deſiderabilis, quantum ſimul inordinatè adhibita nocua eſt.

Naturalia ſigna niuis hæc numerantur, cum aerem turbidum, clara quadam turbatione ad albedinem vertere videmus; tunc enim nubes illa incipiens in niuem (raram materiam) diſſolui, non valet lumen impedire, ideoquè ipſam penetrans, lumen producit. Item aer cum ex valdè frigido incipit tepideſcere. Item ſi habitis ſignis conuenientibus, quod hyeme ſequi debeat pluuia, & non ſequitur pluuia nubibus in aere ſuſpenſis, & candicare incipientibus, ſignum eſt in niuem vaporem addenſari, ſic etiam ea ſigna, quæ in aliqua temperata regione pluuiam promittunt, in frigidioribus promittunt niuem, ſi concreſcat cinis, inquit Aratus, niuem expectandam, quia ſignum eſt vigere tunc in aere humiditatem ſimul cum frigiditate, ex quibus oritur concretio cinerum. Item multa grana, veluti milij lucernæ lichynum circundantia, quia ſignum eſt aerem eſſe ſiccio-rem, & frigidio-rem, propter quod conglutinantur, nec tam humidum eſt, vt ſit aptum pro pluuiâ. Poſt flatum Auſtri ſuccedente borea niuem expecta, quia adducta per Auſtrum ventum calidum, materia, adueniens boreas (ventus frigidiffimus) illam materiam addenſat, & in niuem vertit, & hinc notum mihi ſit, quomodo men-

se Maij (vt anno 1643. die 10. vidi ego Bononiæ) potuit ningere in tanta quantitate, quanta tunc, & alijs vicibus etiam Mense Augusti obseruata est, quia scilicet adducta, & parata materia per austrum aduenit boreas ventus frigidissimus, & per ipsum, & per antiparistam ad lenfari potuerunt in niuem vapores illi, qui in aquas puluerulentas erant dispersi, maximè prius temperata existēte æstate, nisi etiam, & cum maximo fundamento dicere velimus, accidisse tunc ortum stellarum niuem adducentium, aut aliquem planetarum aspectum niuium productorem, & aerem distemperasse, ac pro niue aptum reddidisse, quas cælestes niuis causas obseruabis infrà. Plus enim Cælestes, quam sublunares causæ possunt pro aeris mutatione, & experientia suadet infinities hoc meum dictum, a quo tantum abhorret quorundam turba, qui dum naturales hos sublunares effectus superlunatibus ascribimus, somniari, ac Chymerizari nos, non pudet ipsos dicere.

Tempus niuis dubium est, si quidem, & hyeme, vere, æstate, & autumno niues apparuisse narratur, nec mirum, quia omni tempore contingere possunt causæ niuem causantes, vel frigus aeris per ventos boreales, vel per antiparistam, vel cælestes causæ tunc occurrentes, sic enim dicitur apud quasdam Regiones Tartarorum (& si calidissimæ sint) æstate frigus maximum solitum esse sentiri, niuesque densissimas cadere; frequentiores tamen accidunt in hyeme, cum plures tunc sint causæ frigidaæ ad niuem causandam proportionatæ.

Locus, in quo generatur, est frigidior aeris regio, vnde dicitur, nūquid ingressus es thesaurum niuis, ex quo occasionaliter dixit Angelicus præceptor niuis locum nimis remotum esse à nostro conspectu. Loca, in quæ primò cadit, sunt alti montes, tum quia illi primò obuiant, & niuem detinent, tum quia vtpotè à Solis reflexione remotiores, facilius ibi recipiuntur tamquam in proportionato subiecto. In alto igitur mari non ningit, & quia ibi ratione caloris maris aer tepidior, & quia ex alto mari continua actione Solis sursum ascendunt plures halitus calidi, qui niuem descendentem habent destruere; cui applicari potest illud Iob 36. *Qui præcipit niui, vt descendat in terram.* Isidorus sic inquit, *In terram, quia in mari non cadit &c.*

Dubitatur etiam cur manus niuem portans recessu niuis calidior

Tēpus ni-
uis potest
esse totus
annus.

Locus ni-
uis.

red.

reddatur. Communis est responsio, quia scilicet adueniente niue calor manus contrarium fugiens ad interiora se recepit, ibi autem magis à reliquo interno calore vnito calefit, recedente niue naturaliter iterum fluit, intensior ad suam tuendam manus partem, & hinc est, quod calidior per talem sanguinem redditur manus. Porus niuatus afflue-
tis, & calidis bonus, alijs malus.

C A P V T S E P T I M V M.

De Glacie.

Glacies
quid sit.

Glacies aliud esse non intelligitur, nisi aqua supra terram exhalationibus terreis mixta vi frigoris congelata. Patet hoc ex supernatatione ipsius glaciei, & dura conglutinatione, & quia videmus in glacie paleas, & multas terreas partes contineri; item multum aeris, qui sursum materiam attollit, hinc optimè colligitur mixtas habere exhalationes, cum proprium frigoris sit, tam homogenea, quam etherogenea congregare.

Vnde pro-
ueniat gla-
ciatio.

Glaciationem à propria aquæ frigiditate provenire dixit Valerius, ita quod si à contrario calore separaretur, statim aqua congeletur, eo quia omnis, quantumvis intensa frigiditas non sit præter, ac contra aquæ naturam, quia in se aqua frigiditate in summo gaudeat, sed ut improbable reputo hoc; primò, quia aqua etsi frigidissima, quia tamen humida, & quò magis pura, magis humida, ideò fluere, & non addensari, & consistere deberet, sicque etiam potius in medio deberet addensari, aut fundo, ubi magis viget frigiditas, non tamen addensatur desuper in superficie, ergo dicendum est addensari à frigore, sed ratione exhalationum admixtarum, quæ super terram facilius inveniuntur, cum istæ utpotè leues superiorem petant locum, propter quas exhalationes sursum ascendentes dicam accidere, aquam maris magis salatam esse in superficie quam fundo, aut medio. Occasione glaciei necessarium erit explicere an tantum possint à frigore condensari omnia. Quotidiana experientia docet nos non semper frigore corpora condensare, & calore relaxari, sed è contrà: videmus enim lutum frigore constringi, & indurari, ova autem calore durescere. Item mare exhalationibus mixtum non concrevit, lac autem coagulo congelatur, sicut etiam videmus Mercurium odore plum-

plumbi, aliorumq; metallorum coagulari. Item multa alia. Regulam ergo hanc generalem sic teneas in congelatione, quotiescunq; cum humore miscentur spiritus terre non calidi, à quorum calore disgregentur toties frigore condensationem posse fieri, quando autem coagulatur res coagulo quodam, quod est veluti quoddam sal, hæc licet frigore condensentur, melius tamen calore congelantur, quia per calorem illud saliginosum coagulum dispergitur, vt se infinuet cum omnibus partibus lactis, & lac subtiliatur, & asperso hoc coagulante sale congelatur materia, stringit coagulū medio frigore partes pinguiore lactis, & illas vnit, cumq; (vt dixi) proprium frigoris sit etherogenea, & homogenea congregare, hinc est quod congelantur partes tam serosæ, quam viscosæ, & caseæ, & fit totū quoddam corpus consistens, quod nos lac coagulatum vocamus, calefacto autem hoc coagulato corpore, vel manu compresso segregantur homogenea ab etherogeneis, & inde extrahitur recocta, & caseus, ex quo colligitur non ita pro cibo vtile esse lac coagulatum, vt est caseus, & recocta, quia ratione serosæ illius partis admixtæ, quæ arida, & solutiua, ac frigida est, plurimum corporibus, & alueo nocet &c.

Datur regula quando aliquid à frigore, aliud à calore congelatur.

Hic autem oculos apertos habeant ingegniosi operarij, vt videant quem seruet modum ars in coagulando lacte; adhibent enim coagulum quod dixi sal quoddam esse, quod humido miscetur, non igitur irridendum dictum illud philosophicum clamitans, nihil sine sale opus nostrum valere, hoc sal, hoc inquam coagulum inueniat, & sicut natura sub terræ visceribus illud frigore vnit, cum humido vnire potest ars per calorem: hoc coagulum inueniat, & misceat humido, & coquat, & sciat coagulum, hoc in pluribus corporibus reperiri, habes enim illud non solum in metallis, verum etiam in multis medijs mineralibus, imò & herbis. Audias meæ huius propositionis experimentum, sumpsi olim succum mentastri, & in cannulo arundineo apposui intrā succum illum Mercurium crudum, & sæpè commoui per vnum mediæ horæ quadrantem, & Mercurius non amplius pro tunc erat fluens, sed in cineres reductus manebat quasi mortuus. Vtcrius lac si congelare volumus absque coagulo suo ordinario sumimus herbas quasdam, & miscemus cū lacte, & videmus lac congelatum. Item flore herbæ aquæ foliæ aquā congelari narrat Pythagora. Item ex Cardano habemus radicem Althæ in frustra

Noteat hinc totū fundamentum artis chymicæ.

concisam, & in aqua infusam per noctem aquam glaciare, vides igitur virtutem coaguli: & ulterius diligenter nota coagulum non necessario debere esse eiusdem speciei cum coagulato, licet quod eiusdem speciei est, efficacius operari videamus. In glaciis dissolutione attendenda est aeris dispositio, & locorum subterraneorum; in aliquibus partibus tota aestate durat, ut accidit in Germania, alibi autem statim dissolvitur aliquando evaporantes halitus aquae sub glacie positae vi subterranei caloris ignium, & non valentes exire dicti spiritus ob impedimentum glaciei, quod reperiunt supra se, magnum faciunt sonitum sub aqua, imò aliquando magno impetu totam glaciem disrumpunt, eo modo quo spiritus intra terram inclusus terram disrumpit &c.

An aqua
calefacta
prius con-
geletur.

Dubitatur cur aqua calida citius congeletur. Huic experientiae (quam non solum ego, verum & alij probaverunt veram non esse) Respondeo contingere potuisse, quia cum in aqua calefacta fuerint dispersae per totum, & melius insinuatæ cum partibus aqueis partes terræ viscosæ, quæ facilius frigus concipiunt, & retinent, quam partes subtiliores quæ fuerunt congregatæ, ideo citius congelatur; propter quam etiam rationem videmus glaciem in parte superiori, in qua sunt partes subtiliores aquæ, molliorem esse, quam in parte inferiori, & durior est glacies aquæ crassioris, quam tenuioris, ut notavit etiam Cardanus lect. 48. in Hippocratem de aere; & 17. de varietatibus adeò decrescere glaciem, & in partibus septentrionalibus, ut tantum duobus digitis crassa glacies hominem sustentet, equitem armatum est in pluries palmi unius dimidio, quatuor autem palmorum integrum exercitum. Imò & in iisdem regionibus ex glacie muros efformari bombardarum ictibus resistentes refert Olaus.

Vbi & quo
modo ge-
neretur
christallū.

Christallum etiam ubi vehementius urget frigus glacie fieri habemus ex Plinio lib. 37. c. 2. Item ex Alberto Magno 2. Metheororum in montibus altissimis compressione nivium generari in fundo christallum, ac berillum, aliosque lapides, & quidem christallum, aliosque lapides aqua congelata generare potest, quia ista soluta convertuntur in aquam, de quo exactissime 2. libro dicam, ubi modum construendi lapides prætiosos docebo; & licet etiam in locis frigidissimis reperiat christallum infra montes, ibi humor, & subtilis spiritus sulphureus quo unitur, esse potest, & antiparistasi ibi magis frigore unitos glaciari, ac lapidescere &c.

Ea autem, quæ non congelantur, hoc privilegio gaudent, vel ob calorem nimis benè coniunctum cum humido, aut quia pars terrea est valdè pauca difficilè potens exsiccare humidum, propter quod nec aqua maris, nec aquæ sulphuræ valent congelari, de maris autem congelatione in partibus frigidissimis congelari, narrant plures Historiæ, vel ob intrinsecos spiritus igneos sulphureos.

Cur aliqua non cōgelantur.

Accidit etiam aliquando nimio frigore internum calorem obfidente adè illum intendere antiparistica natura, vt sæpè corpora frangantur, & lacerentur, imò & plumbi laminas liquatas frigore, & ex Plutharco, & ex Aristotele lib. de 1. frigido confirmatum habemus; reliqua ad congelationem spectantia plura in principio operis, & sanè qui circà congelationis modum versatus non est, nunquam ad vtile aliquod artis secretum perueniet, cum congelatum congelet, & finum fixet, qui igitur humidum fixare, & congelare nescit, nil boni operabitur, diligenter igitur caput hoc perlegatur.

Nimio frigore congelata franguntur.

CAPVT OCTAVVM.

De Rore.

Rorem iuxtà Aristotelis sententiam sic definiri colligimus, est vapor tenuis exiguo calore non satis à terra eleuatus vi nocturni frigoris densatus, & in minutissimas guttulas elapsus in terram; vt autem causam adæquatam huius metheori exponamus, supponendum tamquam manifesta experientia certum est vi Solaris caloris, aut alterius astri, aut ignium subterraneorum vapores perpetuò eleuari, & spirituosas substantias è terra ascendere, istæ autem cum ex sua natura graues sint, & crassæ, non leues, hinc à contrario eleuante destituantur ad suam propriam naturam se reducentes, statim deorsum tendunt. Sol ergò quo magis supra horizontem eleuatus est, quia magis terram ferit, illos spiritus magis calefacit, subtiliat, & leuitare facit, dum autem nimis est, ab horizonte depressus, & ab illo recedit, non tantum illos subtiliat, & eleuat, & illo impellente calore tam à propria innata frigiditate, quam à superueniente frigida noctis temperie repulso, decedit vapor, quos sanè in casu nostro eleuat vesperti occidentis Solis calor, & ob suam obliquitatem, & distantiam non tantum habens vim sursum vapores

Roris materia, & causa efficiens.

Quomodo
fiat ros ma-
tutinus.

Cur antè
aurora ſen-
tiantur qui-
dem venti-
culi.

Plures ro-
ris effectus.

illos eleuandi, hinc frigefacti nocte in terram iterum decidunt, & ros generatur à vaporibus illis parum à terra diſtantibus; propter quod nec in turribus, nec altis arboribus ob diſtantiā à loco vaporum roris, ros reperitur, ex quo habes verſperi rorem cadere; præter rorem veſpertinum accidit manè ros antè Solis ortum in aurora; quæritur de hoc, quomodo fiat: ſumas hanc breuem, ſed efficacem rationem lector. Rorem aurora fieri dico, quia Sole oriente vicinum rarefacit aerem, aer ſic rarefactus maiorem petens locum aerem antè ſe expellit, & fugat, ſic fugatus aer vaporoſus fit denſus, ſicuti à vicino aliquo corpore compreſſa v. g. poſita antè ſe lana maiorem petens locum lanam poſt ſe ſequentem comprimit, & addenſat, ita addenſatus, grauior redditur, & factus iam grauior aere ſuper ipſum permanere, & ſupernatare non valens, deſcendit deorſum in terram, & ſic ros generatur matutinus, &c. & ex hac aeris condenſatione tenebroſus manè antè auroram aer apparet. Item ob vapores iſtos addenſatos grauitantes, & in terram deſcendentes, videmus omni anni tempore frigidiorē ſentiri aerem in aurora, & hoc maximè ubi vehementior eſt actio Solis rarefaciens partem interiorem aeris, ex qua ſemper condenſatio habetur partis poſterioris ipſius aeris, & hinc etiam ex hac aeris condenſatione, & deſcenſu vaporum, ſemper antè auroram venticuli quidam ſentiuntur. Vel dicas rorem à Luna cauſari ſurſum eleuante ſuo paruo calore vapores, manè autem recedente ipſa, quia recedit cauſa illos euehens ſurſum, decidunt recedente calore, & reducētes ſe ad priſtinam frigiditatem in rorem diſſoluuntur. Differt ros à pruina, quia hæc, & frigidior, & humidior eſt.

Plures producit vtiles effectus ros, ſicut, & multos inutiles; primo quia decidunt cum rore plures ſpiritus vegetabiles, qui ſurſum à terra erant eleuati hinc fertilitatem inducit. Cæterum quia multos ſimul etiam includit ſpiritus ſalnitrales, hinc ſi calore immoderato ros ſuper herbas, fructuſq; caleſcat, malus eſt, hinc etiam ratione talium ſpirituum comburentium coria, & calceamenta adurit, & illis, qui ſupra rorem incedunt. Item tincturam variat in pannis, & colorem mutat in rebus ratione ſpiritus ſalnitri, & calchanti comixtorum, in tritico inducit rubeginem, & quædam alia magna generat, commeſtus aluum ſoluit. Quod eſt communis Ruſticorum purgatio, res. ſ. rore madefacta comexta &c. Mirū eſt in quanta æſtimatio-

ne apud amicum quemdam fuerit ros, vt putauerit rorem materiam esse, quo lapis ille magnus componeretur, cuius opinio non omni carebat improbabilitate, si totum quod in rore est pro vna salifica, .s. parte sumebat; at tantum suum non penetrabat ingenium; audiet fortè me, si meum hoc speculabitur opus.

Inter innumerabiles effectus roris vnus est, quod fideliter, ac piè à Catholicis obseruatur, solent ægrotantes pluribus morbis die Sanctissimæ Ascensionis Domini se intra herbas rore madefactas circumuolare, & à multis morbis liberari, hoc facientes fideliter in memoriam Sanctissimi illius roris, qui eo die, quo Christus cælum ascendit, cecidit è Cælo.

Ex concepto à conchis rore perlæ generantur. Ros etiam ob suos exsiccantes spiritus inclusos matricem indurat, & exsiccat, propter quod plures roræ se lauant.

Tempus roris præcipuum autumnus, & ver, quia tunc temperata est Solis actio, cum non sit, nec tam vehemens, nec tam debilis in vaporibus moderatè eleuandis. Quale sit
tempus ro-
ris.

Ros odorosus non est (vt Cardanus inquit) quia Solarem non expestat calorem à quo concoquatur quantum sufficit ad odorem. Ex Aristotele, rore Cicadam nutriri, habemus in 4. de Historia animalium, idem docuit Virgilius dicens, *dum thymo pascentur apes, dum rore cicada*. Inò, & rore cicadam inebriari referunt, & indè inebriatam canere. Coruorum item pullos rore nutriri, & albos idcirco esse, narrat noster Gregorius Magnus. Venenosorum animalium vim hebetari rore, & docetur ab alijs, & experientia comper- tum sæpè est.

Serenitatem indicat semper ros, præcipuè quandò cōtinuat, quia signum est non eleuari sursum materiam adeò pinguem, & crassam, vt materia aquæ.

C A P V T N O N V M.

De Pruina.

IN explicatione huius metheori non multa restant videnda, cum tantum in paucis à rore differat pruina, non enim aliud est pruina, quam ros congelatus, quatenus, scilicet vapor ille qui erat ros paulo

Pruina est
ros conge-
latur.

paulo plus congelatus euadit pruina, vnde fit tempore valde frigidus, spirante præcipue septentrione. Differunt etiã in hoc ros à pruina, quia ros est vapor supra terram aliquantulum elatus, & decedit super herbas, & frondes, à quarum frigiditate actuali, & externa in aquæ formam concrefcens, vbi in guttulas quasi gemmas formatur, quibus alius adueniens vapor à priori iam frigidus maiores causat guttas; in pruina autem vapores illi maiori frigore oppressi congelantur, his aduenientes alij vapores cum illis primis congelantur super terram, herbam, & arbores, & salis crustam ob hanc congelationem referunt. In hac autem congelatione iuuatur à spiritibus salnitralibus mixtis cum vaporibus, qui vltra solitum frigore elerati, referunt crustæ salis formam, cum se habeant veluti coagulum illorum vaporum, quam etiam figuram pruinae insinauit Ecclesiastes c. 43. cum dixit, *gelu sicut sal effundet super terram*, & quo plus huius coaguli est admixtum, eo facilius congelatur in pruina, & ratione horum spirituum pruina multum plantis, fructibusque obesse, & teneribus arborum ramulis. Vel cum Iuenniano dicere possumus fructus destruere, quia cum virtute Saturni prædominantis cadat, qui prædominatur fructibus, & quia Saturnus mortificatiuus est, idcirco illis nocet; ex quo etiam oritur nebulam, quoque fructibus, ac plantis nocere, cum hæc præcipue à Saturno, aut Saturninis stellis prædominantibus producat, olera autem, & brassicæ pruina tenerescunt, & ratione horum spirituum mordentium crassum illum humorem, & ratione etiam frigoris ipsius, quo brassicarum clausis poris natiuus non valens expirare calor, habet magis crudum illum concoquere humorem. Generatur in loco altiori, quam ros; propter maiorem subtilitatem spirituum eleuatorum cū vaporibus pruinae oritur albedo in pruina, & propter frigus superans humidum, & propter inclusos salnitrales spiritus, vt a simili diximus de niue.

Pruina ali-
quæ herbæ
tenerescunt.

Quãdo cõ-
gelerur va-
por pruinæ.

Dubitari solet an pruinae vapor congeletur, antequam descendat supra terram, an verò dum est in terra. Respondeo vtrumque probabile esse, nam cum pruinae tempore magnum vigeat frigus, potest decidentem per aerem vaporẽ congelare, vt facit in grandine, & in aquis è tectis decidentibus. Secundo etiam modo fieri potest, quia cum in terra, in lignis, herbis, arboribus, tectis &c. densius reperitur frigus, potest decidentem super ipsa vaporem congelare.

Quid

Quid prædicat pruina, sic habetur; pruina tribus vicibus cadens pluuiam significat, quia tam sæpè decidens signum est adesse vaporum copiam, & Sueffanus de signis pluuiæ inquit, cum pruina fuerit, aquam intra tres dies expectandam. In obseruatione compertum esse dicit, quod si pruina, & gelu pluuiæ dissoluentur, ita toto anno accidet, in omni scilicet gelicidio forè pluuiæ dissoluenda. Verum in hoc nisi ad occultam quamdam stellarum vim recurramus, rationem non inuenio, cur pluuiam significat, cum parum eleuetur paruus ille humor è terra, & statim decidat, nec sursum eleuetur ad nubem, aquæ materiam, construendam &c.

Effectus
quos præ-
dicat prui-
na.

Pruinæ persimilis est glacies (stiritia dicta) hoc est illa, quæ barbis, ac capillis hominum adhæret, & æquorum pilis. Item ab arboribus instar lanæ flocculi pendere videtur, cum aer nebulosus est; hanc eodem modo fieri dicas, ac de pruina, nam vapor ille, ex quo dicimus fieri nebulam, tenui vento portatus, ad pilos transfertur, vel aliam rem, ex quo dicimus fieri nebulam, quam circumdat, & in humorem ibi solutus frigore densatur, illi parti densatæ adueniunt aliæ, & iterum frigore gelant, & sic fiunt glaciales ille crustæ, seu stiritæ; hinc ergo aere nebuloso dum vapor ille incipit in aquam dissolui, frigore oppressus gelare cogitur.

CAPVT DECIMVM.

De Melle, Saccaro, & Manna.

Circà materiam vnde mel extrahatur, non parum diuerse inter se loquuti sunt Philosophi; dixerunt enim aliqui, mel ab aere super herbas, & plantas decidere, indeque ab apibus colligi; alij vt Plinius dixere esse Coeli iudorem, ac syderum, in terris elapsum; Alij esse excrementa apum, scilicet postquam apes alimentum sumperunt ex vaporibus saturati, quod remanet in excrementum emittunt, & mel producant. Ultimò dicunt aliqui mel esse florum, ac plantarum succum ab apibus extractum. In hac opinionum diuersitate, quod experientia cōpertum est, dico mel multis modis haberi posse. Primo mel haberi potest per hoc, quod apes à plantis, ac floribus extrahunt partem magis spiritosam, & benè concoctam, & vt ità dicam esse succum internum, & medullarem, & sic nō metheoro-

Mellis ma-
teria qua-
lis.

itā

Panis melle
illinitus
cur ebrietatem
tollat.

Cur vinum
sale mixtum
inebriat.

Mel decidit
etiam ab
aere.

logicum aliquod, sed vegetabile, & terrenum esse, moueor ad amplectendum modum istum, primò, quia omnium communis consensus est, mel iuxta varias plantas ex quibus extractum est, diuersum esse, sic ex venenosis, scilicet nappello, aconito &c. venenatum euadit, ex thimo, & rosis, alijsque olentibus floribus optimum, ex absynthio amarum &c. secundo, quia non manet tantum apes, sed etiam in meridie, quo tempore ros non est, adhuc super flores volitantes colligunt mel. Deinde ex certis quibusdam floribus, non ex omnibus videmus colligi mel ab apibus. Vltimò, quia ex plantis, unde apes mellis succum exugere videntur, si ore gustentur, & suggantur melius sentitur liquor, quod clarè videri potest in Liguria &c. est igitur succus ille vapor quidam benè concoctus mixtus exhalationibus, & optimis spiritibus vegetabilibus, quo plantæ ille nutriuntur, & quidem exhalationibus multis terreis mel esse comixtum, testis est experientia artis spargiricæ, si enim arte chymica mel distilletur, aut dissoluatur, maxima pars in terram decidet hinc ratione talium exhalationum mel exficcare dicitur à medicis, & ad ebrietatem curandam melle illi nitum panem dabant, vt sua scilicet grauitate, & terrestreitate ascendentes vini spiritus reprimeret, & à simili ducor ad soluendam illius experientiæ dubitationem, cur scilicet vinum sale mixtum inebriat: quia per sal crassiores partes deorsum reprimuntur, & recipiuntur, ac retinentur ab ipso, & subtiliores spiritus ascendunt, qui ob suam vehementiam, & copiam cerebrum perturbabunt.

Secundo modo dico posse fieri mel tantum illud ex plantis colligentes apes, ducor ad hoc ex Aristotele, ita sustinente libro 5. de historia animalium c. 22. hoc idem docuit Plinius lib. 11. c. 12. qui conqueritur de hoc, quod mellis liquor non deueniat ad nos ita purus, sicuti formatur in aere, eo quia in descensu qualitatibus nocuis, alijsque spiritibus comiscetur, & postea ex ore apum euometur. Item pluries expertum est apes madefactis, & oneratis cruribus, & coxis (in quibus sunt quædam fila reparantia mel ne defluat) ad aluearia rediisse, lentisq; cruribus, ac coxis melle onustis, alias ibi ad esse apunculas, quarum munus est oneratas melle apes axonerare, & exoneratas ad aliud colligendū mittere, & in cellulas mel reponere, illoque fauos replere, vt illis pro cibo seruiat in hyeme, quo tempore ob frigoris angustiam difficilè ad cibum parandum exeunt, non aliter

aliter, ac in formicis æstate grana intra terram ponentibus apparet &c. Item commune est dictum, Iride apparente, quia multa pars illius roridæ nubis in terram decidit, apes mellificare, venenatur etiam mel hoc modo productum, quia ros ille contactu venenoso herbarum venenum concipit, sicuti odorem sumit ex herbarum odore, supra quas cadit.

Quod autem mel sudor sit cœli, aut siderum difficillimè percipitur, & quia hic cœlorum sudor difficillimè percipitur à Philosophis, & estò esset difficillimè adhuc esset percipere, quomodo ex tam alto loco transiens per supremam aeris regionem, & mediam, & igne elementarem perueniret ad nos.

Neque potest esse apum excrementum, quia ut communiter conceditur ab omnibus ipso melle pro cibo vtuntur apes, excrementum autem vnius, licet posset esse cibus alterius, non tamen eius, cuius est excrementum, quia virtus nutritiua iam extraxit, quidquid detinebat pro nutritione ipsius animalis, & excrementa manent inutilia.

Rorat præcipuè mel ex Plinio splendente Sirio, hoc est canicula vere, & autumnò, quia tunc tenuis ille vapor melleus sufficientissimè concoqui potest, ut dulcedinem inducat.

Mellis utilitates variæ, de quo Dioscorides, & alij, & vnum hoc secretum dignum donabo vobis, sciatis, quod si per distillationem lento igne mellis spiritum extrahas, & illo quemcumque attractum neruum liniatis, facillimè resoluetur, & curabitur, imò calcinatum prius aurum mellis spiritu soluitur, & balsamo similis extimatur mellis spiritus. Mel naturæ calidæ est, præseruat à putredine, propter quod melle illinita cadauera sepeliebantur ne putrescerent. Bonitas mellis est in fundo, olei in supremo, vini in medio. De melle siluestri, quo S. Ioannes Baptista volvebatur in deserto, variè sentiunt Patres, quale esset. Rabanus putat esse succum quorundam foliorum candidorum, & tenerorum, ex quibusdam arboribus decidentem. Alij esse humorem ex arborum frondibus collectum. Alij putarunt esse mel quoddam autumnò collectum ex quoddam frutice dicto Erica, quod est iniucundi saporis. Alij esse mel in lapidum scissuris, ab apibus, agrestibus ibi collectum, quod amarum est, ac insuaue. Verum cum nil certi in hoc haberi possit, quod vultis dictum amplectimini.

Mel non est
sudor cœ-
porum, cœ-
lestium.

Mel neque est
apum ex-
crementum.

Mel mel-
lis copia
tempore ca-
niculæ, &
mel augusti
dicitur.

Utilitates
spiritus
mellis.

Bonitas
mellis in
qua parte.

Quid dic-
tum de
melle silue-
stri.

Vnde ha-
beatur sac-
carum.

Experimē-
tum vtile
ex melle.

Saccarum à multis inter metheora dicunt non numerandum, di-
cunt enim non alio modo fieri, nisi ex succo ipsarum arundinum,
qui per diuersas ebullitiones purificatur, & ita dealbatur, vt commu-
niter fit in Italia, in Sicilia, aliisque partibus Orbis. Plinius autem
non agnouit aliud Saccarum, nisi illud, quod non arte extrahitur, vt
nunc ex arundinibus, sed quod se solo instar gummae ex arundinibus
exibat, & expirabat; cæterum putant multi, nec improbabiliter
saccarum fieri per hoc, quod elabens succus ab aere instar mellis, &
mannæ arundines illas penetrabat, & propter hoc inter metheora
numerandum. Opinio equidem non improbabilis valde, sed tutior
est aliorum opinio, vtpotè magis in vsu.

Saccarum in medicinis vsitatissimum, communiores saccari ef-
fectus Medicis relinquo, hæc tantum tibi dono secreta, iuuat maxi-
mè saccarum pro voce, & stomacho, si hoc modo fiat, trituretur
saccarum, & ponatur illud in vase vitreo cum aqua vitis, & ac-
cendatur aqua, remanebit postea saccarum in formam olei, quod
si ita prima vice non venit, appone nouam aquam, & fac vt supra,
decantando singulis vicibus, id quod in oleum fuit conuersum, & po-
stea appone nouam aquam vitis; de dicto oleo sumpto ad quantita-
tem vnius coclearis manè, aut serò optimum est pro tussu, ac voce
medicamentum. Vltèrius cum oleo hoc (quod aliquibus iam notum
est) progredere tali modo à me probato; recipe dictum oleum, & in
ipso pone optimam aquam rosaceam, vt soluatur oleum, filtra hoc
solutum cum filtro cartæ, postea in balneo cum orinali ponatur, &
sua cappa, & stillare fac totum, postea iterum solue oleum, cum
aqua cannellæ, filtra vt supra, & distilla, at in ore stillicidij appone
muscum intra bombacem, & postquam stillauit, iterum reduc aquam
supra saccarum, & stilla; & tantum sapore, & odore nobilitabitur,
vt nihil illo iucundius, ac pretiosius &c.

Vltimò explicatur manna, quæ apud nos his temporibus est, di-
co hoc generari, & ex succo quarundam arborum, & etiam ex rore,
sic enim experiētia compertum est, manè in quarundam arborum
folijs adhærentem rorem conuerti in manna, & colligi, & etiam ex
succo, sic enim arbores illas scindunt, & lacerant in icortia, & ma-
nè instar gummae foras emissum adhærens colligunt manna, vt in
Gargano monte vidi ego anno 1651. licet dicant aliqui ab ipsis
arboribus ita laceratis attrahi ad se rorem veluti a spongia, quod ne-
quē

quæ multum à veritate deuiat, & etiam idem in Calabria videtur, hæc autem duo genera mannæ, illa scilicet, quæ procedit ex arboribus, & illa, quæ ab aere super frondes arborum cadit, licet vtrumque habeat eandem vim solutiua, tamen inter se, vt constat, diuersa sunt, quod ex arboribus est colligitur ex orno, & fraxino colligitur prædicto temporis anno, scilicet à Iunio, aut Maio vsq; ad Augustum, hoc tempore forsitan, quia tunc vehementi calore concoquitur, & foras expellitur humor illius arboris, & matutino frigore temperato in manna concreuit. Cur autem ex his, & non illis arboribus decidat, in hoc, & non in illo loco, non meum hoc esse volo, nec tantum in naturalibus rationibus inueniendis insudare, cum diuinare potius viderer, quam aliquid certi dicere. Pluribus inseruit medicinæ vtilibus, & præcipuè pro corpore purgando, & alueo soluendo efficacissimum &c. & pro qualibet integra corporis purgatione tres tantum mannæ uncias à nostris Lyciensibus medicis dari solitum est.

De materia
& produ-
ctione mā-
næ.

De manna Hæbreorum dicere audeo, fuisse quo ad substantiam eiusdem speciei ex aere decidentem, sicut & nostrum, & licet illud durius, & in formam ciceris (vt vidi ego Bononiæ in nostro Monasterio S. Stephani, in quo manna deserti asseruatur) & omne delectamentum suauitatis habuit, hoc tamen non naturaliter, sed supernaturaliter factum fuisse dicimus, cum hoc non omnibus æqualis gustus fuerit, sed inæqualiter iuxta bonam, vel malam ipsorum conscientiam, propter quod indignis illis hominibus vilis, ac nauseus cibus videbatur. Item sabbato non cadebat desuper, & altero die retentum putrescebat, tantum saturabat eos, qui plus, quam qui minus colligebant; manna hoc ab Hæbreis panis dicebatur, quia ex illo in olla decocto tortulos efformabant. Dicebatur autem panis Angelorum, vel ob saporis excellentiam, propter quod à simili solemus nos delicatos cibos, Regum cibos ob excellentiam nominare; Vel Angelorum panis dicebatur, quia Angelorum ministerio factum erat; Antequam caderet manna pruina præcedebat, ne manna sordesceret, obdurefcebat autem in Græcia, vt facilius posset colligi; vt Fusius tractant Conimbricenses. Alia de manna apud Dioscoridem.

Quid dicē-
dū de mān-
na hæbreo-
rum.

CAPVT VNDECIMVM.

De Mari.

Quæ aquæ
mare con-
stituant.

MAre aliud non dicimus, nisi aquarū congregationes in vnum; sic enim in scriptura dicitur, *Congregationesq; aquarum appellauit Maria*. Notandum tamen non quamcunq; aquarum congregationem nos appellare Maria, sed maiorem aquarum congregationem, quæ in continuo sunt motu, & quorum præcipua pars salia est, quæ autem dulces, surgentes ex inclusis in se venis, lacus, & stagna dicuntur, quæ non ita sensibilibiter fluunt. Palus autem est congregatio aquarum dulcium non magna, & ferè ex aqua pluuiæ congregata. De maris natura, variè fabulati sunt Poetæ, quorum nugas relinquo. Varijs appellatur mare nominibus, quæ quidem vsitata sunt apud omnes, scilicet pontus, fretum &c.

De maris
origine.

Circa maris productionem nō parum inter se discrepant Doctores, quorum opiniones vtpotè chimericas potius, quam philosophicas, superfluum puto singillatim illas impugnare, cum facili de se hoc quisq; possit. Secundum igitur communioem, & veram sententiam dicendum in principio Deum aquas creasse, quæ totum orbem ambiebant, & super ipsas Dei spiritus ferebatur, iuxta illud, aquæ erāt super faciem abyssi, & spiritus Dei ferebatur super aquas. Die autem tertio in vnum illas collegit, ac talem aquarum reductionem dicunt quidam factam fuisse per scissionem terræ in magnas voragines, & cavitates, & in illa loca aquas, quæ terram operiebant fuisse delapsas. Alij verò dicunt a Deo in orbem collectas suspensas conseruari.

Magnitudo
maris.

Aquam maiorem esse terra sustinet Plato in Fedone, dicens terram in comparatione aquarum minimam particulam appellari. Aristoteles 1. meteororum ait, ita esse disposita, & ordinata elementa, vt igni sit propinquus aer, aqua autem terræ. Item 2. Cœlites 30. ait maiorem regionem cohiberi à maiori, terram ab aquæ globo, aquam ab aere, hinc ab igne, ergo aqua maior est terra. Item Albertus Magnus sic ait quosdam antiquos dixisse, ab æquinoctiali versus polum australem non esse terram, sed totam aquam, & ab æquinoctiali polum nostrum non habere de terra nisi dimidium. So-

crates

crates dixit tres partes terræ esse coopertas aqua. Scaliger exercit. 38. ait duas partes esse coopertas aqua, & vnam non. Bodinus autem ait vtramque superficiem, scilicet terræ, & aquæ æqualem esse. Item magna illa aqua Diluuij, quæ totam terram cooperijt, indicat maiorem esse aquam terræ, & licet illa fuerit pluuialis aqua, quia hæc fit a vaporibus attractis, indicat præter illam aliam esse aquam, à qua vapores fuerunt attracti.

Maris superficies sphaerica est, primò, quia obseruatum est prius Solem, & reliqua sidera orientia aspici ab his, qui sunt in loco maris magis orientali. Item nauigantibus a Septentrione in austrum deprimuntur stellæ; ab austro verò ad Septentrionem successiue eleuantur, & fiunt versus nos propinquiore. Item ex nauigio in aqua, quod si aliquantulum elongetur, non aspicitur, quod non aliundè prouenit, nisi ex aquæ rotunditate; vt probat Ioannes de Sacro Bosco in sua Sphæra, & Clavius ibidem.

Maris figura, & sphaerica.

An aqua sit altior terra, in primis certum, & indubitatum est esse altiore terra, quæ est fundus ipsius maris. Item certum est ex parte, qua littus transit, & est coniuncta cum finibus terræ, terram esse altiore, sicut patet sensu, tum quia aliter flumina non fluere ad mare, cum cursus sit è loco superiori.

Quo sensu aqua sit altior terrâ.

Cum autem hoc sit contra debitum elementorum ordinem, si quidem tota terra deberet esse sub aqua, quæritur, cur accadat oppositum.

Multi multas adhibent rationes, insufficientes tamen, proinde cum quibusdam recentioribus dicendum puto, id ita accidere ob meram Dei voluntatem, qui ob finem habitationis hominum voluit, vt terræ pars sine aqua esset; reliquæ autem partes aqua cooperiuntur, nec aliter id fecit, nisi formando terram imperfectè sphaericam alibi elatiorem, & alibi depressiorem, eiq; duritiem, & consistentiam imprimendo, ex quo factum est, vt aqua ad loca concaua confluxerit.

Cur terra non absorbeat ab aqua.

Excipiendæ autem sunt aliquæ terræ, quæ adeo humiles sunt, vt mare arginibus sit arcendum, ne illas obruat, sicuti hoc idem videtur in multis fluminibus. Putandum tamen fortè partes istas terræ prius sub aquis fuisse, & hominum industria paulatim aggeres apponendo, ab aquis liberatas, ergò possibile est aliquas terræ partes humidiores esse aquis.

Quæ

Quæres an terra, & aqua vnum, an verò duos globos efficiant, quorum vnus in alio includatur.

An terra, & aqua vnu, vel duos globos efficiant.

Respondetur ad hoc cum quibusdam recentioribus, ommissis aliorum sententijs, aquam esse quidem altiorem terra, sed non facere globum ab illa distinctum; putamus enim aquam varijs terrarum fluxionibus variè eleuari, & intumescere, & omnes istos aqueos tumores in orbem disponi ad cōstituendum vnum globum simul cum terra, eo modo quo terra variè in montes eleuatur, in valles deprimatur, in campestria planatur, & omnes istæ partes ita variæ figuratæ in orbem disponuntur.

Probatur non facere distinctum orbem, quia necesse esset, totam aquam in vnum collectam esse, ad hoc vt possit suum peculiarem globum conficere, quod tamen aliter videtur, cum aqua variè reperiatur cum terra commixta, nec vna sit eleuatio, & vnus tumor per omnes partes, sed multiplex, ergò multos globos efficeret. Quod autem aqua sit altior terra, probatur, quia aquæ ambientes terram visæ sunt in vnum congregari, & Psalmo 103. dicitur super montes stabunt aquæ; Item terminum posuisti, quem non transgredientur, neq; conuertentur operire terram; & à Prophetis Dei omnipotentia laudatur, eo quod aqua terram non absorbeat, & cum è mari terram aspiciamus quæcunque sit ista terra, & cuiusvis coloris, inferior nobis apparet.

Cur à ventis, vel natura sua, aqua deorsum non feratur.

Cur autem pars aquæ superior per ventorum vim, vel propriam naturam non descendit deorsum;

Respondent plures, quia natura sua petit se in globum figurare, & licet per ventos ad littus aliquantulum deportetur, per tumorem tamen se reducit ad figuram rotundam. Alij dicunt dari Angelos quosdam aquarum moderatores, & specialiter Angelum aquarum nominauit Ioannes in Apocalypsi, ad quem dicunt spectare ne venti adeò intumescant, & inualescant, vt aqua ea globosa figura destituatur.

De maris profunditate variæ opinionēs.

Circà maris profunditatem variæ fuerunt Doctorum sententiæ, Picolomineus ait, profundiora Maria non excedere 500. passus. Scaliger restringit ad 80. passus, & rarò dicit peruenire ad 100. Prescians ait maris profunditatem tempore Iulij Cæsaris reperi tam fuisse 15. stadiorum, Eandem posuit Fabianus apud Plinium. Georgius ait altitudinem esse 4000. passuum; generaliter tamen ex

Ari-

Aristotele cap. 1. notandum est maria septentrionalia profundiora esse meridionalibus, & ideo mare discurrere à septentrione ad austrum, sed dictum hoc (dicunt expositores) verificari de mari mediterraneo, incipiendo à palude meotide, & hinc ait meotide profundiora esse pontum. Ponto profundiora Ægeum, Ægeo siculum, & omnium profundissima sunt Sardum, & Tyrrhenum, oceanum extra columnas Herculeas ait esse modicæ profunditatis ob lutum; verum oceanum posteris melius innotuit, & profundissimus est extra columnas Herculeas, præsertim ad dexteram, sic fundus oceani Catabrici non potest attingi 400. vltis. Eiusdem mensuræ est mare Noruegiæ, & versus septentrionem procedendo est profundius, ista profunditas ita diuersa est in maribus, sicut diuersæ sunt profunditates terræ, sicut enim in terra sunt latissimæ planities, colles, montes, & valles; ita in mari sunt plana modicæ, & æqualis profunditatis; vallis loca in mari profundiora sunt, & altiora. Sustinent multi maris profunditatem tantam esse, quanta est montium altitudo adhærentes opinioni dicentium montes fuisse formatos deducta terra è loco maris, & consequenter tanta erit maris profunditas, quanta montium altitudo; sed opinio ista displicet in primis, quia vt docet Aristoteles primo meteororum cap. 13. & Plinius, plura sunt maximè profunditatis, quæ hucusque pertingi non potuit, vt est in mari Caspio, in Fretto Britannia, & Hibernia, & Noruegiæ, tantum dicunt esse maris profundum, vt non potuerit penetrari adhibitis tot funibus, quot onustam reddebant maximam nauim, addita funibus maxima ferri massa; & Seneca testatur esse quædam stagna sine fundo. Profundissimum, & sine fundo dicunt esse Anianum Puteoli, vt eius profunditas nondum potuerit explorari, & considerans Ecclesiastes marium profunditatem dixit, quasi reprehendens illos, qui tam in marium profunditate inuestiganda defudant. *Profundus abyssi quis dimensus est;* cum tamen altissimorum montium altitudo nota iam sit, quæ viz 14. milliaria potest excedere.

Melior modus mensurandi aquas est cū fune facta ex pilis æquorum, quæ æqualiter in aqua suspenditur, non per cordas lini, quia ista madefacta à propria gravitate potest ad se alias partes trahere, relinquo alios modos mensurandi aquæ profunditatem, cum minimæ sint probabilitatis, & maximæ difficultatis.

Dubitant an perueniat aqua ad centrum terræ.

Qua materia forum mensuranda est aqua.

Aqua per-
uenit ad
centrum
terræ.

Respondent recentiores affirmatiuè, quia ibi maximè necessa-
rius est humor ad compaginandam terram, aliter esset quedam mas-
sa pulueris. Item possunt esse tantæ cauernæ in terra, vt etiam per
illas perueniat aqua vsq; ad terram, quæ vel per ignes subterraneos,
vel vt alij dicunt per ignem inferni potest in vaporem resolui, vnde
dicitur in Hymno ab Ecclesia. *Vt vnda flammæ temperat, terræ so-
lum ne dissipent.* Inferuit etiam ibi ad terram humectandam, riuulos,
fontes, flumina, & puteos formandos, & ad mineralium quoque
productionem omnes aquæ inter se, vel per sensibiles, seu occultos
meatus decurrentes vniuntur, & in hoc sensu intelligitur omnes
aquas fuisse in vnum collectas, & continuatas.

Varie ratio-
nes cur ma-
re ex alijs
aquis ad-
uenientibus
non redun-
det.

Curiosa æquidem dubitatio, imò & admirandum occurrit, cur
scilicet per tot flumina, fontes, & pluuias ad mare decurrentes ip-
sum per illas non augeatur, vnde dicitur, *omnia flumina intrant in
mare, & hoc non redundat eis.* Rationem primò huius reddit Aristo-
teles, quia tantæ aquæ partes exsiccantur à Sole, ignibusq; subterra-
neis, quanta fuit quæ ingreditur, quæ quia in mari dispergitur, faci-
lius in mari exsiccatur, quam in flumine, sicuti facilius exsiccatur
aqua sparsa supra magnam tabulam, quam intra vas angustum con-
tenta. Item venti multum exsiccant, & multum aquæ ad nubem fer-
tur sursum efformandam. Salomon autem rationem reddit, ideò ma-
re non redundare, quia aquæ redeunt ad eundem locum, à quo vene-
runt, siquidem flumina non augentur per receptionem aquæ à fon-
tibus, quia veniunt vt redeant ad eosdem fontes. Albertus Magnus
ait rationem esse, quia mare est receptaculum naturale aquarum;
receptaculum autem naturale, quod est locus secundum naturam,
non redundat per receptionem rei, quæ secundum naturam debet
esse in ipso, quia locus adæquatur ei, quod includit secundum natu-
rā, sed veriores rationes supra assignatas diximus; quoad augmentū.

Quæritur iterum, cur mare continuò evaporans non minuatur
aquis. Facilem habet difficultas hæc solutionem, cum eadem diffi-
cultas sit de terra. Dico igitur non minui, quia eadem quæ sursum
ascendit, iterum ascendit, & continuò aer in aquam, & è contra
conuertuntur, & ex continuo fluminum ingressu etiam augetur.

Maris dimi-
nutio vnde
causetur.

Circa diminutionem maris cum experientia videamus, locum,
qui prius à mari occupabatur non amplius occupari, vt accidit in
littore Cæsenatico, & Ariminensi, & in alijs locis.

Ad

Ad hæc, & similia loca à mari derelicta dicendum est, vel fieri, quia mare erupit in aliam partem, & se ab ista subtrahit, vel quia in maris littore potuit terræmotus accidere, & terra aperiri, & intrâ ipsam descendere aqua. Vel dicendum mare diminui virtute caloris Solaris, at potest dici mare euasisse profundius, & extensionem perdidisse, vel quia multa pars aquæ resoluta in subtilissimos vapores, res oluitur in ventos.

Motus maris triplex est, ab ortu in occasum, à septentrione in austrum, fluxus, & refluxus, quod moueatur versus hanc, & non illam partem dicunt provenire, ex profunditate loci, & ideò quia pars septentrionalis est altior, à septentrione aqua descendit ad Austrum. Alij putant ideò inde descendere in austrum, quia in plaga australi, seu zona torrida multa aqua à Sole consumitur, & ad replendum illud vacuum excurrit aqua à septentrione. Quod etiam moueatur ab ortu in occasum motu regulari, patet, quia celerius peruenitur ab Alexandria in Hyspaniam, quam ab Hyspania in Alexandriam, sicut à partibus Daniæ, & Holandiæ ad Hyspanos facilius per aquas dilabitur. Item ex Lusitania facilius vnus peruenit ad nouum orbem, & vno tantum mense, in reditu verò requiruntur tres, aut quatuor menses, sicut idem experimur in multis fluminibus ob decursum aquæ, facilius enim peruenimus è Bononia in Ferrariam, quam è contra.

Circa maris æstum, hoc est fluxum, & refluxum, à quo scilicet producat, nulla huc vsque firma veritas adinuenta est, cum iste inæqualis sit tam circà tempus, quo accidit, quam circà maria in quibus fit; in aliquibus enim maior, & in aliquibus minor fit, & tanta fuit circà hoc Aristoteles admiratione affectus, vt de ipso nihil dixerit. In quibusdam enim maribus, vt est in India in littore Calimbriæ mare ad 30. leucas supra littora se diffundit, alibi plus, alibi minus. Omissis aliorum opinionibus circà causam huius æstus, pro quo falso opinati animam terræ, & aquæ, ac astris dedere, putantes animalia esse, ex quorum suspirijs huiusmodi æstus causabatur, sicut & ventis terræmotus, & similia, dicendum puto lunam concurrentibus Sole, alijsque sideribus causam esse marini æstus, vel suo motu, aut occultis alijs qualitatibus; quod primò probari potest ex improbabilitate aliarum opinionum, quas omnes ex vobis met ipsis apud Restam videre poteritis. Secundò patet etiam, quia videmus à Luna in animalibus, & plantis aliquando causari talem æstum; au-

Motus maris multiplex iuxta loci diuersitatem, & alias causas.

getur enim humor, & ex interioribus partibus ad exteriores deuenit Luna crescente, & diminuitur Luna decrecente, ergo idem dici poterit causari à Luna in mari. Item videmus maris æstus sequi Lunæ periodos, quia Luna ascendente super nostrum horizontem incipit mare intumescere, & æstare, cum verò est in medio vertice Cœli incipit detumescere, adeò vt singulis diebus pro ratione ascensus, & descensus Lunæ mare quater mutet motum, iuxta diuersos aspectus Lunæ cum Sole, sic enim maiores fiunt æstus in plenilunio, quam in interlunio. Insuper ab interlunio, seu coniunctione Lunæ cum Sole vsq; ad septimum diem Lunæ minimus est æstus, à septimo die vsque ad decimum quartum crescit, à decimo quarto vsq; ad vigesimum primum denuò relanguescit, à vigesimo primò vsq; ad interlunium rursus crescit.

Tempestuosi maris motus causantur, vel à ventis aquam impellentibus, vel impellentibus aerem, & consequenter aquam illi contiguam, vel mouentur à spiritibus, qui in fundo ipsius maris inclusi, & exire non valentes causant illū motum terræ, vel ab igne subterraneo, ex cuius calore efferuet ipsa aqua, non aliter ac appposito igne sub olla aqua plena feruet ipsa aqua. Hoc vnum obseruatum etiam est, maria illa, intrā quæ ingreditur Nilus, Danubius, Padus &c. in oceano, hæc etiam obseruantur in Flandria, & Holandia ad vtramque partem occidentalem scilicet, & orientalem Africæ, & vtramque partem Peruij in India, nimium æstare.

*Circa salsedinem, pinguedinem, densitatem, colorem,
& effectus maris.*

Dicimus primo salsedinem non tantum, nec semper mari, sed etiam alijs aquis, lacubus, fontibus, & puteis conuenire, neq; aquæ marinæ æqualis est salsedo, aqua maris Caspij à Plinio ponitur dulcis, Pontus Euxinus non ita salsus est, vt animalia illo ad aquari non possint, qualis etiam est pars vltimi oceani septentrionalis, quæ vsq; ad sex pedes glaciata fuisse relatum est ab Holandis. Mare autumno, & æstate salsius est, vel quia tunc calore partes crassiores salsæ, quæ frigore, in fundo concreuerant, excitantur, & per aquam sparguntur vi caloris. Vnde autem proueniat hæc salsedo, variæ assignantur causæ, alij dicunt prouenire ex exhalationibus

Salsedo nō
seper, nec
tātum ma-
ri conuenit
sed alijs
aquis.

Vnde salse-
dinem ma-
re partici-
pet.

bus siccis, cum quibus cōmiscetur aqua, vel vt a lijs dicunt, quia cum multæ terræ partes à subterraneis ignibus comburantur, & in cineres reducantur, in quibus cum sal contineatur, vt patet de cineribus omnium rerum, per illas transeunt aquæ saliuntur; Alij verò, & communius dicunt à Deo die tertio sparsum fuisse sal suprà mare ad conseruandam aquam à putredine, quia à contrarijs agentibus corrumperetur, & ad piscium vitam conseruandam, aliasque vtilitates; quæ quidem vltima ratio, & secunda communior, & verior est.

Modus depurandi aquas salvas à falsedine habetur per spongeam, & vas cæreum, vt dixi, & melius per distillationem, quia tunc partes salis crassiores, & terrestres remanent in fundo, & ascendit subtilior aquæ pars. Auolant autem citius istæ partes, quam illæ, vel quia iste minus vnitæ sunt cum terreo, vel quia agens magis appropinquatum est istis partibus, quam illis. Aqua maris densior, & pinguior est alijs aquis, exceptis quibusdam aquis mineralibus, patet hoc, quia nauigia facilius à mari, quam ab alijs aquis sustentantur, ex densitate namq; oritur maior resistentia, nè vincatur a mobile, quia cum res quo magis vnita, eo fortior, propterea magis resistitua mobili impellentis; esto autem maris aqua sit densa, est tamen nimis perspicua, cum ipsius fundum, & si in magna sit distantia, semper videatur, quod idem videtur sentire Aristoteles problemate 15. dicens. Aquam maris esse magis perspicuam, ac est aqua dulcis; quod totum non habent flumina, vel ex limoso fango, vel ex mixtione aquæ pluuiæ, vel ex infectis terræ venis, per quas transeunt, quod si ab istis impuritatibus depuretur aqua dulcis, vt fieri potest per distillationem, lucidior erit quam aqua maris.

Aque salæ
quomodo
depurètur.

Effectus maris plurimi assignantur, nauseam causat, & vomitum, & hoc partim prouenit à marino halitu tepente, partim ab agitatione, quia per agitationem rotantur partes interiores corporis, & mittunt halitus ad cerebrum, qui vertiginem causant. Hinc habes, prostratos, præcipuè secundum latitudinem maris non tantam nauseam sentire, quia non tantum corporis interna agitantur, & ex eodem capite oritur maiore nauseam sentire eos, qui sunt saturi, quam ieiuni, quia saturi habent os ventriculi ratione cibi clausum, ac proinde non tam facile ascendere possunt spiritus ad cerebrū nauseam, & vertiginem causantes. Omnino ieiunus nauseam, nec etiam patitur, quia corpus destitutum est spiritibus illis nauseantibus. Nau-

Cur mare
nauseam
generat, &
quibus.

Cur nauigantes dociliores sint. Aqua maris contra canis rabidi morsu.

Cur mare famem inducat.

tis, & quia assueti sunt, & quia a siccitate maris, in qua tamdiu manserunt, fuerunt consumpti halitus nauseantes; idcirco non fit tanta passio. Ex halituum calore in mari, & siccitate (inquit Aristoteles) euenire, vt in mari nauigantes dociliores fiant. Aquæ marinæ potus remedium est contra morsum canis rabidi, & ad corpora purganda. Item vis quædam in mari est se purgandi, propter quod cadauera dicunt foris expellere, aliasq; spurcicias; famem inducit, vel ratione sui caloris, & siccitatis, vel quia mare terrorem nauigantibus inducens calorem reuocat ad interiora, & ne humidum radicale consumat, natura alimentum quærit, ac proinde famem inducit. Cur pisces in aqua falsa degentes non sint falsi. Respondeo, quia subtiliores partes, & sal, vel alia terrestris exhalatio transeunt in excrementum. Multæ in mari extant plantæ etiam fructiferæ, vt testatur etiam Plinius, & Maiolus, & multa maria ob magnam arborum copiam sub ipsis sunt innauigabilia, quia tamquam rete detinent nauigia. Ad sunt quamplures plantæ corallij, quas etiam nos in mari Sanctæ Mariæ Leucatis in Hyduntrina Prouincia habemus.

CAPVT DVODECIMVM.

De Fontibus, & Fluminibus.

Materia fontium, & fluminum est aqua.

Circà fontium, & fluminum materiam, experientia constat esse aquam, & quidem, ea quorum materia est aqua, præter mare; sunt fons, flumen, amnis, riuus, & torrens.

Præter mare quot nominibus appellentur congregationes aquarum.

Fons est aqua è terræ superficie exiens. Flumen est aqua maiuscula perenniter alueo defluens. Amnis est flumen, quod circuit aliquid. Riuus est aqua tenuior è fonte in alueum inclusa, & decurrens. Torrens ab aquis pluuijs causatur, & siccitatibus euanesceit. De origine fluminum, & fontium variæ extant opiniones, sicut & de perenni ipsorum decursu.

Fontes, & flumina ex quibus aquis generentur variæ opiniones.

Fontium, & fluminum originem non ex solis aquis pluuiialibus generari dicimus, vt putarunt aliqui. Probat, quia multæ sunt regiones, vt sunt regiones torridæ, in quibus raro pluit, & tamen sunt celebres fluuij. Item nulla pluuia adeo magna esse potest, quæ terram vltra profunditatem 10. pedum madefaciat, vt ait Seneca, sed totam aquam pluuiam, terræ superficies absorbet, vel per torrentes

rentes in fluuios transmittitur, vt experientia constat. Item ex durissimis saxis multi erumpunt fontes, & tamen saxa aquam non imbunt, ergò non causatur ab aquis pluuiialibus. Et licet fontes hyeme maiores sint, & æstate aliquandò crescant. Item dicunt aliqui, quod si per tres annos nequè nix, nequè pluuiæ esset, fontes ex siccarentur, ex quo arguunt flumina, & fontes ex aqua pluuiali fieri; possumus tamen hoc concedere, & rationem dicimus esse, quia terra ex siccata plus aquæ biberet, quàm aliundè veniret, quare fatemur per aquas pluuias augeri fontes, & flumina, sed ipsa sola non sufficit ad integram ipsorum efformationem. Sustinent alij fontes fieri ex aere in aquam mutato, considerant enim terram maximè circà montes cauernosam esse, & cum natura vacuum abhorreat ad eas vacuitates replendas metu vacui accurrit aer, qui à terra ambiente frige factus, stillat in aquam, cum hæc duo elementa (vtpotè symbolica) facillè transmutentur, quæ aqua stillans dilabitur ad loca decliua, postea in eius locum iterum accurrit aer, qui etiam in aquam stillat, & sic interruptè fit aquarum generatio ex aere, & fluxus fontium, & fluminum; probat hoc, & declarat Cardanus exemplo, nam anno 1481. quidam infirmus, cuius corporis pondus vix erat 150. librarum, & in cibum, & potum non plus, quam septem libras sumebat singulis diebus, & tamen singulis diebus 36. libras vrinæ reddebat, quod per 60. dies durans, spatio illorum diernum eduxit circiter 2000. libras vrinæ suprâ substantiam, quam sumebat cibi, & potus, quod consideratum fuit non aliter accidere potuisse, quam per conuersionem aeris in arterijs existentis in substantiam aquæ, qua semel eiecta succedens aer iterum conuertebatur in aquam, & ideo tantam edidisse vrinam, ità modo in proposito dicunt, infrâ terram aerem in aquam conuerti. Verum opinio ista improbabilis reputatur (si ità de omni fluuiio loquamur) cum incredibile videatur, fluuios tantæ magnitudinis, qui si in vnum colligerentur penè essent terra maiores (vt dicit Seneca) posse solo aere intrâ cauitates incluso efformari, quia deberent infrâ terram esse penè innumerabiles cauitates, imò & tota terra deberent esse cauernosa. Deindè vt aer conuertatur in aquam requiritur maxima frigiditas, & tamen quandò maiora sunt flumina, vt accidit hyeme, terra est minus frigida ob antiparistasim (vt dixi) quare flumina maiora deberent esse æstate, cum terra est frigidior, cuius contrarium videmus.

Cum

Exemplum
de quodā
agrote, qui
singulis die
bus 36. li
bras vrinæ
mitebat.

Cum communiori ergò sententia dicendum puto, & melius fontes, & flumina à mari deriuare, & aliquando ex vaporibus, aliquando etiam ex pluuijs. De primo probatur, quia tanta fluminum, & fontium magnitudo non potest nisi maximam causam, nempe mare, habere; tū quia dicit Sapiens *flumina exeunt, & redeunt ad mare*, & ita se habent flumina in cōtinuo ingressu, & regressu à mari, sicuti se habet Sol in motu contrario ab oriente in occidentem, ita maior pars Doctorum, & Sanctorum Patrum, & ita videntur sentire dum dicunt, ex terræ abyssis fontes oriri, cum nomine abyssi non aliud intelligatur, nisi mare prōfundum. Idē sentire Poetæ dicentes, Acheloum idest fluuios esse filium oceani, & terræ; oceani, quia ex eius aqua formantur, terræ, quia ex eius alueo exeunt.

De vaporibus patet etiam, quia illi vapores attracti è terreis aquis optimè in aquam per terræ frigus conuerti possunt, & ad fontes, & flumina dilabi.

De pluuiis patet etiam ob rationes supra adductas à Lessio, quia experientia videmus fontes, & flumina per pluuialem aquam aliquantulum augeri.

Difficultas est in assignanda causa efficienti, & modo, quo è mari aqua retrahitur ad ora fluminum, & quomodo decurrentes ad mare, tamquam ad locum inferiorem, inde redeant, & ad locum superiorem veniant.

Quomodo
aqua ad
ora flumi-
nū veniat,
& ad idem
postea re-
deat.

Pro hoc aliqui ponunt intelligentias ad aquas attrahendas determinatas. Sed ad quid ad Angelos absq; necessitate recurrimus.

Respondetur ergo cum communi Doctorum, ascensum sursum fieri per euaporationem factam ab igne subterraneo, qui aquam sursum euaporare facit, & per frigus condensata iterum in aquam redit, & per ora fluminum, & per superiores montium partes dilabitur, sicut contingit in euaporatione aquæ per ignem in elambiceis; & hinc est aquas illas non esse salitas, quia sal suam ob grauitatem, & densitatem non ascendit.

Probant hoc, quia signum venæ latentis aquæ est si manè videris vaporem tenuem è terra scatentem, ibi signum est esse aquam, ut tradit Vitruuius lib. I. cap. I. & hinc est cur mōtes pluribus soleant abundare fontibus, & fluminibus, quia nimirum plures habent subterraneos ignes. Et dum dixit Aristoteles ex condensato aere in cauernis fontes fluere, intellexit de vapore ibi contento.

Alia

Alia causa potest esse agitatio maris, per quam aqua vrgetur intra terræ venas, & impellitur ad superiora loca.

Tertia causa, licet sola sit insufficiens, est siccitas terræ, quæ aquā sursum trahit instar spongiæ.

Circā proprietates fontium, & fluminum, multa flumina, & fontes frigidissima sunt, & multa calida, vt experientia compertum est. Celerrimo labuntur motu ob magnam aquarum copiam. Flumina plura sunt in diuersis partibus, quædam magna, quædam parua. Quidam fontes sunt, quorum aqua si bibatur memoriam perficit; alij memoriam lædunt, plura curiosiora legite apud P. Cæsum, Cæbeum, Restam, & alios.

Proprietates fontium diuersæ.

Multi sunt fontes etiam, qui faces accensas extinguunt, & extinguitas accendunt, quod prouenire potest ex diuersitate materiæ, quæ sunt comixti, ex simili enim secretum mihi datum fuit construendi materiam, quæ aqua accenditur forsitan ob validam antiparistasm, quod supra tradidi, alij in hac hora calidi, & in hac alia hora frigidi; alij oleum prodeunt aptū ad lucernarū vsum, & multa alia medicamenta, vt Puteoli reperitur talis fons, & apud Toccum in Aprutio, quod prouenire potest, quia plures sunt partes bituminosæ, & pingues, quarum pinguedo potest cum fontibus commisceri, & super ipsorum aquam natare.

Admirabile certè, & curiosum fuit, quod vidi, & audiui Romæ in Palatio Borghesiorum, fungos quosdam lapideos euasisse per submersionem in quoddam flumen, sicut & multa ligna glaciata videntur. Item quotidie videtur in flumine quodam apud Tiburim, aquam in lapidem conuerti, de quibus quæritur vnde proueniat hoc. Ad primum respōdetur, quia illud flumen habet plures partes gessi, quæ inhærentes illi materiæ addensantur vi frigoris cum illa materia in lapidem; sed melius dicendum puto hoc prouenire, vel a nimia ipsius frigiditate, vel ab aliqua alia spiritosa materia vnibili permanenter ipsius fluminis, quæ commixta cum ipsa materia fungi, vel similia, in lapidem condensatur, & durefcit, & sic dicerem etiam, aquam in lapidem condensari, quia continet plures partes gypsi, vel similis exhalationis terræ, quæ medio frigore simul cum ipsa aqua congelantur.

Quomodo fungi, & ligna possint lapidescere.

De Paludibus autem dicimus, ex decursu aquarum pluviarum fieri, quod patet, quia dum non pluit, nec etiam paludes augentur, & aesta.

Ex qua a.
qua pa- u.
des gene-
rentur.

& restat propter ascensionem omnium illorum vaporum ratione caloris exsiccantur, quod si paludes ex aqua pluvia generantur, efformantur tamen per excavationem loci illius paludosi, ut aqua, quæ in superiori loco est, defluat ad illum, vel generantur per alluvionem fluminum, per quæ inducitur magna aquarum copia in locis paludosis.

Dubitatur cur loca paludosa exsiccata, si serantur, fertilissima sint.

Loca palu-
dosa pro
primis vici-
bus si serā-
tur cur sint
fertilia.

Respondetur, quia plures continet spiritus vegetabiles, quæ propter superstantem aquam, utpotè frigidam, claudentem poros evolare non potuerunt; cæterum si sequenti vice serantur, quia spiritus iam fuerunt consumpti, & ipsa terra utpotè arenosa, & consequenter sicca, sterilia redduntur.

Puteorum
origo, &
profundi-
tas, ac di-
versitas.

Circa puteos quidam sunt, qui naturales sunt nullo artificio excavati sed per eruptionem naturalem vaporis è terra; Alij dicuntur artificiales, qui per artem excavantur usque; dum inveniatur vena illa, per quam aqua scaturiat. Admirabiles sanè quidam reperiuntur putei, & ob ipsorum profunditatem, & etiam virtutem; adeò namque profundi reperti sunt putei, ut nulla unquam funium multitudine adinueniri fundus potuerit. Hoc, vel quia correspondentiam habent cum quibusdam fluminibus, & riulis sub terra absconditis decurrentibus, vel ex voragine aliqua profundissima usque; ad terræ centrum perueniente, quos puteos italico sermone appellamus (Auisi.)

Aquarum omnium diuersa proprietates.

Mare congelari narrant Historiæ, de mari sub Polo Attico, & anno 1234. adeò mare Adriaticum gelu fuit constrictum, ut navigationi tunc fuerit ineptum, quod accidit ex vehementissimo superueniente frigore causato, vel à septentrionalibus ventis, vel à plurium planetarum conjunctione in signis frigidis, frigus causantium.

Aquarum
omniū pro-
prietates
aliquæ.

Maria quædam diuersi coloris reperiuntur; provenit hæc colorum diuersitas ex diuersa terra, quæ in fundo est, alibi enim est terra bolosa, alibi mixta bitumine, quod albificat, alia viride æris, & vitriolum subtus continent, indeque viride, & cæruleum redditur. Mare oleo conspersum, & lucidum fit, & tranquillum.

Mirabiles sanè proprietates puteorum sunt. Plinius lib. 7. c. 97. dicit in Gadibus puteum altum adesse, qui turbato mari augetur, & sedato minuitur, & alterum consentientem motibus oceani; ratio horum

horum est, quia aqua illorum puteorum generatur ex aqua maris fluentis.

Aliqua etiam sunt flumina, & fontes, quæ æstate fluunt, & hyeme exsiccantur; alij verò e contrâ; in primis accidit, quia per frigus clauduntur pori terræ, & non permittitur aquam fluere, sed æstate calore cum aperiantur pori, idcirco fluunt.

Alij etiam fontes, & lacus, quibus aquæ statim crescunt, & statim deficiunt, & hoc decies in die, vt est apud Comum in fonte Pliniano, prouenit hoc ex regurgitatione ab inclusis halibitus, qui eruptionem quærentes, tunc in hoc motu aquas sursum euehunt, & quia cessat, & exijt ille halitus, aqua cadit deorsum, iterum superuenit nouus halitus, & recedit, & facit idem, qui quidem halitus ab ignibus subterraneis causatur, vel per terræ sinus ibi deducuntur, non aliter, ac per ventum subterraneum pila coreacea in foramine aliquo posita, correspondente vento subterraneo illi foramini, sursum assurgit pila, & recedente vento descendit.

Modi autem ad ignoscendum quo in loco adsit aqua pro puteis effodiendis, multi quidem traditi sunt, primo lana sicca in terra aliquantulum effossa posita, & cooperta lana cacabo, si manet humida valde est, ibi aqua non longè sub terra est. Secundò si oriente Sole vides ascendere in aliquo loco fumum instar columnæ, aqua ibi est, & in tanta quantitate, quanta est illius fumi altitudo, quod vt melius cognoscant prono cum mento in terra cernunt, loca etiam quæ iuncis, salicibus, populis virentibus, & harundinibus scaturientia sunt, aquam habent proximam superficiem terræ.

Modus cognoscendi locum pro puteis effodiendis.

Putei male olentes, sale in illis asperso purgantur.

Innumerabiles sanè aquas diuersas, & colore, & odore, & virtutibus minerales aluminosas, sulphureas, oleogenas, aliasq; diuersas aquas minerales in diuersis locis situatas, vtpotè sufficientissimè pertractatas à PP. Cæsio, Resta, & alijs, relinquo vidēdas apud istos. Mirabilioris virtutis præcæteris est aqua balnealis nouissimè in Germania reperta, quæ infirmitates omnes habet curare.

Vltimo loco curiosum propono modum indagandi per aquam quantum legæ, seu misturæ sit in vase aliquo aureo, aut argenteo, absque eo quod figura per aquas fortes dissoluatur, & absq; vlllo lapide sydio, sit v. g. corpus aliquod compositum ex duplici metallo in illo v. g. sit materia ex ære, & argento, quærat per aquam ar-

Modus co-
gnoscendi
quâto le-
gæ, seu mix-
turæ ex ali-
quo metal-
lo sit in ali-
qua re.

genti ibi sit; aliquando lamina argentea auro vestita potest dari pro materia puri auri, quæ nec tydio lapide, nec igne cognosceretur, fiat hoc modo. Ponatur in aqua massa auri puri eiusdem ponderis, ac est materia, quam cupis examinare, & nota quantum aquæ per hanc puri auri massam proiciatur, & serua aquam proiectam. Iterum sumatur tantum argenti puri ad pondus massæ examinandæ, & videatur quantum aquæ ipsa proiciat, & serua proiectam aquam; postea pone tuam massam, quam cupis examinare mixtam, scilicet auro, & argento, & vide quantum aquæ proiciat, & serua: omnes namque istæ aquæ non sunt æquales, nam massa argenti puri maiorem eiecit aquam, quam massa auri, & massa ista ex argento, & auro, & ex media collatione aquarum inter illam auri puri, & aliam argenti puri colligitur quantum ibi sit legæ in massa, quæ existimatur auri puri, quod idem fieri potest de omni alia mixtura per similitudinem, nam si v. g. massa auri puri proiecit duas vncias aquæ, argenti puri 3. massa mixta 2. cum dimidio, colligis ibi adesse mediam illam partem mixturæ argenti in illo vase, quod datum fuit pro auro puro. Fateor in rebus paruis, ut sunt parvæ monetæ non tam facile differentiam hanc colligi posse, secus verò in rebus magnis.

Modus co-
gnoscendi
diversam

corporum
in pōdere
æqualium
molem.

Alium do modum indagandi per aquam magnitudinē duorū corporum, quæ æqualis sint ponderis, v. g. sint duæ monetæ æqualis ponderis, at quia sunt ex diverso metallo, seu diversa lega, perscrutari volo differentiam magnitudinum, quantum scilicet in mole corporea una sit maior altera, videmus enim minorem mole corporea esse unam vnciam auri, quā argenti; minorem vnciam argenti, quam æris; & minorem vnciam plumbi, quā argenti, propterea per aquam videndum est, quantum ista se excedant in hac molis magnitudine.

Sint igitur duæ istæ monetæ æqualis ponderis granorū v. g. 500. appendantur ligatæ cum crine equino ad bilancē, & in aquā immergantur videbis monetam auri, v. g. quæ librata in aere erat 500. in aqua librata erit 460. altera autem moneta argenti est 450. ergo inuenio differentiam primæ esse 40. secundæ verò argenti, scilicet esse 50. ergo istæ duæ monetæ non sunt æqualis magnitudinis, quia una est æqualis 50. alia 40. eiusdem aquæ, igitur illa duo corpora ita se habent inter se, & se habent in magnitudine ut 5. ad 4. ita quod magnitudo unius sit ut 4. alia ut 5.

P A R S V L T I M A.

De Terreis.

Circa terræ existentiam, motum, & proprietates diximus cum de Elementis, restant tantūmodo aliqua de his, quæ sub terra accidunt inuestiganda. Egit Aristoteles in hac parte de metallis, rebusque mineralibus, at pro his ad maiorem dilucidationem specialem instituo librum, proinde sit.

C A P V T P R I M V M.

De Terræmotu.

Pro intelligentia capitis propositi. Aduertendum quod dum nos de terræmotu sermonem facimus, non loquimur de motu totius terræ, cum hæc immobilis ponatur, sed de motu alicuius Proinciæ, vel Urbis, aut Regni, Domus, vel alicuius minimæ partis terræ.

Circa effectiōnem terræmotus falsum est, quod dixit Bodinus fieri sola Dæmonum ope, vel immediatè à Deo, aut aliquo alio Angelo, cum etiam naturalem causam habere possit, & hanc dicimus esse halitum, seu spiritum in visceribus terræ inclusum potentem foras exire, at quia inclusos reperit ipsos terræ poros, idcirco violentiam faciens terram quatit, supponimus namq; tamquam experientia notum, dari sub terra plures mineras rerum spiritosarum continuo virtute ignium subterraneorum euaporantium, & terra ratione externi frigoris potest nimium addensari, & clausos habere poros, nè ipsi halitus expirent, qua actione, & resistentia durante causatur motus; quod experientia suadet primò, quia videmus Campaniam, & Siciliam, quæ subterraneis ignibus maximè scatent, maximè etiam terræmotibus subiacere. Secundò patet hoc in Chymicis experiencijs, sumpseram olim mercurium cum tartaro, sulphure, & arsenico, ipsiq; benè calcatis impleui ferreum cannulum, ac desuper cū vite ferrea benè clausi, igni exposui, at vix calorē sentire caput ma-

Quomodo
fiat terræ
motus.

teria illa, quod iam per calorem rarefacta maiorem petens locum, & exire cupiens, & non valens iustar bombardæ magno impetu canoulum ferreum fregerunt cum tremore totius Domus. Nec minus efficaciter probat experientia de minis subterraneis, quæ & Domus euertunt, ac mœnia fortissima ratione illorum spirituum incluserunt, & exire non valentium, pro quibus minis, vt ineffaciter reddantur, aliæ cavitates, per quas liberè exire possint spiritus (quæ vulgò contraminæ dicuntur) aptantur.

Sanctus Ephrem Sirus ridiculos dicit philosophos dicentes, terræmotum fieri à causis naturalibus, cum impossibile reputet fieri naturaliter, vt montes Armeniæ è suis locis euulsi inter se ita pugnent, vt mutuò impellantur, & ignis videatur excitari, & plurimū fumare, & tandem quod post longam proprii loci intercapedinem iterum ad sua loca redeant. Item admirabile est, cur in mari terræmotus accadat, in quo videntur vasa nauis inter se collidi, & omnia inuerti, quod etiam confirmat Ecclesiastes cap. 16. dicens, *cælum, & cæli cælorum, abyssus, vniuersa terra, & omnia quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur, montes simul, & colles, & fundamenta terræ, & cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur*; ex quibus verbis Philaster ait hæresim esse, dicere terræmotum fieri à causis naturalibus.

Verum negari non potest terræmotus aliquos, qui causam naturalem videntur non posse habere, fieri à Deo, Angelis, vel Dæmone, sed nec etiam negari potest ob rationes, & modum à nobis explicatum, terræmotum etiam fieri per causas naturales.

Loca in quibus accidunt terræmotus possunt esse mare, quia fundus ipsius potest tremere, vt multæ Insulæ maris fuerunt per terræmotum submersæ, ad quarum motum probabile est mare contiguum etiam tremere, tum quia nauigantes trā quillo mari sentiant terræmotum. Loca cavernola plus alijs terræmotu afficiuntur, quia plures spiritus possunt concipere, & includere, sic montes, & aliæ insulæ, & terræ. Loca arenosa, & sicca non quatuntur, quia spiritus paulatim exit per poros, qui sunt aperti, & propter hoc Ægyptus immunis est à terræmotu, cum regio illa ex Nili terra sit conglutinata. Item loca nimis calida, vel minus frigida minus quatuntur, quia prima dissolunt exhalationes, & vapores. Secunda non permittunt tantum exhalare ad faciendum terræmotum, nisi tamen

sub

Loca tremantia.

sub illis locis sint ignes subterranei terram cogētes ad exhalandum, ex quibus exhalationibus potest sequi terræmotus. Primum vexantur terræ, in quibus sunt ignes subterranei, & hinc frequenter veniunt in campania Vesuvio propinqua, Sicilia, Insulæ Moluuiæ, & Flandriæ. Loca mari vicina subiacent quoque terræmotui, quia propè mare multa adest nitri materia, quæ per causas supra assignatas posset accendi, & fieri terræmotus. Ingentes terræmotus, præter multos alios antiquis temporibus celebratos, memorabiles sunt illi, qui paucis ad hinc trāfactis annis in Apulia, & Calabria acciderunt.

Accidit terræmotus autumnō præcipuè, & vere, & etiam hyeme, quia tunc eleuata iam materia clausos reperiens terræ poros terræmotum causat, licet etiam in æstate accidere possit, si contingat magna pluuia, ad hoc ut per aquæ frigiditatem terra condensetur, ac proindè tempore frigidus facilius terræmotus accidunt.

Effectus terremotus varij, edificia subuertit, murmur causat, & sonitum terræ, tectorum crepitum, & plura alia. Item ex Cardano 14. de varietatibus Bellum, aut pestem, aut tyrannicam oppressionem dicitur significare, nec non segetum inopiam; concutit non solum partem, in qua materia terræmotus est, verum etiam propter contiguitatē vicinas concutit partes, ut à simili in minis experimur.

Effectus
terremotus.

Signa terræmotus hæc assignantur, cum aqua putealis est magis turbida, & malè olet, vel incalcescit, vel exsiccat præter rationem, aut intumescit, quia indicat magnorum halituum diffusionem, qui facilius aquam turbant, quam terram quatiant, ex quibus signis præuisus fuit Ferrariensis terræmotus anni 1570. Sol caliginosus, & obscurior sinè nube, cuius rationem reddit Aristoteles quia exhalatio sicca, quæ aeris crassitiem dissoluebat, remansit intra terram inclusa; matutinos terræmotus (inquit Aristoteles) solet præcedere magna frigiditas, quia exhalatio terrea intra terram mansit inclusa. Item antè terræmotum dicunt solere apparere in aere ignem per modum columnæ, quia quedam exhalationis partes exdunt è terra, & in formam columnæ figurantur, quia aliquæ sunt subtiliores, aliquæ crassiores. Item mare, quod sinè vento fluctuat, quia significat aliquam partem intra terram agitatam exitum reperiisse, quod obseruauit Possidonius, ut refert Strabo. Item mures dum pavidum discorunt, quia ob excellentem auditum primi ipsi sentiunt interiora murmuræ spiritus inclusi in terra. Item trepidus, & frequens animus domes-

Remedia
contra terremotum.

carum

carum volatus ex vno loco ad alium, ex quo Anaximenes terræmotum prædixit. Insuper ex Aristotele cap. 8. cum interdiu, aut paulo post occasum magna serenitate existente nebula in longum porrecta apparet, quia significat aliquos subtiliores vapores erupisse, & in altum porrecti nebulam illam fecere in longum protensam, quia retinet figuram cauernarum, à quibus exiere, vel quia tenuissimus flatus eo modo eos subtiliat.

Signa futuri terræmotus.

Remedia contra terræmotum, aut rara, aut nulla. Specum multitudo apertarum prodest, quia terra exhalat, & exhalationes exeunt. Item à pluribus laudantur domus humiles, & præcipuè terreæ: Verum solius Dei auxilium præ omnibus implorandum.

C A P V T V L T I M V M.

De Montibus, & Insulis.

DE montibus quæritur eorum productio, & altitudo. Quoad primum communior est sententia dicentium quosdam montes insignes fuisse in mundi exordio à Deo creatos ad ornatum vniuersi, & Salomon eos recenset cum alijs operibus creationis, & Sapientiam laudat dicens. *Antè omnes colles ego parturiebar, antequam montes collocarentur.* Potest etiam concedi, nec negari potest, plures montes fuisse per terræmotus, per ventos, vel hominum industria, Dæmonum, aut Angelorum formatos, vt narrant Historiæ, vel per ignem subterraneum, qui per tumorem terram paulatim sursum eleuans montes generantur, imò per calorem in lapidem indurantur, & hoc, quia spiritus non valuit terram scindere propter sui insufficientiam, & terræ resistentiam, & terra sic remanet elata, qui montes sunt nimis cauernosi.

Montium altitudo varia est; quidam sunt, qui superant mediam regionem aeris, vt est Olympus, alij sunt infra mediam, alij in infima regione. Montium multitudo in vniuerso innumerabilis. Variæ montium dotes, proprietates, ac minerales, referunt Restia, Cæsius, Cabeus, & alij, quas proinde relinquo.

Insulæ sunt quædam terræ portiones à magnâ terrei orbis diuulsæ, frequentes sunt, tam in mari, quam etiam in lacubus, & terra, & licet multæ fiant impetu aquarum, & terræmotuum, tamen

non

non potest negari plures initio creationis fuisse à Deo productas.

Quædam assignantur Insulæ natantes super aquam, quia extremitates illius terræ sunt multum spongiosæ, & per partes cauas recipitur aer, qui facit illas leuitare super aquas, nec demerguntur, licet hæc insularum natatio à multis negetur, dicendo illas insulas, quæ supernatare visæ sunt, non veras insulas, sed pisces quosdam maximè magnos fuisse, dictos cæte, quos maximis montibus in mole æquari testatus est D. Basilus, & ad maris superficiem enatare instar insularum, apparuisse, quod idem testatus est S. Ambrosius. Item Albertus Magnus ait Balenas adeò magnas reperiri, vt oculorum specus vigintiquinque homines capiant, ergò benè sustineri potest tales natantes insulas esse quædam ex his aqueis animalibus natantibus. Plura, quæ ad terrea spectant inspice sequenti libro, de Philosophia Minerali.

**Finis Philosophiæ naturalis,
scilicet Metheorum.**



LIBER SECVNDVS.

De Mineralibus, rebusque subterraneis,
alijsq; Arcanis Chymicis.

Post habitam de Naturali Philosophia, per naturales causas cognitionem, & ut sequamur Aristotelis ordinem, qui in 4. Metheororum de Metallis, rebusque subterraneis pertractauit, de quibus etiam ibi S. Thomas, Albertus Magnus, & alij, utque operis nostri diuisio incederet ordinata, secundo loco de Minerali Philosophia differe me disposui. Præclarissima æquidem inter terræ thesauri pretiosus nil metallis, & lapidibus pretiosis excogitari potuit hucusq; Vtilis proinde tractatio; at quanto utilis, tanto difficilior; laborantibus namque in hac re cum ad portum paratur accessus, illicò iubetur regressus, multa æquidem curiosa tibi propono, quoniam multa, & meis probavi manibus diu in hac arte Sapientissimis, ac Nobilissimis cum quibusdam Dominis, ac amicis meis fatigatus, multa; ab ipsis accepi, præter multa ea desumpta ex vetustissimo quodam meo libro à 200. annis transcripto, in quo præter multas nobilissimas in omni arte experientias, concordata videntur philosophorum omnium dogmata super iucilitam artem hanc ab innumabilibus prolata, suisq; vasibus necessarijs ornata. Mecum non indigneris benignè Lector, si quædam non ita apertè propono, cum nimis sanè indignum existimem. ita me palam loqui, ut facile sit cuiumq; indocto, ac imperito illa percipere, nisi inclite huius artis meam habeat clauem, & in illa nomina, metallorum aliorumq; mediocriorum mineralium consideret, quæ omnia propono in fine huius libri, quibus visis, statim difficultates omnes dilucidantur. Operationes inueniens non sophysticas, sed vera, & reali via philosophica procedentes, ut manifestè patebit legenti.

CAPVT PRIMVM.

De materia prima philosophorum.

Quoniam præcipua inter philosophos omnes vrgens difficultas est in inueniendo, qualis sit philosophorum omnium prima materia, idcirco breuibus tantum verbis ostendā multa.

Mirum æquidem est in quot non eruperint sophisticationes fumigati quidam fideles, at non scientifici Chymici; modestia taceo tot stultitias, quot ipse & audiui, & proprijs oculis inspexi, suas fundātes opiniones in ænigmaticis quibusdam philosophorum sententijs. At quid? Aperiant quæso oculos mentis, vtq; verè philosophi materiæ primæ intueantur definitionem, indeq; manifestè colligent quænam sit rerum omnium prima materia. Communis est materiæ primæ definitio, esse primum subiectum vniuscuiusque, ex quo aliquid sit, ita vt in sit, & si quid corrumpitur, in hoc abibit vltimum, hoc est pars illa permanens, & fixa, quæ quantumuis a contrario agente sollicitetur, esto adueniant, vel recedant nouæ formæ, atq; noua accidentia, ipsa tamen permanens semper, ac incorrupta perseverat. Considera igitur quænam sit illa pars, in quam omnia vltimò resoluuntur, & hanc dic primam rerum omnium materiam; hanc autem nil aliud esse dixerim, nisi sal cuiuscunque rei, & sanè multas, quas inspicies in hoc libro veras medicinas, fundamentum habent in sale, sal aqua illa nostra est permanens, & fixa, de qua veteres nostri tot protulerunt ænigmata, & figuras; hinc dicit ille; *soluete i corpi in acqua, à tutti io dico.* & alius, *sal fà il fetor ingrato, e rende ogni membro albato, e nulla senza sale opèra nostra vale.* alij *oleum incombustibile* nuncuparunt illam, alij *Mercurium*, alij *aquam vitæ*, dixerunt alij, *suscita mortuum, & viuum interfice.* Considera hæc ò Philosophè, & inueniens de sale tantū fuisse verificata, ipsum enim est aqua fixa, & permanens, ipsum in oleum conuertitur, ipsum, si rectè illud scies extrahere, (vt te docebo) inuenies esse illam partem, quæ semper integra perseverat; legas attentè meas operationes, & videbis, si realibus, & non sophisticis procedo modis, solum enim sal est illud, quod corrupta perficit, & incorrupta conseruat, ipsum quantumuis aqua, igne, aere, alioue agente tentetur,

Quæ sit
materia pri
ma philo
sophorum.

semper integrum perseverat, & ad idem reddit, suamq; non perdit naturam. Determinato igitur sale pro materia, quoniam sine forma materia esse nequit, de forma restat inquirendum, formam autem cōmuniter intelligimus spiritum, qui auolat, & specificat compositum, hinc dum formā metallorū quærimus, ad spiritus est recurrendum; spiritum autē hunc voco sulphur, quod iuxta sui depurationē, & perfectionem, albedinē, aut rubedinē, in perfectū, aut imperfectū, album, aut rubeū generat metallū. Discurret semper sulphur colore motū, & rerefactū in terrę visceribus, & in decursu isto terram reperit, cum qua mediante humido vnitur, & metallum generant; At dicet aliquis, quomodo sal materiæ rationem habet, si ipsum dum ex perfecto metallo est extractum, & cum imperfecto, vel cum Mercurio vulgi vnitur, conuertit illa in naturam illius metalli perfecti, cuius est sal. Respondeo huius rationem esse, quia cum nos naturaliter materiam omni forma priuare non possimus, in eo perfecto sale semper quoq; plures sulphurei spiritus, seu semen metallorum inclusum manet, ex quō transmutatio illa habetur, at hoc in semine metallorum perfectiorū, in quo per perfectam vnionem sulphur vnitum fuit cum terra sua, verificatur tantum, non verò imperfectorum, nam si aeris, ferri, aut plumbi, vel stamni sal super mercurium posueris, (nisi per decoctionem factum fuerit perfectum, & reductum ad naturam perfectam, in quo casu factum est semen metallorum perfectiorum) non conuertunt mercurium in ferrum, æs, aut plumbum &c. Vbi attentē considerandum, quod cum in hoc sale metallorum perfectiorum spiritus ipse benē coniunctus contineatur, nō est curandum de alio spiritu, sed ipse est spiritus simul, & vita omnium; materia scilicet, & forma, spiritus autem quoniam non in solis perfectis metallis, verum & in metallis imperfectis, alijsq; medijs mineralibus reperitur, hinc in terræ sinubus omnia ista cōtinentur, & omnia in sal reducuntur, quod si cum aqua coniungatur, aqua fit, si cum aere, aereus, si cum igne, ignis suscipit qualitates.

Iterum impatientia ductus quæret aliquis, nunquid omne sal, & omne sulphur erit optimum medium pro satisfaciendo philosophicis quæstionibus, & desiderijs; itā sanē, ex omni re quodlibet fieri posse te docebo, quia in omni re adest sulphur, & sal, hoc est terra, verum hoc vnum dico, quod longiori tempore, maiori artificio, & arte fient ex non symbolis mutationes, quam ex symbolis,

æs si

æs si maiorem habuisset concoctionem, & tempus, factum utique
 fuisset aurum, & stannum fuisset argentum. Item vitriolum factū
 esset æs, alumen plumbum, & sic de reliquis, igitur si excellenti
 artificio transmutatorio non polles, scilicet distillatione, præpara-
 tione, alijsq; modis difficillimis, non sumas principium à quo inci-
 pit natura, sed incipe ab ultimo, in quo destitit natura, & quod non
 amplius fecit natura ipsam perficiat ars; hinc est, quod non vnum
 tantum pono modum, sed diuersos, si enim non tantas cupis facere
 expensas, vt ab auro, & argento tutiori, ac faciliori via procedas,
 minoribus expensis, scias inferere perfectum supra imperfectum, &
 perfectum quoq; donabit tibi fructum; imitare insertores agricolas,
 volunt ex imperfecto rudi arbore piri bonos, ac perfectos piros
 elicere, in illo inserunt perfecti piri ramunculum, & post quam cre-
 uit, perfectum donat illi pirum, posset quidem sine vlllo, & tanto
 artificio bonos habere fructus, si immediatè boni piri arborem plan-
 tasset, at quia non habuit, alium modum adhibuit; habeas igitur sal,
 seu subtile terreum metalli imperfecti, & in illo inferere alium ramū-
 culum perfecti metalli, seu sal, quod secū spiritum, & corpus, poten-
 tiamq; vegetatiuam continet, & optimos habebis fructus aurificos,
 pro qua via me in præsentī opere videas, vel etiam legere poteris
 scripta Brancharum trium ordinum Christophori Parisiensis, (si illa
 habes). Quoniam verò nulla arbor, absque humido potest vnquam
 crescere, proindè in arboribus insertis, ramum fac benè in aerem,
 hoc est oleum dissolui, & ipso imbibe (quod est inferere) tuam
 plantam (hoc est sal imperfectum) & da ei bibere vt factum sit be-
 nè vnitum, & fluat super laminam ignitam, & iam factum est to-
 tum. In reliquis autem in vna eademq; re sal, sulphur, & mercurius
 reperitur, & se ipsa lauant, emundant, purgant, distillant, fixant, &
 omnia faciunt solo ignis regimine aptata prius materia. Plura in
 generali non dicam, vtpotè superfluum, cum nimis clarè in singulis
 operationibus discurrā, hoc vnum vobis verè intelligentibus ex-
 pandam, frustra vos laborare in legendis, ac concordandis in om-
 nibus, & per omnia philosophorum dictis, ex quibus mea hæc pos-
 setis vilipendere, cum diuersis, non vna tantum procedant via, vi-
 di penè philosophorum omnium scripta. Legi Christophorum Pari-
 siensem, Ioannem Anglicum, Morienum, Hermetis dicta, Arnal-
 di de Villa noua, Raymundum Lullium, Allegoriam Merlini Coc-

chay. Librum Vincentij Ottomani de occulta philosophia, dicta Rasis, Epistolam Arnaldi ad Regem Neapolitani regni. Nouum lumen, Arnaldi rosarium, aliaq; Chymica eius scripta, Fares, Phenicem, Bonellum, Altinodum, Astasium, Aurisolum, Admenos, Mariam Prophetissam, Geberē, Albanum, Pandulphum, Aristotelem, dicta D. Thomæ, quæ adducuntur, Coriam, Speculum, Ioannem Isaacum, Pythagoram. Clauiculā Raymundi Lulij supra res Chymicas, præter innumerabilia alia manu scripta, quorum omnium dicta, & scripta apud me habeo, forsitan à paucis hucusq; visa, & scio in quo primo principio conueniant, & in quo differant, & vos deprecor benigni Lectores meas ponderate singulas operationes, & omnibus istorum dictis singillatim sumptis correspondere videbitis Sapientissimorum Philosophorum, & curiosis libenter legenda apud me ostendam, vt videant philosophorum omnium dicta circa metallorum transmutationem, nullius namq; philosophi scriptum reperitur, quod in meo hoc libro non reperiatur, aut per extensum, aut compendiatum.

Vniuersaliter autem (quoniam hucusq; de philosophorum materia locuti sumus) de metallorum rerumq; omnium lapidum materia indagaturi; paucioribus verbis dico cum communi omnium Philosophorum sententia, ipsam esse subtile terreum cum humido vntuoso commixtum (quod alio vocabulo, sulphur, & mercurius nuncupantur) totum hoc manifestè patet, quia omnis congelatio, & condensatio fit per commixtionem humidi cum sicco, quia humidum se solo fluit, & siccum puluerizatur, nec vnum sine alio manere, & subsistere potest, ac proindè (vt de coagulabilibus) nisi principium hoc præ manibus habeatur, frustra semper laboratur.


Materia
metallorū
quæ.

Pro introductione autē præsentis libri de mineralibus, tãquam utilissimū prænotandum curauì (quoniam supra hæc adhuc cum vegetabilibus, non tantum in mineralibus, connexionem habet) versari præcipuè circa metalla, salia, alumina, lapides, sulphura, aquas albas, atramenta, olea pro componendis medicinis, & multa alia quoq; comprehendere; similitudinem habentia cum metallis, vt sunt talcum, gypsum, corallium, vitrum, ematitem, magnesiā, sanguinariam, bolum armenicum, ocreā, spiritus autem, & anima, quibus scientia hæc completur, sunt argentum viuum, sal armoniacū, sulphur, arsenicum, tutia, aliaq; his similia. Item ex corporibus omnibus,
tam

tam animalibus, quam vegetabilibus, plures elici possunt medicinae, adhuc ad mineralem artem transmutatoriam pertinentes, quas elixir vocamus. In mineralium etiam perfecta cognitione, calcinatione, depuratione, separatione superflui, & addimento mancantis, & praeter caeteris hoc semper notandum, quod quantum deficit res ab optima praeparatione ipsius materiae, antequam coniungenda coniungatur, tantum postea deficere in operatione ipsius circa alienum subiectum, ac proinde qui huiusmodi modis non bene pollet, frustra circa mineralia versatur. Insuper in transmutationibus videndum semper est, in quo aliquid deficiat, & adde simile, quod deficit, & tolle superfluum, v.g. luna, ut sit aurum, habet superfluam humiditatem, hanc debet artifex tollere, mercurio vero deficit sulphuris pars depurata, hanc debet addere, & cui deficit siccitas illam adde, cui calor adde calorem &c. ac proinde bene dicitur eandem posse esse materiam ad album, ac ad rubeum, proinde dixit Aristoteles plumbum esse aurum, & metalla imperfecta esse aurum infirmum; verum hoc quidem certum est (ut dixi toties) faciliorem esse transitum in symbolis, quam in dissymbolis. Symboleitatem autem, aut dissymboleitatem non semper considera ab extrinseco, nam aliam naturam retinent in intrinseco metalla, ac in extrinseco, quod .n. in extrinseco tenerum est, intrinsecus est fixum, ut de singulis metallis inspicias.

De quibusdam autem mineralium proprietatibus in communi multa tradidi in principio, cum egi de varijs mixtorum speciebus, multaque alia utpotè communia, & ab alijs pertractata relinquo, & quaedam in singulorum mineralium capitibus cernentur.

Minerales meas hasce quaestiones practicas potius dicam, quam speculativas, cum omnes ad opus perfectum efformandum sint ordinatae, frustratoria enim, & inutilis est illa quaestio in mineralibus, quae in sola speculatione consistit, cum istatum omnium cognitio tantum à posteriori, ac proinde ex effectibus coalescat, & bonos Chymicos philosophos illos dicas tantum, qui metallorum infirmitates seierint curare. Haec satis in generali dicta sufficiant, deueniamus ad singularia, & sit.



CAPVT SECVNDVM.

De Plumbo.

Quid sit
plumbum
in intrinse-
co, quid in
intrinseco.

EXordium à plumbo ducimus, quia sicuti inter septem cœlestia corpora Saturnus primum locum obtinet, ita & primo inter mineralia erit discutiendus; de plumbo tetigit quædam generalia Albertus Magnus tractatu de mineralibus, & Cæsius. Varia plumbi nomina videri possunt in mea clauicula in fine huius, est plumbum in apparenti argentum molle, terrenum, melanconicum, frigidum, in 3. siccum, in 2. acidum, fætidum, fæmineum, in profundo autem aurum est, aereum, calidum, in 3. humidum, in 2. citrinum, odoriferum, dulce, masculinum, ponderosum, & perceptiuum tincturæ; ex ipso fiunt litargyrium, cærusa, minium, & materia est omnium lapidum pretiosorum, fiunt ex ipso aquæ, quibus figitur mercurius in naturam perfectam; ob suam frigiditatem luxuriam coercet, propter quod cū plumbea lamina præcingunt multi renes suos. Definatur plumbum esse mixtum ex argento viuo impuro crasso, luculento, & modico sulphure impuro. In medicina vsus eius est, cicatrices reprimere, plumbi lamina pectori imposita vocem auget, aurum, & argentum ab igne defendit, dum funduntur.

Purgatio
plumbi.

Purgatur optimè plumbum proijciendo septies ipsum fustum intra calcem viuam, postea fundatur, & super ipsum fustum proiciatur aliquantulum salis armoniaci mixti cum salnitro ana, & hæc fusio fiat quater cum istis ingredientibus.

Separatio
ipsius à sul-
phureitates

Separatio autem ipsius à fæulentia, & sulphureitate denigrante talis est. Fundatur, & amalgametur cum quarta sui parte mercurij viui, postea amalgamatum in marmore pistetur, & vniatur cū æquali sui parte salis gemmæ, aut communis præparati, & pista simul vsq; dum sal euadat nigrum, tunc cum aceto forti albo laua falsedinem, iterum pista cum sale, & leua falsedinem, & hoc fac tories, vsquè dum nil in ipso appareat nigredinis, postea pulueriza iterum, & misce iterum cum æquali sui parte salis dicti, & fac ebullire igne, & tota exiet nigredo, tunc aqua communi ebulliente separetur ab omni falsedine, & pro hoc pluries reitera aquam, & ebullitionem, & eueniet plumbum album vt argentum purgatum; ita præparatum plum-

plumbum dicitur Lupus. Deindè taliter hic pro sumenda præda præparatur; ipsum in quanta cupis quantitate recipe, & imbibe cum adipe, seu pinguedine bouum ad pondus sui, aut plus vt libet, & funde in vase ferreo, quod sursum exponatur igni reuerbetationis, vsq; dum pinguedo euanescat. Iterum funde, & ipso addatur ana sui ex sale gemma separato optimè trito, & circumcirca fustum, & mixtum cum sale vertatur cum spatula ferrea, vsq; dum in puluerem album, vt cinis reducat, & postea refrigeratus dictus puluis lauetur aceto cum sale, vt nigredo non appareat, & sole exsiccatur feruetur mundè, quia sic ex lupo in cignum mutabitur.

Modum conficiendi litargyrium, aut cærasam, miniū &c. omitto, cum res sit communis apud omnes.

Facilis est modus mercurium extrahendi ex plumbo sic. & cærasam, & vnias cum sale tartari, & sale armoniaco ana vnias quatuor, misce cum libris tribus aceti, permitte ita stare per dies aliquot, luta vas, & stilla, primo exiet acetum, postea mercurius antequam finiantur distillationes, cuius dragma vna cum alia auri calcinati optimè, & soluti pluries cum aqua vitis rectificata, coquantur in vase vitreo benè clauso prius lentè, postea gradatim augendo per decem dies, vsque dum vertantur in puluerem citrinū, & opus habes, quod cum alio mercurio est multiplicabile, & scias operari, quia hoc est maximum, & principale secretum in hac arte. Alius modus in extractione mercurij ex saturno. Lima subtiliter saturnum, & pone intra petiam lini; & suspende intra ollam plenam oleo nucum, ne tamen petia fundū tangat, obtura, & pone sub fimo per 3. hebdomadas ad plus, & in fundo reperies plūbi mercuriū &c.

Modus extrahendi mercurium ex plūbo.

De associatione saturni cum mercurio sic igitur fit; recipiatur saturni quantumuis, & super ipsum fustum pone tertiam partem mercurij mundati, & vnitos pista, & imbibe cum aqua salis communis fusibilis præparati, & soluti in aquam, & septies imbibe cum dicta aqua salis, sicca, & pulueriza, postea septies etiam cum aceto distillato imbibe, & fac vt supra, idem fac etiam cum aqua aluminis iamenti præparati, & exsiccatos lentè pone sub fimo, & infrà quinque dies soluetur in aquam, quam distilla in elambicco magno, & habebis aquam claram, subtilem, & odoriferam; quomodo etiam coniungi potest mercurius cum luna (sed loco aceti pone aquam vitis) & distilla, & fac vt supra, deindè vna libra huius aquæ misceatur

Vnio plūbi cū mercurio ex quibus fit opus electum.

cum

cum libra vna aquæ attramenti, quas pone ſub ſimo per tres dies, iſtas diſtilla ſemel, & citri nitrate, ac rubedine coloratas; has conge-
la calore, & ipſa vttere ſuper magnam quantitatem corporum im-
perfectorum, & conuertet in perfectæ.

Vitru plu-
bi ex quo
ſit topatiu,
& alia me-
dicina.

Aliud ex ſaturno experimentum, ſaturnum fuſum ſemel proijce
ſuper calcem viuam, poſtea ipſum fuſum ponas in vaſe terreo fictili
benè obturato mineraliter, & vaſis medietas plena ſit, & calcina
forti igne per diem, & vitrum inueniens rubeum conuerſum, ſun-
de ergò canem minorem cum æquali pondere ſui ex vno ſalium fu-
ſibilium præparatorum, & topatium habes, poſt hinc pulueriza
hunc lapidem, & laua aqua dulci à ſalfedine, poſtea recipe par-
tem vnâ arſenici citrini foliati, vini prædicti aliam partem, miſce,
& piſta, ac forti igne ſine vllo liquore ſublima, & aſcendet arſeni-
cum, cum vitro ſublima ter, quarta autem vice lentè ſublima, &
aſcendet arſenicum, vitro manente in fundo fixo, vt puluis aureus, &
penetratiuſ tingens metalla vnum ſupra 10. quod ſi ita non euenit
ſublima toties, donec in fundo fixum fuſibile maneat &c. Viterius
lapis iſte mixtus lento igne cū ſale nitro, & refrigeratus piſtetur, &
ſoluatur ſuper vitrum in loco humido, & ſoluetur in oleum citrinū,
quod miſceatur cum aqua leporis rubea, & congelabitur in lapillos
diaphanos fuſibiles lumine candelæ, de quo vna pars ſuprà multum
leporis, cuius poſtea vna pars ſuprà 100. aliorum corporum, præ-
ter Martem, & Venerem mutabitur in perfectum.

Ellixir tran-
ſmutans ad
album, vel
ad rubrum.

Aliud ſumatur purgatum Sabadai factum lupus, ſuper ipſum po-
natur acetum optimè diſtillatum fortiffimum, poſtea diſtilletur, &
relinquatur per dies in ſimo, iterū aliud ſuperponatur, & diſtilletur,
& hoc fac toties, vſquè dum tota lupi anima fuerit extracta cum
aceto, quod acetum ſecum animam continens ſerua, & fæces calci-
na vt albæ ſint, poſtea ſuper fæces paulatim repone, prima vice o-
ctauam partem aquæ, & exſicca lentè; ſecunda vice ſeptimam par-
tem, tertia vice ſextam, quarta vice quintam, quinta vice quartam
partem, & cum hac menſura procedatur vſq; ad totalem bibitionem
ab eſuriente factam, & fixa permaneat aqua, ſublimatum corpus,
ſeu ſulphur ſal eſt mirabile, quod in orinali poſitum imbibatur cum
decima ſecunda parte ſui ex oleo auri, & argenti, & ponatur benè
coopertum igne lento coquendum, ibique in tali calore ſeruetur,
vſq; dum oleum ebiberit, poſtea aliam duodecimam ſui partem olei
iterum

iterum adde, & fiat similiter, toties hoc reiterando, imbibendo oleo, & coquendo, vsq; dum sulphur amplius non sublimet, sed maneat fixum, quod cognosces si positum super ignitam laminam non fumabit, sed fluet vt cæra, quod si volabit reitera operationes vt supra, cuius postea vna pars supra decem leporis, aut dominum terræ conuertet illas in naturam similem oleo, quo fuit cibatus ipse sitiens &c. loco caluzaram ex quo extraxisti sulphur attrahe illud ex phe-
tonta, quod melius vnitur oleo minoris luminaris, & vertet in lunam mercurium, & stannum.

Aliud magis tamen rude, non ita perfectum; extrahe sal ex phænone calcinato cum aceto stillato rectificato, quod vt magis efficaciter soluat, super alumen calcinatum redistiletur modo quo scis, & misce ipsius salis saturni partes octo, mercurij optimè sublimati partes quatuor, auri, si vis ad rubeum procedere, vel argenti, si ad albū par. 1. & misceatur optimè in sagiolo, seu in ouo philosophico, & coquantur per tres menses prius lento igne, postea paulatim augendo calorem, vsq; dum deueniat rubra, aut alba medicina iuxta semen suum, & fiet elixir fixans, & transmutans mercurium, & plumbū.

Aliud de plumbo super ipsum preparatum, vel supra mercurium ipsius calidum, extractum vt dixi, si superponatur oleum antimonij guttatim, erit tinctum intus, & extrā, cum pondere, & colore Solis. Fit autem oleum antimonij modo, quo infra te docebo.

Alia operatio ex plumbo. & plumbum non stridens, & fac stratum supra stratum in olla cum sale communi, & in fine stratorum pone quantitatem salis armoniaci ad alitudinem quatuor digitorum, & benè clauso vase, relinque per decem dies sub fimo, mutando sæpè fimum, vt sit calidum, & omnia in calcem humidam mutabuntur. & postea totam materiam, & pone in vase distillatio (à nobis dicto matarazzo) da ignem, nam primo exiet aqua, postea quidam fumi, cum quibus exiet argentum viuum, quod est mercurius plumbi, quod tamquā aurū pretiosum seruare debes. & postea fæces dum non amplius stillant, & reduc in corpus cum borace, aut sapone, illarumque partes duas misce cum parte vna argenti, & erit materia pro pluribus operibus conficiendis, ab argento nihil differens.

Aliud, fac aquam fortem ex vitriolo, & sale nitro ana lib. 2. & aquam iterum pone super fæces ipsius tritas, & iterum distilla, in hac

X

aqua

Ex plumbo
simul mer-
curius ex-
trahitur, &
fit quedam
mixtura

aqua solue amalgamam factam ex libra vna plumbi cum duabus mercurij purgati, & his per elambiccum distilla aquam lento igne vsque ad exsiccationem materiae. Rursus tritura faeces, & superpone eandem aquam stillatam, & distilla per balneum vt materia sit sicca, iterum superpone aquam, & distilla in balneo, & hoc factoties, vsque dum non amplius materia congeletur, sed reducatur in oleum, cum hoc oleo commisce auri puri vncias duas soluti in aqua forti, & moueatur vitrum, vt oleum permisceatur cum aqua forti, in qua est solutum aurum, postea in balneo distilla aquam iuncturis bene clausis, & deinde pone per diem, & noctem in calore qui sit tantus, quantus sufficit ad manu tenendum plumbum fustum, extrahe, & habebis oleum efficacissimum ad fixandum se solo, & rubificandum &c.

Antimonij
vires, &
præpara-
tiones, &
extractio
mercurij ex
ipso.

Est & alius lapis in visceribus terræ, quem antimonium nuncupamus, à plumbo parum differens, quod tam in arte medica, quam chymica vtilissimum existimatur. Est in duplici specie, aliud enim dicitur mas, aliud fæmina, magis probatur fæmina, mas est minus ponderosus, minusque radians, & arenosior, fæmina verò nitet, friabilis, & fissuris, non verò globis constans. Præparatur per calcinationē adiuncto sale. Præparatur autē pro medicamento optimo sic, pistetur antimonium, & ponatur in crucibulo aperto, & detur ei ignis reuerberationis vsq; dum liquefeat, & dum est fustum sume vas maiolicæ, & proice ipsum fustum in vas prædictum, & ita maneat. Hoc putridas obtundit febres sumptum cum vino, aut brodo, alijsq; morbis quâ plurimis; Romæ à PP. Iesuitis optimè præparatur.

Mercurius antimonij extrahitur sic. R. regulum antimonij, & ipsum sublima cum sale armoniaco, sublimatum hoc pone ad stillandum lentè prius sub fimo locatum per 3. dies, & stillabit mercurius. Antimonium super ferrum ignitū proiectum iuuat, vt facilè fundatur. Dum in venis metallicis reperitur antimonium, signum est ibi esse venam, quoque argenti. Antimonium de se adstringit, refrigerat, meatus obstruit, fluxiones oculorum dum coctum fuerit coercet, aliaq; quæ multa adducunt Medici, & Matthiolus.

1. Oleum
antimonij.

Fit etiam ex antimonio oleum tali modo, R. antimonij, calcis viuae, & salis armoniaci ana, pone in distillatorio, primo exiet flemma, auge postea ignem, & muta recipiens, intra quod sit aliquantum aquæ vitis, & exiet oleum rubicundissimum.

Aliud

Aliud oleum. Pista subtiliter antimonium, & bullias illud cum lixiuio forti, vsq; dum euadat rubeum decanta lixiuim, & superpone nouum, & fac vt supra, postea super dicta lixiuia decantata rubea infunde acetum stillatum, & in fundum præcipitabitur in formam butyri antimonium. **R.** deindè dictam arenam, quæ est in modum vnguenti, & pone super illam acetum stillatum vt superabundet 3. digitis, claude, & pone sub fimo per 4. dies, postea stilla lètè, & exiet acetum, auge ignem, & muta recipiens cum aqua vitis intus, & stillabit oleum &c. huius olei pars vna, mercurij 4. & auri foliati 1. si per dies aliquos lentè coquantur, totum fixatur in aurum, & medicinam rubificantem, vel prius tantum lento igne distillentur, vt non amplius distillet, & postea per diem, & noctem conseruentur in igne lento, hæc enim medicina est opima ad rubificandam lunam, plumbum, & æs.

1 Oleum.

Aliud nos confecimus oleum tali modo. **R.** lib. 1. antimonij funde in magno crucibulo, super ipsum infunde paulatim libras duas ferri limati, & misce simul, & incorporata fac vt refrigerentur, postea pista dictam materiam, & pone super parop fides terreas in fornace reuerberationis, ibiq; tantum maneat, vsquè dum deueniat ad colorem cinaberis, quo facto extrahe, & tritura, ac pone in orinali more solito ad distillandum, & primò exiet aqua, qua extracta extrahe iterum fæces, & permitte ità esse per 2. dies, postea pone iterum in distillatorio ad ignem lignorum, & exiet oleum rubicundum, quo ità vtere, fiat amalgama ex argento, & mercurio, & super ipsam infundatur aqua fortis vt soluatur, in qua solutione proice partem vnâ olei, & misce, fac postea euaporare aquam, & ipsum oleum manet in fundo cū amalgama, coquatur igne lento per dies aliquot, & fixabitur.

3 Oleum.

Preparatur autem sic pro magna medicina. Recipe antimonium in magna quantitate diuide in partes magnitudine vnus talis, & pone in olla optimè clausa luto mineralitatis, & coquatur ia arca vitriariorum, vt coquitur sola, quæ est vitri materia, postea puluerizetur subtiliter, & in vna parte huius pulueris ponantur septem partes aceti optimè stillati, & quolibet die pluries commoueat in vase vitreo, & soluetur, scilicet lutum distilla filtro, & serua acetum antimonio grauidum; hoc per balneum mariæ distilla, vt exeat humiditas, quam serua, at remaneant fæces, quas tritura pone postea

Operatio
realis phi-
losophica.

in igne ad stillandum, vel si non vis triturare, continua ignem, & dum humor rubeus incipit exire, muta recipiens, benè claudendo iuncturas, & ignem gradatim augendo. Recipe emanantem ipsius sanguinem, qui in se quatuor continet elementa, pone ipsum in ampulla vitrea, quam repone per quindecim dies in fimo, mutando singulis quinque diebus fimum, & soluentur partes elementares, postea pone vas in balneo mariæ lento tamen (iussit namq; si aqua balnei bulliat) & cum recipiente distilla, & serua aquam, quæ exiet, ac fæces relictas serua, postea aquam istam stillatam septies redistilla, semper fæces, quas relinquit, miscendo cum primis fæcibus; aqua istam ab omnibus fæcibus depuratam vocant Philosophi *mercurium communem*; quam serua optimè clausam in ampulla. Recipe ergo fæces seruatas, & pista subtiliter super marmorem ad solem imbibendo, desiccando soli, & terendo cum aceto forti stillato, & hæc operatio fiat toties, donec tota nigredo à fæcibus egressa fuerit, quod cognoscitur dum videbis illas rubeas, aut citrinas. Tunc illas fæces recipe, & pone ad dissoluendum cum magna quantitate aceti fortissimi distillati, & dum solutæ fuerint, stilla filtro, & si fæces aliquæ manserint insolutæ, iterum superpone acetum, & vt supra solue in balneo mariæ, & ita fac donec omnes fuerint solutæ, quas omnes solutas fæces pone in balneo mariæ, elambicco benè clauso, & extrahe superfluam humiditatem aceti, ita tamen vt fæces remaneant sicut salsa, postea pone vas in cineribus, & suppone ignem lentum, vsq; dum exiet superflua humiditas, & dum in ore stillicidij videbis apparere colorem aureum, aut rubeum muta recipiens, & claude, & ignem auge, quia exiet oleum, & serua fæces, quia in ipsis continetur elementum ignis, prædictum oleum appellatur *sulphur philosophorum*. Hoc oleum septies rectificabis in elambicco super cineres igne lento, semper fæces, quæ remanent, vniendo cum fæcibus prius relictis; hoc oleum (quod aurei coloris, aut rubei est, nam si album est, non habet vim) serua diligenter. Postea fæces olei relictas rectifica hoc modo, aqua sua imibibes, & Sole, aut igne moderato ex sicca, & hoc fac toties, vsq; dum citrinæ, aut rubeæ euadant, & meliores quo magis rubeæ, & serua illas, quia in ipsis continetur ignis, & terra.

Coniungantur igitur in Dei nomine prædicta elementa, vt habeatur lapis noster.

Et igitur

R igitur terræ prædictæ partem vnā, illamq; imbibe cum parte vna aquæ supradictæ, quæ *anima* nuncupatur, & pista super marmorem, & exsicca, & cum exsiccata fuerit, iterum imbibe cum ana supradictæ aquæ, imbibendo, & exsiccando super marmorem, vsq; dum bibat duplum sui ex aqua prædicta. Iterum lapidem prædictum imbibe cum vna parte olei supradicti, & super marmorem imbibe, illam pistando, vt euadat rara, vt salsa, pone postea in ampulla obturata sub fimo per quindecim dies, mutando finem singulis quinque diebus, postea & ampullam, & congela suauiter in cineribus calidis, & hoc lapide vttere super leporem capiendum ne fugiat, nam si pars vna huius lapidis supra 100. leporis calidi in crucibulo ponatur, congelabitur in medicinam, cuius iterum pars vna supra 100. in medicinam vertet, cuius postea pars vna supra 100. transformabit in pulchritudinem lunæ plenæ &c.

At si ad rubeum operari cupis operare in omnibus, & per omnia vt supra dictum est de lapide ad album, excepto hoc quod ponas partem vnā terræ, sed imbibe prius toties cum suo oleo, vt ebibat terra triplum sui, imbibendo, & exsiccando vt supra super marmorem, & postea imbibe ipsam cum vna tantum parte mercurij, hoc est aquæ, vt fiat sicut salsa, & pone in fimo vt supra, congela vt supra, & pone postea super leporem, & operare vt supra. Procedit hoc opus per separationem elementorum, quem modum insinuauit Sanctus Thomas non manifestando, quænam sit materia.

Fit etiam ex antimonio regulus talimodo. R salnitrum vncias 6. sal commune crepitatum vnc. 2. tartari vnc. 10. pista, & misce simul, & pone in olla lutata supra ignem vt fundantur, & dum ista manent fluida, paulatim super infunde antimonium pnluerizatum, & vnias cum baculo, & sic paulatim misceas cum toto antimonio, & dum commixta sunt omnia, commoue aliquantulum ollam, vt regulus reducatur in vnum infundo, permitte postea frigescere, & illud inueniens in fundo in formam circellæ conglutinatum.

Regulus
antimonij
quomodo
fiat.



CAPVT TERTIVM.

De Stamno.

Proprieta-
tes stamni.

S Tamnum proprietates habet nimis plumbo propinquas, est ta-
men purius illo, partes non benè habens vnitas, quando cum
alijs vnitur ob suam incompositionem frangibilia reddit cætera
metalla, stridens est, & nimis humidum.

Purgatio
stamni.

Separatur, ac preparatur eo modo quo plumbum, exaltatur au-
tem sic. & vnam partem iouis preparati, & pone in septem parti-
bus aquæ vitis rectificatæ, & in ampulla positum commoueatur
semper, & fiat vt de plumbo exaltato. Conditur tot etiam modis,
quot plumbum, purgatur etiam, si fufum proiciatur pluries intra suc-
cum porri. Dealbantur, ac purgantur vasa stamni sic, & salis com-
munis, armoniaci, & gemmæ, item aluminis rocchæ, & misce cū
aceto albo, in quo fac ebullire vasa, & extergas panno lino, & erunt
pulchra vt argentum.

Componuntur ex ipso variæ medicinæ. & cadech preparatum,
funde, & extingue septies in aqua salis armoniaci preparati, & solu-
ti in aqua dulci, & sit ipsius libra vna, amalgama cum libra media
mercurij benè mundati, postea laua, & exsicca vt supra fecisti de
plumbo. Deindè cum ipso amalgamato pone libram vnam leporis
septies sublimati, pista, & misce, & pone super marmorem in loco
humido, septies in die cum pistello pistando materiam, & recipe
aquam emanantem ibi in vase vitreo, & si quid insolutum fuerit, pi-
sta pluries, & imbibe cum aqua, quæ emanauit, & relinque in hu-
mido, vt soluatur totum, tunc & aquam istâ, & distilla ipsam igne
lento, & aquam clarissimam quæ exit serua. Dum autem non am-
plius distillant, auge ignem fortem, vt fæces, quæ in fundo reman-
serunt, calcinentur, & albæ euadant, nam si albæ non sint, calci-
nentur igne reuerberationis, vsq; dum albescant, illas dealbatas im-
bibe super marmorem aqua prædicta, & permittas ibi in humido
dissolui vt suprâ, & postea distilla vt suprâ, serua aquam, & fæces
tritura vt suprâ, iterum imbibe, solue, distilla, & pista, & imbi-
be, & hoc fac toties, donec per reiteratas istas operationes ebibat
calx totam aquam suam, & nihil humiditatis remaneat, & tunc
inuc-

inueniens in fundo laminam cadech, laminam cristallinam fixam, ac fundentem, de qua pars vna supra centum mercurij, & albescet firmiter.

Alia operatio elicitur ex stamno si pocedatur vt factum est, vt in tertia operatione de plumbo extrahendo animam ipsius cum aqua vitis optimè rectificata, & in omnibus faciendo, vt ibi, extrahendo scilicet animam cum reiteratis aquis vitis, calcinando fæces, vt albescant, vniendo animam cum fæcibus, sublimando deindè materiam, & inceraudo cum oleo lunæ, & fiat proiecto super mercuriũ, & stamnum.

Alia. Ignias septies cristallum in padella ferrea, & extingue septies in oleo papaueri, aut testudinis, quia mollicabitur vt plumbum, funde postea, & trituta, ac incera cum vno ex oleis correctis, quæ infra habebis toties, vt currat fusum super laminam ignitam sine fumo, huius pars vna super 8. stamni, aut æris purgati conuertet in veram lunam.

Alia medicina sophistica. & arsenici cristallini sublimati vncias tres, mercurij sublimati vnciam vnã, stamni de Flandria optimè purgati, & calcinati vnciam vnã, & amalgamentur omnia, & ponatur in duobus vasibus, ad modum cucurbitæ, benè clausis, & inferior sit lutata, & collocetur in cineribus calidis per dies 8. & tunc mercurium, venerem, & stamnum conuertent in lunam.

Fit aqua stamni, sicut & plumbi, si fiat stratum supra stratum ex limatura istorum, & calce viua ana, & ponatur ad distillandum, quæ quidem aqua efficacissima est pro soluendis metallis, & lapidibus.

Aqua stani
& plumbi.

Sal ipsius extrahitur ebulliendo ipsum benè purgatum cum aqua vitis rectificata, vel exponendo Soli calido, vltq; dum coloretur, & decanta aquam vitis, & iterum superpone, & decanta, & postea euapora; vel si postquam fuerit solutum in aqua forti permiscetur in lapillos conuerti in loco humido, & frigido, vt dicemus de auro, & argento.

Sal stamni.

Alia. Recipe salis stamni vnciam vnã cum dimidio, salis plumbi vnciam vnã, & salis mercurij vncias duas cum dimidio, singula solue separatim in aceto septies rectificato per balneum, & misce postea simul omnia ista soluta salia, euapora aceta, iterum solue, & congela, & hoc ter facias, & huius medicinæ pars vna super 12. æris purgati vertet in Lunam.

Dubitatur cur stannum cum in se flexibile sit, coniunctum cum alijs metallis reddat illa inflexibilia, & frangibilia.

Respondeo, quia sua subtilitate peruatit humidum illorum, & illum inspissat, suoq; sale, ac sulphure penetratiuo costipat, & indurat, ex hoc principio olim, sophisticam composuimus medicinam frangibilem, quam proieciimus supra æs, illudq; dealbabat, at quoniam nullus est bonitatis, omitto.

Sciant autem omnes operarij quod omnis medicina in qua spiritus plumbi, aut stanni continetur, nunquam apparere faciet æris rubedinem in igne, sed semper alba exiet in aqua extinctum fustum,

C A P V T Q V A R T V M,

De Ferro.

Ferri proprietates.

Operatio mixturæ ex ferro.

Ferrum, quod communiter dicitur Mars est frigidum in primo, & siccū in secundo, non porosum, ponderosum in tertio, mixti coloris; eius mineræ sunt multis in partibus. Funditur primo si positum in crucibulo ita ignescat, ut videatur sudorem quemdā emittere, tunc super ipsum proiciatur aliquantulum sulphuris, aut auripigmenti, aut arsenici, salinitri, vel armoniaci, & ignem augendo, fundetur. Ex ipso talis operatio elicitur, fundatur ipse, lunæ, & veneris partes æquales, & in virgam reducta postea igne fortissimo cupellentur ut venus auolet, & habebis duas uncias optimi argenti. Alio modo sic ab Aristotele in libro de perfecto magisterio funditur, & præparatur. R. salis armoniaci, aluminis iameni, salis nitri, & vitrioli partes æquales, pone has in duplo aceti stillati, & expone soli per 7. dies, ut solvantur in hoc aceto extingue pluries laminas martis subtiliter incisas, toties, usq; dum albæ euadant ut argentum, postea istæ subtiliter limentur, & limaturam istam toties laua cum sale, & aqua ut albæ euadant, ut argentum, ex sicca, postea limaturæ huius partem vnā misce cum media parte arsenici separati, & præparati, & pone in furno, calcinandum per 4. horas, & fac descendere, & intret per botum barbatum. Iterum cum arsenico fac ut prius, & toties ut descendat album ut argentum.

Aliter funde sic, & folia tenuissima ferri, & extingue 40. vicibus in capitello facto ex cineribus vrticæ, sæpius mutando capitellum, & sic

& sic alba illa folia vt argentum, cimenta illa postea cum puluere facto ex cortice pomorum granatorum recentum, non siccorum, & cum mirabolanis ana, & iuncturis clausis funde magno igne, & hoc fiat ter, postea funde magnam ferri quantitatem cum parua quantitate arsenici sublimati fixi fusibilis, quod dicitur sulphur album philosophicum, de quo infra, & fusam in veram dianam mutabitur.

Aliter S. Thomas in suo florido. & limaturam ferri puram, & bene lauata, & misce cum ana arsenici sublimati albi, & cum aliquantulo boracis, ac mastice puluerizati funde, & fac descendere in terra fusionem, & postea decies cum borace, & vitro funde, & habebis illud album vt argentum.

Aliter laminas subtiles ferri infoca bene in crucibulo, & super ipsas proijce sursum magnesiā puluerizatam, & fundetur, & hæc est via facilior pro argento.

Præparatur autem sic pro auro. & limaturam martis, & laua cum aqua salis dissoluti in ipsa, & exsiccatam laua cum aceto rubeo mirabilis fortitudinis distillato, pistando, & exsiccando in Sole calido super marmorem toties cum aceto, vsq; dum rubificetur, tunc adde ana arsenici risigalli sublimati rubificati, & misce per minima cum sale armoniaco dissoluto ana cum arsenico, & sublima toties, miscendo cum facibus, vsq; dum fusum, & fixum remaneat, quam materiam pone in loco humido, & filtretur, postea congela igne lento in cineribus clauso vase, qua congelata pro luna tingenda, penetranda, ac transformanda nil melius &c.

Crocum
martis.

Aliter S. Thomas, & communiter sic rubificant. Cimenta per diem laminas ferri cum sulphure clauso vase, pista postea, & pone super ipsum acetum forte in maiori quantitate distillatum in vase vitreo, & Soli, aut igni relinquatur, vt rubescat acetum, decanta rubicundum acetū, aliudq; superpone, & fac similiter, & hoc toties, donec non coloretur amplius, acetum coloratum filtra, postea euapora acetum, & in fundo remanebit crocum martis, quod poteris in humido loco dissoluere &c. Vel simpliciter fiet, si super limaturam ferri solum ponatur acetum, & de reliquo fiat vt in modo S. Thomæ. Fundes etiam si ipsi infocato iuxta pones sulphur, videbis in guttas deorsum cadere &c.

Mollificatur vt argentum, si fiat pasta ex calce viua, & oleo oliuarum,

Ferrū quo-
modo red-
datur mol-
le.

uarum, & cum ipsa inuoluatur ferrum, & ponatur sub carbonibus, vsq; dum ignis totaliter accenditur, tunc extrahe, & separa ab ipsa pasta, & est factum. Item si ferrum ignitum extingatur in euforbio, dulcificabitur. Induratur autem maximè sic, extrahe aquam ex lumbricis terræ, ex radicibus rafani, & barbis pororum, & distilla singula separatim, postea misce istarum aquarum partes æquales, & in ipsa aqua mixta extingue gladios benè ignitos.

Cur ferrum
temperetur
aqua.

Dubitatur circà ferrum cur temperetur, & dure scat in aqua. Respondeo, quia igne agitati spiritus, & dispositi vt exeant à frigore aquæ detinentur, & retrahuntur, & vniuntur, ac fortificant se. Ferrum minus purgatum, magis flectitur, quia diuersis ignitionibus multum humidum (à quo causatur fluibilitas) fuit consumptum. Iuuat tempus ad ferrum duritiem, namque in plenilunio magis induratur quam in nouilunio, quia in plenilunio humiditas facilius resoluitur.

Ferrum mi-
nus purga-
tū cur ma-
gis flecti-
tur.

Præparatur ferrum pro pluribus infirmitatibus, quæ preparatio communis est, proinde omitto. Fit autem ex ferro, si præparatur vt venus, extrahendo animam ipsius, & reuiniendo, sublimando postea, & incendo cum oleo auri, elixir transmutans mercurium, & ferrum in aurum.

Aliter. R. salis ex ære, & salis ex ferro ana vnc. 2. & salis ex mercurio vnc. 4. solue singula diuifim in aceto septies per balneum rectificando, solutiones istas misce, & congela, iterum solue simul, & congela, vsquè dum super laminam ignitam fluant vt cera, cuius pars vna tingit, ac fixat viginti partes argenti in aurum.

Aliud. Recipe ferri excrementa, vulgo dicta (ichiuma) quæ projicitur à Ferrarijs, tritura subtiliter, pone in humido, postea stilla, & exiet oleum, quod serua, iterum tritura, pone in humido, distilla, & exiet aqua, quam serua, ista lento igne singillatim congela per spatium vnus mensis, & oleum congelatum mercurium, ac venerem conuertet in solem, aqua vero congelata mutata in lunam.

C A P V T Q V I N T V M.

De Auro.

Proprieta-
tes auri.

Diuersa auri nomina habebis in mea clauicula, est aurum materia calidæ, & sicca, moderatæ, crocei coloris, fixum, non poro.

porosum, & habet maius pondus quam reliqua metalla, est calidum in tertio, ponderosum in quarto, croceum in secundo.

Purgatur aurum in cinericio cum antimonio &c. Calcinator autem multis modis, & odore plumbi, & amalgamatum cum argento viuo, euaporando argentum viuum, quod ne perdat, argentum viuum euaporari potest superposito aliquo vase benè clauso, igne supposito. Vel aqua regia facta ex sale nitro, vitriolo, & alumine rocchæ, soluendo intrà ipsam aliquantulum salis armoniaci, soluitur aurum foliatum, sic vnc. 2. ipsius ponantur cum vnc. 6. mellis purissimi electi in vase purissimo distillati, illa ponendo in fimo per quinque dies. Vel illud aurum foliatum vnias cum tribus libris mellis, & pone per quinque dies in cineribus, extracta materia dissoluatur aqua pura calida, & aurum in fundo est vasis, iterum adde tantundem mellis, & fac vt supra, & inuenies aurum optimè calcinatum, tunc dissoluatur in quatuor partibus aquæ vitis semel rectificatæ, & habebis illud dissolutum in aurum potabile, suauè, & vtile pro multis infirmitatibus, & pro memoriæ, ac ingenij acumines, quod si pro alio vti volueris, euapora aquam vitis, & serua aurum.

Purgatio, & calcinatio.

Nota aurum potabile verum.

Aliter. Fiat amalgama ex parte vna auri, & vna cum dimidio mercurij benè lauati, puluerizentur, & misceantur cum ana ipsorum salis armoniaci, hoc est cum vncijs duabus cū dimidio, ponantur in crucibulo altero superposito benè clausis, & per diem, ac noctem maneant in igne carbonum in furno, & vase refrigerato aperiri, & collige materiam, quæ tanti splendoris est, vt ex ipsius visu non fatientur oculi, tantique splendoris erit, vt si in vase vitreo facto ex vitro plumbi reponatur, nocte obscura etiam illuminabit; qui est secundus lapis luminosus ex illis, quos ego proposui in fronte libri (quo modo autem fiat vitrum plumbi, ostendam infra) cum quo lapide magnum componitur elixir ad solem cum breui magisterio, paucis quidem noto.

Lapis luminosus ex calce auri cum elixir.

Extrahitur sal si ipsum calcinatum in lapillos conuertatur, vel si super limaturam ipsius infundatur aqua vitis rectificata, & pluries repetatur, quæ postea euaporetur, vt in fundo manet sal. Eliciuntur autem per ipsum quamplures medicinæ, sumatur salis ex auro vnc. 1. & salis ex mercurio vnc. 1. soluite quodlibet separatim in aceto septies rectificato per balneum, & postea misce, euapora acetum, & coque tantum, vsq; dum fluat vt cera. Deinde recipe vnciam 1. salis

Sal auri quomodo habeatur, & elixir cum ipso.

ex ære, & vnciam 1. salis ex ferro, & separatim soluantur in simili aceto, postea misce simul, & coque, & da ignē vt fundantur, euaporato aceto; sumas deindē sal auri, & mercurij, & ponatur soluendū in balneo, sicut & sal ferri, & æris per dies 8. Separatim horū vltimorum sal, a sale primorum .i. auri, & mercurij; & postquam soluta fuerint, misce simul omnia ista salia, & pone in fimo per dies 15. ad dissoluendum, postea congela; iterum solue, & congela, & hoc fac quater, aut quinquies, & vltima vice habes rubicundum lapidē, cuius pars vna supra multum mercurij, & lunæ. Contēplare Lector medicinam hanc, quia nimis sane est ponderabilis.

Alia operatio. Recipe vncias 6. mercurij benè purgati, & amalgama cum vncia vna limaturæ auri, quam misce cum vncijs duabus animæ saturni, has pone in vrinali cum suo elambicco, & recipiente, ad stillandum igne lento, ita tamen vt per sex horas non descendat mercurius in recipientem, postea per duas horas auge ignem vsq; dum descendat tantum vna pars ipsius, iterum Recipe hanc partem mercurij descensam, & misce cum facibus, triturando, & distilla vt supra, & hoc fac toties, vsq; dum totus mercurius fixus maneat in vrinali, cuius vna pars supra septem mercurij calidi, aut lunæ fusæ albificabuntur &c.

Anima
plūbi quo-
modo ha-
betur.

Mercurius
ex sole, &
luna.

Extrahitur anima plumbi tali modo, ebullias acetum, vel cerusam, & acetum filtra, & euapora & in fundo manet anima, seu sal.

Quoniam tota transmutatoriae artis industria versari debet circa conuersionem metallorum perfectorum in mercurium, vt inde magni lapidis compositio possit elici. Modum do talem. Solue lunam in aqua forti extracta ex vitriolo romano, & salnitro ana, & redistilla toties vsq; dum euadat luna crocea, in ipsa pone aquam vitis rectificatam, & distilla, & iterum superpone, & distilla, & videbis ascendere mercurium in formam nubeculae, commouete vas, & videbitis mercurium cadere ad fundum vasis, in aqua autem pro auro ponite (vt soluatur) aliquantulum salis armoniaci.

Alium modum ex clauicula Chymica manuscripta Raymundi Lulij in meo exemplari vetusto collectum, qua explicantur alij libri Raymundi sic habemus. Recipe vnciam vnā calcis lunæ cuppellatae, & subtiliter contere super marmorem, & imbebe cum oleo tartari fixo vsq; dum bibas quinque partes plus se, & efficca semper ad Solem, vt reducat in puluerem impalpabilem, & ipse

ipse deinde ponatur in vase cum collo longo, & superponatur de mestruo færente (quod fit ex salpetra, & vitriolo septies rectificato per distillationem, semper fæces quas relinquit, remouendo) & benè clauditur vas, & ponatur ad ignem cinerum cum paruo igne carbonum, quousq; bulliat materia, & dissoluatur pone postea materiam frigefactam in alio vase cum sua cappa in furno ad distillandum, vt exeat mestruum, & sit materia exsiccata, & spiritus færentes sint ad cappam, & in receptorio iam exaltati, & dum tale signum videbis, dimittatur tale vas infrigidari, paulatim exsiccetur, & deinde puluerizetur materia, & ponatur in vase terreo benè cocto vitriato, & super illum ponatur de aqua communi bulliente stillata, mouendo semper materiam cum baculo mundo vsq; dum materia sit spissa, parum deinde moue hanc salsam cum baculo vsque dum videas apparere grana mercurij, & appareat in magna quantitate, secundum quod posuisti de corpore perfecto in similitudinē argenti viui vulgi, quod aqua frigida laua, & desiccetur per pannum, & transire, facias quoq; per corium, & sicut fit de luna ita de sole.

Huc autem diligenter incumbendum, o lectores, iste enim est mercurius noster, & hi duo rationem masculi, & fæminæ habent, vndè benè dicebant Philosophi, opus nostrum in sole, & luna consistere, corpora in aquam esse soluenda, matrimonificate gumma cum gumma, ana de ambabus naturis, & coquite. Contemplamini omnia philosophorum dicta, & enigmata, & omnia videntur manifestè indicare lapidem. Fæmina concipiat virum suum, vt coronatum producat filium, nihil extraneum ingreditur cōpositionem nostram, vnum quodq; producet secundum semen suum, & quidem luminaria ita reduc̃ta non amplius sunt aurum, aut argenrum vulgi. Plura ponere non audeo, sciant coquere, & non in alio magnam medicinam quærant, quam in his duobus tantum mercurijs, in quibus suum quoq; sulphur reperitur. Omnes aliæ sunt veluti quædam particulares medicinæ non tantum se extendentes, hi sanè sunt homo seluaticus, & iuuenis agrestis, qui statim in vase positi fundentur, scio multos me benè in hoc percepturos &c. modum quo proceditur, satis datur cum suis figuris in meo libro, & dictis. In prima figura, est masculus, & fæmina se osculantes in ore vasis. In secunda coeunt cum his verbis, *soluemo li corpi in argento viuo, in 3. caput corui, in 4. terra negra puzzolente, in 5. in principio era sopra, hora sommersa*

Explicatur
dicta philo-
sophorum
circa lapi-
dis mate-
riam.

in fondo: & alia, vltimo dum loco adest rex coronatus &c. dum mercurium istum luminarem habueris innumerabiles, poteis elicere paruas medicinas, & multiplicationes, dum enim semen habetur, multae inferi possunt plantulae. Facias ergo sic ad album cum mercurio lunae, & vncias tres argenti cupellati, amalgamati cum vna, & dimidio mercurij vulgaris, & misce cum vna mercurij lunaris, pone in vitro collilongi, da ignem gradatim, & multiplicatur medicina; deinde recipe vnciam vnā istius materiae coctae vncias cum portione illorum vt supra, & multiplica, & duc in corpus.

Ad rubeum autem sic, recipe argenti viui extracti vt supra ex calce solis vncias quatuor, & amalgama cum vncia media auri calcinati, & cum duabus mercurij vulgaris bene loti, da ignem gradatim, & in principio durabit per 15. dies nigredo, quae dicitur eclipsis, dum clarescit, auge ignem vt sit bisca, auget vt sit alba, auge in 3. gradu vt sit albissima, auge in 4. gradu vt sit rubedinem, & completum est opus.

Multiplicatio, recipe vncias sex mercurij vulgi amalgamati cum vncia media auri fini, misce cum calce rubea, pone in vase lutato, da ignem paulatim vsq; ad tertium gradum, & erit rubea, reduc in corpus, fundendo vnciam mediam auri, & superimponendo pallottulas de illa puluere vnus quartae vnciae gummatae cum cera rubea, & funde, iterum superpone, & funde vsq; ad quatuor vncias calcis rubeae, proijce in canalem, & habebis aurum optimum &c. in hac operationes habes tria, & fiunt vnum, adest coagulum eiusdem rationis, sicuti coagulum panis adhuc est ex farina, & coagulum lactis ex lacte.

Coagulum
eiusdem ra-
tionis cum
re coagula-
ta.

Modus fa-
ciendi me-
struum ani-
male.

Alia operatio; primo, docetur modus construendi mestruum animale. Recipe vrinam iuuenis bene complexionati ætatis annorum duodecim ad plus, & sint quatuor lib. & non sit putrefacta, vt aliqui dicunt, sed sit facta ad plus per vnum diem naturalem, & distilla in elambicco lento igne, quam distillationem conserua in vase vitreo, & os claude cera ne respiceret, & iterum facies aliam distillationem vt prima, & conserua cum prima in eodem vase vitreo, & semper conseruabit faeces in vase vitreo bene clauso cum cera, & pice graeca, iterum facies tertiam distillationem, & quartam, & quintam, quousque habes notabilem quantitatem vrinae, & semper conserua- bis faeces, vt supra dictum est, postea accipe totam istam aquam di-
stilla-

stillatam, & iterum distilla, atq; iterum, & fæces conseruabis cum alijs, & iterum distilla, & sic facies ter, & quater, & fæces semper conseruabis, & ita est aqua vita de fonte viuo, non illa vini vt vulgares tenent, postea accipe omnes fæces antè conseruatas, & collige in vnum, & tritura benè, pone in boccia superinfundendo de aqua vitæ, & iterum bis distilla, postea tritura, & superinde de aqua vitis, & distilla quousq; sal nostrum fuerit benè calcinatum, & similiter pone ipsum in dicta distillatione, & conserua eam, quoniam aqua hæc est perfecta, & cælestis, & est coagulum, & serua eam in vase vitreo benè obturato cum cera intermixta pice græca, & hæc est prima operatio lapidis.

Secundò postea accipe aurum finum foliatum ad vncias 2. mercurij crudi 2. & amalgama secundum artem, & sic amalgamatum pone in aliqua lacentula lapidea munda, & benè fabricata circumcirea, & ibi ponas dictum amalgama, & superinfunde aquã vitis, & candela accensa mitte ignem in amalgamate, & post consumptionem aquæ vitis, iterum secundo pone aliam aquam vitis, & postea videas si aurum non est in totum puluerizatum, iterum amalgama cum mercurio, & fac cum aqua vitis, & facies sic quousq; aurum sit reductum in puluerem subtilissimum. Postea accipe illam puluerem auri sic præparati, & mellis despumati, & super marmorem paulatim miscendo, quousq; videbis quasi vnguentum factum; postea pone aurum sic confectum in vase vitreo, & facies residere per duas horas, postea per inclinationem trahe mel, & remanebit aurum in fundo, & si non inueniens sicut vnguentum, iterum adde mel, & macina in porfido, vel marmore, vt faciunt pictores, & sic facies ter, postea conserua illud in vase vitreo benè obturato.

Tertio postea habeas præparatum vas vitreum circulationum, & pone dictum aurum sic confectum in dicto vase circulatorio, intermiscendo distillationem, dictã (mestruum animale) vt liquidum fiat, & pone de dicto mestruo tantum vt cooperiat per duos digitos amalgama, & fac vt vas circulatorium non sit lutatum, sed sit benè clausum ne respiret, nec exeant spiritus, quoniam in hoc consistit tota nostra operatio, & ponas in balneum ad circulandum, & postquam videbis aquam deficere, iterum adde aliam tantam aquã, sicut prius, & sic facies quousq; videbis rem in fundo reductam in albedinem.

Est enim tunc vltimus conatus naturæ, & post veram albedinem

con-

consequutam post nigredinem cōserua puluerē in vase vitreo, quoniam aurum est redactum vsquē ad primam materiam, & sic consequutus est finem desideratum, sed in quanto tempore hoc perficies, multi dicunt opus compleri in nouem mensibus, nam est veluti genitura. Alij verò dicunt in spatio quatuor mensium.

Deindē recipe partem vnā istius pulueris, & ponas super centum mercurij purgati cum eadem aqua distillata, & fiat lapis, cuius vna pars retinebit mille mercurij, & fiet aurum perfectissimum.

Alia operatio cum mercurio luminarium. Recipe mercurij solis, aut lunæ, & lunæ, vel solis foliati ana misce simul in mortario vitreo, aut marmoreo, & pone in vitro ad modum pallæ cum collo longo, & sigilla hermeticè, & pone in farno, vel atthanor cum igne lucernæ trium filorum mediocrum, & in fine 30. dierum erit materia nigra, extrahe, & tritura bene, & ponite in vase simili vt prius, cum eodem igne per dies 21. & inuenietis materiam viridem, triturate vt prius, & coquite vt prius per 14. dies, & erit coloris cinerici, in quo continueate per decem, aut nouem dies, deinde iterum triturate vt supra, & augete ignem cum pluribus lychini filis per octo dies, deinde per 4. alios dies magis augete, & medicina sit alba, vt nix, & tantum augete ignem, vsq; dum ad hanc albedinē deueniat, quem videte si super ignitam æris laminā fluat vt cera, quod si non, ignem continueate, quod si facta fuit medicina ex mercurio solis detur tantus ignis, vt materia rubicundissima eueniat, quo facto, sumite vas, & ponite in balneo mariæ vsq; dum ibi conuertatur in argentum viuum, de quo sumite vnciam vnā auri, vel argenti foliati, vt fuit prima materia, vnciam vnā, & mercurius conuertet etiam hoc in mercurium, quos coquite in stupha, aut atthanor per dies triginta, & medicina erit perfecta, cuius vna super mille mercurij vulgaris, aut alterius corporis, & illud conuertet in aurum, aut argentum, vt fuit semen suum. Et sic medicinam multiplicare poteris in infinitum, sumendo semper ex facta medicina secunda, & reponendo per dies 50. in atthanor, & coquendo vnā vnciam ipsius medicinæ, tum vna vncia auri, aut argenti, & deuorabit illud, ac conuertet in argentum viuum prius in balneo, deindē in illis 50. diebus fixatur in medicinam, de qua fixata potes facere vt supra, & proijce vt supra; ignis pro medicina ad album sufficit si sit quinq; filorum, ad rubeum, debet esse decem filorū. Alias operationes lege in toto hoc tractatu disper-

dispersas. Et quidem qui Philosophorum omnium dicta penetravit, fatebitur non sophisticis lugubrationibus, sed realibus processisse modis, hæc namq; omnia, quæ in toto hoc secundo libro posuimus, partim manuali experientia comprobauimus, partim à Sapientissimo, ac Nobilissimo viro in hac arte fatigato habui, partim ex vetusto meo magno exemplari carè habito collegi, prudentum adhibeo, ac expono Philosophorum ingenio iudicanda omnia. Circa ignem gubernate vos vestra sapientia, Philosophis namq; non indoctis mea expando secreta, & forsan nimis clare locutus sum circa artem transmutatoriam. De qua Philosophi omnes enigmaticè semper sunt locuti.

CAPVT SEXTVM.

De Ære.

ÆS naturæ potius calidæ, & siccæ est in 3. porosum, misti coloris, in pondere maximè ad Lunam accedens, maximè quidem impurum, semper viride foras euomitans, ratione cuius maximè nocuum, eius mineræ frequentes sunt, ad aurum potius quam ad argentum accedens quoad receptionem tinturæ.

Æris natura.

Purgatur optimè æs, si benè ignitum extinguatur in aceto, aut vrina, in quibus solutum sit sal commune, & aliquantulum salis tartari, & salis nitri, postea super ipsum fustum proijciatur frumentum putrefactum in fimo, quia hoc trahit superfluam æris sulphureitatem. Aliter recipe veneris quantumuis, misce cum sale communi, & tartaro ana, fac stratum S. S. in olla terrea, & da ei ignem per quatuor dies in fornace, & calcineretur, quæ sunt in vase, quæ solue cum aqua calida, & in fundo manebit venus calcinata, super illam pone acetum stillatum, & bullias, vt coloretur, & exeat rubedo, quod sæpius repete, vsq; dum non amplius coloretur, & loco aceti poteris ponere lixiuium factum ex cineribus quercinis; deinde iterum misce cum sale crepitato, & aluminè plumæ, (si habes) & cimenta, & extrahe falsedinem cum aqua, iterumq; aceto ebullias, vsq; dum Veneris pulvis albus sit, totum enim magisterium in æris transmutatione consistit in extrahenda rubedine, seu viride æris, vnde dixit Albertus, æs dempta rubedine argentum est, & quo plus

Purgatio æris.

repetis cimentationes, & ebullitiones eo perfectius euadit opus.

Hunc puluerem postea funde cum borace, aut sapone molli, & super ipsum fufum proijce paulatim vnam ex sequēribus medicinis. Recipe argenti viui vncias quatuor, quod per quatuor horas ebulliat in aceto forti, in quo solutum sit sal commune album, postea per coirum transeat mundum, & amalgama cum vncijs 4. argenti foliati, dum mercurius est calidus in crucibulo, hanc amalgamam proijce in aqua frigida, & laua vsq; dū non coloretur aqua, sed exeat munda, hanc amalgamam pone postea in retorta cum vncijs 4. olei sulphuris rectificati, & distilla quater, semper mutando oleum, puluerem deindē qui in fundo remanet albus, misce cum ana salis armoniaci triti, & sublima septies simul, miscendo qualibet vice sublimatum cum fæcibus, vltima vice pone totum super marmorem in loco humido, & resoluetur in aquam, quam in vase vitreo diligenter serua, & congela igne lento, iterum solue, & congela, vt super laminam ignitam æris fluat vt cera, de qua materia proijce partem vnam super 12. prædicti æris purgati, & erit ad omnem perfectionem argenti, & ex vna libra remanebunt in coppella vnciæ tres.

Aliter breuius & argenti calcinati vnciam vnam, mercurij sublimati bis, vncias duas cum dimidio, arsenici perfectē sublimati vnciam vnam misce, & sublima prius simul, fæces deindē misce cum sublimato, & vncias cum vncijs 4. salis armoniaci præparati, aut salis gemmæ, aut alchali fixorum, & sublima toties vsq; dum omnia maneant in fundo semper miscendo fæces cum sublimato, soluantur deindē in humido, & congelentur pluries lente, & fiat proiectio super 12. æris purgati vt supra, & teneas fufum in igne per mediam horam ad minus; & quidem inter alias operationes nullam vnquam experti sumus meliorem istis, præscindendo à magnis medicinis, sed tota diligentia ponenda est in purgatione æris, namque tunc & persistet in igne, & etiam in pumice, credite mihi innumera-biles experti sumus medicinas ad album, quas hic possem adducere, sed omnes sunt meræ sophisticationes inutiles, quotiescumque enim spiritus intrantes albificantes non sunt fixi, vt persistāt in igne, numquam aliquid boni conficere poteris, proindē nullam in hoc libro pono medicinam vtilem, nisi prius fixando illas. Nec alia est melior purgatio æris præter hanc à me assignatam.

Arsenicum fixum, sicut & mercurius sublimatus fixus venerem purgatam optimè transmutant. Aliam addo optimam operationem. R. sublimatum mercurij, puluerem corticum ouorum calcinatorum, sal armoniacum sublimatum, & purgatum ana lib. i. misceantur per minima, & sublimentur toties, donec omnia maneant in fundo, pone postea in loco humido super marmorem, & soluentur citò in aquam claram, hanc vase aperto lentè in cineribus calidis congela, iterum solue, & congela, & hoc quo pluries reiterabis eò opus perfectius, hæc enim erit aqua soluens, congelans, & fixans omnia cum ipsa incerata; cum hac aqua incera igne lento cum libra vna ipsius, libram vnam arsenici perfectè sublimati, & bis sublema simul, deindè pone in humido ad soluendum, soluta congela, & hoc reitera pluries, vsq; dum fluat super ignitam laminam, proindè operationes sunt pluries reiterandæ, & tunc pars vna huius dealbat partes 8. æris purgati.

Elicitur etiam ex venere magna operatio tali modo, R. venerem, illam calcina, & dissolue cum aqua vitis rectificata, postea putrefiat per dies 8. in fimo, deindè per reiteratas distillationes apponendo semper nouam aquam vitis extrahatur anima ipsius, præparetur deindè terra relicta per longam calcinationem, vniatur deindè anima cum hoc corpore calcinato, & sublimetur, hoc sublimatum est sulphur philosophicum, quod inceretur cum oleo auri, apponendo singulis vicibus decimam secundam partem sui, toties vsq; dum fluat super ignitam laminam, de qua partem vnam proijce super 200. mercurij, aut veneris, & enitet solifica.

Alia. R. libras tres salis nitri fixati cum calce viua, & risagalli sublimati; aut arsenici libram vnam, misce benè, & pone in vase terreo optimè lutato, quod pone intra aliã ollam plenam calce viua, & ponatur per dies 8. in arca vitrariorum, vel in igne carbonum vndique cooperto, aut in furno figulorum; tunc extrahe materiam tuam, & dissoluatur in aqua pura dulci, & quod est insolutum imbibatur cum soluto vsq; dum totum soluator, postea congeletur, & iterū ponatur in supradicto vase vt supra, & coquatur, deindè soluator, & congeletur, & hoc fiat toties vsq; dum tota materia sit soluta, & benè coniunctum salnitrum cum risigallo, vel arsenico, tunc congeletur, & fundatur in igne, ne tamen fumet, quia in tali casu oportet ret reiterare operationes, de quo ad solem proiectum super

marmorem, dum fufum est puluerizatum pars vna conuerti i 5. æris benè purgati in veram lunam.

Præparatur ad rubeum sic, primū & æris lib. vnā, antimonij vnc. 4. & super ista ponatur lamina plumbi vnc. 3. exponatur igni calcinatorio per horas 24. & ponatur in cinericio, & bis cuppella, & remanebunt in fundo vnciæ duæ veneris fixæ, at si operaris cum venere purgata vt supra remanebunt 4. ad minus, & ista colorem habet Karatorum 16. vniatur cum auro, & detur illi medicina rubea expositis in hoc libro, & bonum habes. Fixatur venus, sicuti & luna si cimentetur subtiliter laminata cum alumine plumæ, aut cum materia ex qua fit vitrum, per horas 4. crucibulo aperto, & mixtis ingredientibus hoc fiat quater, sed caue ne calcinetur luna, aut venus, quod si calcinetur, duc in corpus, & iterum cimenta. Alia vide pro ære transmutando in cap. de salibus, & spiritibus.

C A P V T S E P T I M V M.

De Argento viuo.

ARgentum viuum communiter mercurius nuncupatus, quem ob suam velocitatem leporem appellauimus, secundum philosophos aqua quædam viscosa, frigida, & humida est, quia nil ipsa labilius. Est frigidum in 4. humidum in 3. album in 2. liquidum in 3. & ponderosum in 4. hoc per subterranea loca discurrens sulphur obuians cum ipso constringitur sulphur, & elementum concoctione fixatur in metalla alba, si sulphur quod obuiauit album erat, rubea, si rubeum, ac propterea Dominus, ac compositor metallorum dicitur, vnde originem ipsa trahunt, & per ipsa creantur; ex quibus meis dictis soluere poteris multa philosophorum intrigantia ænigmata. Secundum etiam qualitatem perfectam, vel imperfectam obuiantium generatur perfectum, vel imperfectum metallum complebile, aut incomplebile; propterea conuertitur in naturam omnium rerū, cum corruptibilibus ergo fit corruptibile, cum fixis fixum, ipso perficiuntur arte corpora imperfecta, tam ad albedinem, quam ad rube dinem, mortificatum melius operatur, quam viuū, solutum melius, & dum fixum est multiplicat in infinitum, & qui illud coagulare, indurare, & in aquam conuertere, aut ex ipso elixir componere scit, fælix

Natura argenti viui.

felix pro semper habendus est, quia coagulatum coagulat, fixum fixat, molle mollicat, tinctum tingit. Cognoscitur bonitas argenti viui, si positum in cocleari argenteo super ignem relinquit (dum auolat) colorem nigrum, non est bonum, quia partes ferri, aut aeris continet, si subniger, aut citrinus, nec etiam, quia plumbum, aut stannum continet, si albedinem maiorem ea, quae erat in cocleari, relinquit, bonum est, quia tendit ad argenti perfectionem, & si citrinum melius, quia tendit, & finitur ad aurum; optimum est quod ex Hispania venit, aut ab Oriente.

Purgatur autem varijs modis, lauatur, ac sublimatur, primo sic, fac illud ebullire per unum diem in oleo communi, secunda die in capitello facto ex calce viua, & cineribus quercus; tertia autem die in aceto, in quo sit solutum sal armoniacum, postea sublima ipsum mortificatum aceto, vitriolo, & sale &c. Aliter, recipe mercurij lauati, ut supra dictum est, libram unam, & congela ipsum cum odore saturni, aut alterius metalli, & separa cum elambicco humiditatem suam, postea recipe libras duas vitrioli, salis communis preparati vnc. 4. misceantur cum mercurio, & mortificentur cum aceto miscendo, & torrendo, & sublima, vltima vice sublimetur cum alumine iameni bis, aut ter semper mutando alumen, & erit clara, & pretiosum, quod si ipsum in vase obturaueris cum oleo pendadati, usque dum congeletur tanquam speculum, & currat super laminam ignitam absque fumo tinget venerem purgatam tinctura firma, & laudabili, aut si inceretur cum aqua plumbi, stanni, aut argenti, & currat sine fumo super laminam, aes purgatum in argentum mutabit, quod dixit S. Thomas in suo florido.

Plures
re purga-
tiones ar-
genti viui.

Aliter recipe libram unam mercurij bene lauati, vitrioli, salis communis separati ana libram unam, pista subtiliter, & paulatim mortifica aceto usque dum moriatur in ipsis, postea exsicca Sole, aut lento igne, & iterum pista, & imbebe cum aceto, & fac ut supra, & hoc fiat ter, postea sublimatum pista, & vnias cum libra vna salis nitri, & altera vitrioli, & sublima, iterum adde novos pulueres sublima, & quater facies, & habebis ipsum album crystallinum in fundo, quod mundè serua, & niger est, at quoniam mercurium sublimatum iam pro eodem pretio habes apud omnes, frustra in hoc prolongare existimo; totum magisterium in metallica aqua consistit ipsa fixanda, tam ut in corpus reducatur, quam etiam ut fixetur pro medi-

Fixationes
argenti viui.

nis ad album, & ad rubeum. Quomodo autem fixetur in corpus varijs in locis varijs assignantur modi nimis clari in toto hoc opere dispersi, at semper artifex præ oculis habeat frustra laborare circa huius famuli perfectam retentionem in igne persistentem, nisi fixas adhibeat medicinas, fixum enim fixat, vel si antiparistasi naturæ artificiosè sciet vnire, ipsum cum sicco vniat, addito vntuoso vinculo, quod se habet tamquam vnio, & certè fixabitur. Mirum sanè quod vidi ego olim casu, cum parum essem versatus in hac arte mercurium succo mentastri sola agitatione intrà cannulum arundineum per horam absq; igne in cinerem reduxi non currentem, postea miscui cum seminibus lini, & vitro pisto in crucibulo aperto ore, & dedi ignem, & mercurius se retraxit instar id, quod nos vocamus (cannotiglia) ita quod ab igne non auolaret, de quo parum practicus non curavi nihili illud æstimans, at si hac experientia magna ex parte illuminati applicarent debita proportionata medicamenta nō dubiū ipsum morte iucundissima moriturū. Speculare hic lector &c.

Alium habeo modum fixandi, & tingendi mercurium pro tinetura ad lunam. R. sulphuris viui, salis armoniaci, & calcis viuæ partes æquales, ponantur in boccia colli longi, & apponatur alia controboccia, & detur in principio lentus ignis, & exiet oleum coloris auri, auge magis ignem, & exiet rubeum rubore maximo potentissimum, ita quod debeat artifex vigilans esse, quia fortitudine sua frāget vas, & benè obturetur, quia auolabit facilè, hoc oleum pone super vitriolum rubificatum, & permitte manere in fimo per tres dies, postea distilla, & exiet cum ipso oleum vitrioli mixtum, postea in dicto oleo pone mercurium, & redistilla pluries oleum super ipsum mercurium, vsq; dum rubescat, & euadat fixæ naturæ, ex hoc mercurio ponatur pars vna super plures lunæ preparatæ illam colorat, ac tingit manente eadem medicina, imò si dictus mercurius super aurū fufum ponatur in corpus ducetur, & multiplicabitur aurū, quod si cum ipso mercurio misceatur auri soluti in aqua forti, parua quantitas, & distilletur aqua pluries super ipsum, perfectū est opus.

Congelatio ipsius mercurij. R. sulphur, & sal alcali ana impasta cum aqua tartarizata, quæ sit spissa vt salsa, verte sæpè cum baculo, aquam ex istis decanta, & in ipsa coque mercurium fortiter, & congelabitur.

Rubificatur aliter hoc modo, rubificetur prius optimè cum ferro

sal armoniacum toties super faeces rubeas ferri toties resublimando, vt fiat rubicundum, & fixum soluatur in fimo per decem dies, & conuertetur in aquam rubicundam, quam lento igne congela. & postea partes duas salis armoniaci sublimati, & rubificati, & partes quatuor mercurij, & sublimentur toties simul, vsq; dum tota materia eueniat rubicundissima vt sanguis, fixa in fundo vasis, ponatur deinde sub fimo per dies aliquot, & dissoluatur, ibi in aquam congeletur, iterum soluatur, & congeletur, & fiat toties vt super laminam ignitam currat sine fumo, de qua pars vna super aurum album fufum, aut minorem quantitatem argenti praeparati, & cimentati colorat aurificè permanenter &c. & hae aequidem fixationes paucis sunt manifestae.

Rubificatio
argenti vi.
ui.

Aliter rubificatur aqua forti in ipsa dissoluendo mercurium, postea calore separando aquam &c.

Aliter & flammæ, & mercurij purgati ana lib. 1. mercurij sublimati primo modo, misce, & ponantur in vase vitreo cum fundo plano, & circumponantur carbonem accensi paulatim, adducendo, seu appropinquando ad vas, & mercurius eleuabitur super faeces, collige, & faeces proijce, qui si ponatur super lapidem in loco humido soluetur in aquam rubicundam, quae lento igne congeletur, & ipsa conuertet aurum album in rubeum.

Fixatur mercurius ad album, si super ipsum proijciatur alumen plumæ fixatum, vt fixatur sal armoniacum simul cum arsenico fixo modo infra ponendo, & alijs etiam medicinis in hoc opere dispersis, praecipue lege capitula de vitro, & sale, & talcho, quia in his multas inuenies medicinas fixantes. Nec putes cum quibusdam fumicatis, qui diu circa mercurium laborantes, illud retinere non potuerunt, propterea mercurium esse infixabilem, quod hisce oculis vidi, error esse non potest; vidi enim ego in Domu Illustris. cuiusdam Domini mercurium fixatum album coloris aliquantulum plumbini in cuppella persistens, & ipse me praesente positus fuit aqua in forti, & cecidit in arenam nigram, quam in lapide sydio comprobauimus, & erat melior quam de zecchino, hic ita fixabat, ponebat arsenici partem vnam, tartari crudi partem vnam, auripigmenti partem mediam, boracis vnciam mediam, mercurij lauati vncias duas in olla optime clausa desuper ne spiret, & apponebat prius lentum ignem paulatim augendo ignem, & ad mouens ollae carbonem, ibiq; per horam per-

ma.

manebat vltimò magnum dando ignem, & mercurium in puluerem fixum circà fæces, & intra manebat, quem fundebat, & cupellabat, & omni examine comprobabatur, & in aurum mutabatur, aqua forti vt dixi &c.

Alia mercurij fixatio, quæ est elixir ad aurum. & vitricli ciperini, aut calcadis separati vt infra, pulueriza subtiliter super marmorè imbibendo, & exsiccando cum aqua salis armoniaci præparati distillata, & hoc fiet toties imbibendo, & exsiccando vt bibat pondus sibi æquale, tunc materiam in paruo vase rotundi ventris obturato pone in ventre æquino per quindecim dies, singulis quinq; diebus mutando illum, extrahe ex ventre materiam, super vas ponatur cappellum cum recipiente, & distilletur aqua iuncturis benè clausis igne lento vt tota aqua exeat, postea augeatur ignis vt sublimetur materia post sublimatam sursum materiam, hoc est spiritum, da ignem fortem vt rubificetur atramentum, postea rumpe vas, & misce sublimatum cum fæcibus, & da ei bibere totam suam aquam exsiccando, & puluerizando, postea iterum in elambicco modo quo supra distilletur aqua, deindè sublimetur, & rubefiat, & fiat vt supra, iterum addendo aquam, sublimando, calcinando fæces, & sublimatum miscendo subtiliter cum fæcibus, & hoc fiat toties donec nil amplius sublimet, & nil aquæ distillet, sed omnia maneant in fundo fixa, & rubea, tunc materia ita subtus manente in fundo benè obturata ampulla ponatur sub terra humida per quindecim dies, & vertetur in aquam rubicundissimam instar sanguinis, cum hac aqua imbibe tantundem sui ex mercurio optimè sublimato, (melius est si mercurius sit rubificatus) & pone iterum per 15. dies in fimo, & totum conuertetur in aquam rubicundam, clarificetur filtro, & congeletur lentè in cineribus, & congelabitur in lapillos, quorum pars vna supra multum mercurium conuertit illud in medicinam, cuius pars vna multum mercurium fixat ad solem. Hoc arcanum in vanum probauit amicus quidam, quia completum non habuit totum hoc secretum, vt hic pono nunc ego.

Vsus medicus est pro exsiccandis humoribus, & præcipitatum album, ac dulce dandū per os. Ipsum extinctum pluries in aqua comuni, si de ea aqua, dempto mercurio, detur patienti ob vermes, curabitur.

CAPVT OCTAVVM.

De Argento.

Argentum quod latinè dicitur luna, est frigidum, humidum, porosum, album, fixum, & ponderosum, frigidū in 3. album in 4. ponderosum in 2. humidum in 3. &c. Probat̃ur argentum in igne per cineritium cum plumbo 3. aut 4. cupellando, vsq; dum non amplius minuatur per cineritium in sua substantia, sed perseveret in igne, quod postea in nouo crucibulo fundatur, vt exeat odor plumbi, luna diuersimodè calcinatur pro operationibus. Primò R. mercurij perfecte sublimati vncias duas, risigalli sublimati vnciam vnā, misceantur subtiliter, & cum his pulueribus cimentetur luna in laminas tepues incisa in vase vitreo ad modum cucurbitæ sigillati benè luto mineralitatis, ibiq; per tres dies tantum leuis addatur ignis, vt spiritus non ascendant, & aperto vase inuenies materiam calcinatam frangibilem.

Aliter secundo, pone in crucibulo laminas subtiles lunæ, vt sit pars vna mercurij purgati aceto, & sale, deinde imple oleo crucibulum, & ebullias in dicto oleo, semper vertendū cum ligno, & amalgamabitur, lauetur hæc, & exsicceetur, & vniatur cum duplo ipforum puluerum ex sale armoniaco, sublimetur, ascendet spiritus, & luna in fundo calcinata manebit, dissoluatur ipsa, deinde in quatuor partibus aquæ fortis abstractæ ex salnitro, & vitriolo romano, euapora postea aquam in cineribus vsq; ad medietatem, pone postea istam materiam in aqua salis communis in ipsa soluti, & euadet alba vt lac, & materia descendet in fundam, quā laua aqua dulci stillata, & exsiccata, pista, & iterum solue, & exsicca aqua dulci stillata, & hoc fit pluries, quia calcinabitur, & soluetur, quam serua pro tuis operationibus.

Ordinariè, & communiter soluant ipsam in aqua forti, vt sit duplum, aut triplum sui, postea euaporare faciunt aquam, & lauant aqua, & sic calcinata est luna.

Aliter R. mercutium benè lotum, & solue in quatuor partibus aquæ stillatæ, & sale nitro, alumine, roccæ, & sanguine draconis, hoc est vitriolo, separa postea aquam, & rubificabitur mercurius, sol-

ue ita ter, tertia vice tene in aqua R. partem vnam argenti modo mox praecedenti posito soluto etiam in aqua forti, & mercurij illius partes tres, misceantur aquae istae, & cum illis ponantur partes octo vitri facti ex plumbo, modo quo supra, separetur postea aqua, & vigoretur ignis, quia permanebit materia fixa, & inseparabiliter coniuncta, puluerizetur materia, & iterum solvatur in quatuor partibus aquae fortis praedictae, euaporetur postea aqua viq; ad medietatem, & relinquantur in loco frigido, & habebis lapillos fusibiles lumine candelae, quos serua pro operationibus.

Infinitae æquidem operationes possunt ex luna elici, tam reales, quam sophisticæ. Primo R. lunam quamcumque, calcina ipsam modo, dissolvatur postea cum aqua vitis rectificata, & acuita dum rebus simplicibus, ponatur pro hoc in fimo, aut balneo mariae, postea per reiteratas distillationes apponendo novam aquam vitis coquendam in balneo sex horis, postea ex vbera, seu extrahe animam ipsius seruando semper aquam distillatam continuentem animam, dum autem tertia sicca est da bibere aquam sitienti, te regendo in practica simili de plumbo, & dum aquam ebiberit, & sicca erit terra, facies exhalare humiditatem quandam, quæ gustu pontica est, vt aqua salsa putei quibus completis perfisset inuariata terra in vno tantum colore, & fiet volatilis, & spiritalis, ita quod posita super laminam aeris ignitam maior pars auolet in fumum, postea sublimetur ter igne forti, & ad latera vasis habetur sulphur, relinquens in fundo terram nigram, quam philosophi spreuerunt, & extractam fuit semen, sine quo nullum metallum posset in fructificationem alterari, hoc facto extrahe vaciam vnam mercurij vegetabilis extracti ex aqua vitis quibus optimè in mortario vitreo contritis, & mixtis misceatur cum sex partibus supra dictae aquae vitis facta modo philosophis verè chymicis noto, & in vase circulatorio coque, & vtere illa &c.

Argenti mercurius, eo sanè modo extrahitur, quo mercurius aurum, postquam enim, siue aurum, siue argentum calcinata fuerint, saepius repetendo aquam supra calcinatum corpus vt melius soluantur, cum aqua vitis bene rectificata solvatur, vt sit subtilissimum, deinde imbibatur cum oleo tartari fixo, & ad solem exsicceetur, & hoc toties vsque dum bibat duplum sui ex dicto oleo, deinde reponatur in fimo calido, & soluetur in mercurium. Hanc imbibitionem seruare debent semper cum solutione in loco humido, aut fimo, & postea cum

cum sua congelatione, qui bonas elicere capit medicinas transmutatorias, siue ex corporibus metallicis, siue ex spiritibus sint composita, namq; corpus per solutiones faciendum est spiritus, & spiritus corpus, & qui soluere, congelare, & fixare nescit, nil boni sperare debet ex expensis, ac labore. Insudant ferè omnes philosophi in tingenda luna ad rubeum, innumerabiles sanè vidi pro hoc applicari medicinas, sed in vanum. Sciant primò, & principaliter artista, quod nunquam optimam dabimus argento tinturam, nisi prius ad pondus auri illam reduxerimus, commune namque est dictum, quod ubi pondus est, ibi est, & tintura, multas igitur veras, ac reales figuras habes in hoc libro in tractatu de spiritibus, de auro, & alibi si leges, spiritus namq; rubeus fixus fixat, ac simul tingit, rubifica, & fixa mercurium in medicinam, vel sulphur, aut arsenicum rubeum, & nil amplius desideres. Fixatur per reiteratas calcinationes, & fusiones, & cimentationes cum salibus fixis, quæ infra tradam, vel cum alumine plumæ.

Aliam do tibi inter omnes meliorem, R. antimonium, & funde in crucibulo, & proijce in aceto forti stillato, & sic fac 12. vicibus, aut plus, hoc facto extingue in ipso laminas ferri subtilissimas, vt carta, saltem per 12. vices, vsq; dum fiant albæ vt argentum, & dulces vt plumbum, postea R. vnciam mediam auri, vncias 2. æris, vncias tres ferri, lunæ vnciam vnam, funde ista simul, & fac ex ipsis laminam, & subtiliter extende, & madefac ex vtraq; parte cum aceto, in quo sit solutum sal armoniacum, & sal, & calx viua, postea pone laminam super vas suspensam in loco humido, & euadet post dies duos diuersi coloris, quam abraide, & serua abrasam illam materiam, iterum vnge, pone in humido, abraide, & serua, & hoc fac toties, vsq; dum tota in florem abrasendum conuertatur, postea materiam istam pone in boccia, & sublima per 8. horas, iterum R. sublimatum, & misce cum facibus, & sublima septies, postea R. de sale armoniaco sublimato cum sale præparato, & de sale armoniaco non sublimato ana, & misce cum vitriolo rubificato ana, & sublima, iterum misce cum nouo vitriolo rubificato, & fac vt supra, & hoc fiat ter, vt rubificetur optimè, vel rubificato illi, vno ex modis infra tradendis, huius R. ana cum materia supradicta abrafa, & sublimate misce benè simul, & sublima toties, vsq; dum materia remanet in fundo fixa vt cera, solue illam in humido, & cōgela, de qua vnciam

vnam super 3. argenti calcinati pius cum sale, & bene preparati tinget in verum aurum.

Alia operatio. R. vitrioli vngari, & antimonij ana partem vnā, salis armoniaci 2. limaturæ ferri 3. partes, pone simul trita in vrinā cum sua cappa, & recipiente non lutatis, pone in cineribus augendo paulatim ignem, & ascendet per elambiccum quædam aqua, faeces quæ remanent tritura super ferreū vas in igne, & superpone acetum stillatum, & fac ebullire, miscendo semper materialia cum spatula lignea, postea decanta acetum, aut loco aceti pone aquam, postea filtra, & quod in euaporatione postea remanet, serua dictum sal, misc cum mercurio sublimato rubificato ana, pone ad humidum, vt totum soluat in oleum, R. deinde huius olei partes tres, lunæ finæ partem vnā, quam misce cum dimidio auri, & reduci in laminas tenues, & ponantur in dicto oleo, quibus detur calor lucernæ lentus per dies 15. euaporetur deinde oleum, & reduc in corpus s. a.

Alia fixatio, sumas cinaberim in magnitudinem auellandarum concisum, & liga ipsum intra bursam linei panni rari intra vas plenum lixiuū fortissimū, quo præparantur oleæ, & bulliat in ipso per 6. horas, exsicca deinde ipsum ad solem, cum ipsis fac postea S. S. intra vas vitreum, cum argento limato, claude vas altero superposito, & da ei ignem lucernæ per 20. dies, & erit cinaberis dulcis, vt plumbum, quod si ita non sit continua ignem vsq; ad hoc signum, limaturam argenti ducere debes in corpus, miscendo illam cum sale litæ gyrii aurei extracto cum aceto (quod facile fit bulliendo ipsum in aceto, filtrando, & congelando, & congelatum est sal) aliter sine hac sale non ducitur, ita facile in corpus, & perderetur argentum, ipsum autem fixum cinaberimproba in cinericio, & da ei tincturā, vel in aqua forti cadet in paliunculas &c.

CAPVT NONVM.

De Salibus.

Pro intelligentia capitis propositi sciendum salis nomine aliud nos non intelligere, nisi aquam optimè cum fixo terreo congelatam, quæ quantumvis igne, aut aqua, alioq; contrario sollicitetur,

etur, nunquam eius natura destruetur; soluetur quidem, & cremabitur, at nihil substantiæ suæ deperdetur, nisi tantum humiditas quædam superflua. Mirabiles salis effectus, eiusque necessitatem, tam in Chymicis, quam alijs vñibus experimur in dies, cum sine ipso iucunda, ac indelectabilia sentiantur. Salia communiter ponuntur naturæ calidæ, & siccæ; ipsarum multæ sunt species, vt sunt sal gemma, alkali, salnitrum, sal calcis viuæ &c. Generalis autem separatio puriorum partium salis ab impuris sic fit, puluerizetur subtiliter, & dissoluatur in aqua dulci ebulliente, permittite postea ipsum quiescere, deinde filtro distilla, & congela igne lento, & hoc fiat toties donec album, ac purum, & ab omni impuritate separatum euadat. Ipsa autem salia sic separata taliter fixantur, R. ipsorum partem vnā, calcis viuæ partem alterā misce, & impasta cum aqua clara fontis, & permittite ita esse per duos dies in olla, euapora aquam, deinde clausa olla pone super carbones ardentes in furno calcinationis, aut in furno vbi ollæ coquuntur, & permittite ibi per sex horas, aut plus esse vt placet, quia quo plus, eo melius, postea separa sal à calce cum aqua stillata comuni, & filtra, & congela, iterum misce cum calce viua recentē, coque, & aqua extrahe, & fac vt supra, & hoc toties reitera, vsque dum fundatur super carbones ardentes, & non fumet, vltimo dum ita præparatum fuerit in vase vitreato posito da ignem fortem, & fac vt fundatur sicut oleum, & permittite sic fustum permanere per horam super ignem, postea refrigeratum pone super marmorem in humido, vt soluatur in aquam, quam pone in ampulla vitrea, & loca ipsam super ignē, dum vides aquā sursum assurgere, ligno fac deorsum descēdere, & dum fustum erit permittite sic stare in igne, & erit fixū, quod igne dissoluetur, hæc spiritus retinent cū mercurio posita, cū mercurius in igne calefit, ipsū sal funditur, & ingreditur intra ipsum, & congelabit illum, his salibus alios spiritus sublimatos miscendo toties, vt currant sicut cera super laminam ignitam, & ipsis ita optimè fixatis, siue rubeis, siue albis ad album, vel ad rubeum perfectè transmutamus, ac propterea circa hoc sal maxime insistendum.

Sal Gemma ponitur naturæ calidæ, in 1. humidum, in 3. purgatur, & fixatur vt sal commune modo supra dicto, est clarum, & transparens tamquā cristallum non porosum, & habet dare maius pondus metallis non habentibus, & fixationem.

Sal nitrum est calidum, & siccum, album, porosum, habet eleuare pondus, est calidum in 1. porosum in 4. ipso facilius spiritus fixantur vt infra docebo. Fixetur eodem planè modo, quo sal commune, aliaque salia fixantur. Salis nitri effectus mirabiles in omni arte, ex ipso præcipuè extrahitur aqua fortis, cum reliquis alijs coniunctum se solo difficillimè, nisi iungatur cum lateribus pistis, aut acena, & recipiens debet esse magnum, quia spiritus nimis actensi exeunt, & magnæ sunt efficaciæ in solutione metallorum. Oleum salis nitri sic fit, R. salnitrum purgatum ipsum solve in aqua, & filtra pluries, vt sit naturæ albissimæ, postea illud solve in triplo aquæ vitis semel tantum rectificatæ, & fac ita permanere per dies aliquot, pone ipsum cum soluto sale nitro in elambicco ad stillandum iuncturis benè clausis, primò enim exiet aqua vitis, deindè muta recipiens, & auge aliquantulum ignem, & exiet oleum, tam desideratum à philosophis, & crede mihi inter philosophos præcipuum locum obtinere vulgare nitrum, dummodò tamen ad perfectionem reducat, pro quo traditur modus in capitulo de auro in magna illa medicina facta ex nitro soluto in aqua vitis, & auro, quam operationem incepit amicus quidam, at non compleuit propter rationes ibi adductas. Experimentum aliud de sal nitro sumas salnitrum, & sal alkali, optimè aqua prius purgata, & cum calce fixata in igne, ipsa postea igne funde lentè, & congela, postea tritura ipsam in marmore, & partes duas istorum misce cum partibus mercurij sublimati, & parte vna arsenici albi sublimati, & si adderes partem quartam argenti foliati, aut calcinati melius esset, licet non sit necessarium, benè triturando super marmorem, vt nihil ipsorum discernatur, ponantur postea super marmorem in loco humido vt soluantur, soluta coque lentè super cineres, vt congelentur, congelata iterum soluantur, & congelentur, & hoc fac toties, vt posita super laminam ignitam non fument, sed vt cera currant, huius pars vna supra sex, & plures æris benè purgati dealbât albedine maxima, & perfecta, quia per hanc spiritus albus fixus, qui illi deficiebat, & crede quod non est similis medicina inter alias pro dealbando ære, congelando mercurio, imò si scient operari pro fixando quoq; ipso si pluries reiterentur solutiones ipsorum in humido, & congelationes lento igne.

Sal alkali in maiori æstimatione alijs salibus, est calidum, & siccum, ponderosum, & porosum in 4. miscetur facilius cum alijs rebus

rebus vegetabilibus, scilicet plantis extractū ex herba quadā præcipuè, quam lycienses vulgariter nominant (salestia di mare) & ex alijs fit etiam. Hoc sal commendarunt maximè philosophi, præcipuè antiqui, cum sit naturæ nimis fixæ, quod præparatum spiritus volatiles retinet, & huic animum apponendum dixit, utq; alijs sal istud absconditum esset, nominibus varijs illud vocauere philosophi, dicitur enim sal amarū, lapis eslabon, cridica, beida, cempidica, anima vegetabilis, lapis vt riusq; sexus, anima crescens, virgo, dicitur etiam ab alijs alkali, leo viridis, leo fortis, dicitur etiam anaton, aslabar, aqua spuma vitri, aliaque nomina, quæ in tabula nominum metallorum, & mediorum metallorum notata habentur simul, eius vis talis est, vt metallorum limaturam forti igne dissoluat, & ex corporali ipsam spiritualem reddat, albedinem albis augens, rubeis verò rube dinem, de hoc etiam sale loquutus fuit Hermes cum filio suo, ex ipso oritur sal armoniacum sapientum, dum præparatur; Item oleum maximum philosophicum igni repugnans, quod est spirituum retentaculum, quod ego obiter insinuauit in principio operis metheorologiae naturalis, & modus traditus, & illud conficiendi.

Præparatu autem, & purgatu ipsum eodem modo planè, quo sal commune, & ita purgatum, ac fixatum alia omnia salia excedit, quia maior virtus est in salibus vegetabilium. scilicet plantarum, & animalium vt est vrina, sal sanguinis, capillorum &c. quam in salibus mineralibus, quod idem insinuauit in suo florido S. Thomas, longè magis hæc quam mineralia salia commendans, cuius ratio est quia in salibus mineralibus adest tantum virtus mineralis; in vegetabilibus, & vegetabilis, & mineralis, in animalibus autem triplex, scilicet vegetabilis, animalis, & sensibilis &c. ipsum fixum spiritus mirificè retinet, cum ipso misceantur, & sublimentur miscendo, semper sublimatum cum facibus.

Sal calcis viuæ est naturæ maximè fixatiuæ non porosum habens eleuare in pondere, calidum cum humido temperato, modus habendi ipsum est communis cum alijs salibus, & effectibus maximi in fixando spiritus, & reiterata solutione in humido, & congelatione optimè fixatur.

Sal commune, quod sal panis dicitur est calidum, & siccum, in transmutando non multum philosophis carum, in alijs autem vñibus vtilissimum, præseruat ipsam præcipue super omnia salia à corruptione.

ruptione. Vidi cum ipso experimentum, Erat quædam mulier à repentino morbo oppressa, ita quod loqui non valeret, sed ita semimortua sine loquela manebat, & sale palatu oris illius intus confricatos, statim & spiritum incepit recuperare, & moveri, ac loqui. Ex sale communi spiritus extrahitur, maximè commendatus tali modo per distillationem lentè prius incedens, posito solo sale crepitrato prius in elambicco, incipit exire flemma, quam proijce, postea vigorato igne exit spiritus sumendus in parua quantitate cum vino, aut brodo contra febres putridas, & pestiferas, & si petia ipso madefacta ponatur supra dolorem guttæ euacuat dolorem.

Sal corticum ouorum, & sal tartari habent maximè dealbare, & fixare spiritus cum ipsis coniunctos. Extrahuntur autem communiter salia ex quacunq; re, siue vegetabili, siue sensibili, seu animali, siue minerali hoc modo; calcinentur prius corpora, ac comburantur, vel si puluerulenta sunt optimè triturentur, & super ipsorum pulveres ponatur aqua, acetum, aut aqua vitis iuxta maiorem vniorem rei puluerizatae te moderando, & sole, aut igne permittit manere per aliquod tempus vsq; dum possit sal separari, si autem videris ipsum ascendere sursum, ut sæpè accipit in corticibus ouorum calcinatorum, collige, vel filtro distilla aquam, quam euapora, & habebis in fundo sal, hoc eodem modo habebis sal talci, si calcinato talco superponas acetum stillatum, aut aquam vitis rectificatam optimè, & postea filters, & congeles, & si sæpè reiteras solutiones istas, & congelationes, & postea soluas in humido super marmorem, quod fiet facilè breui tempore habitis prius illis solutionibus cum aceto, aut aqua, solutum super marmorem illud congela, & pluries soluas, & congeles, ut sit facilis solutionis, tunc non solum pro dealbando, ac conservando vultu, ac vita optimam est pauca quantitate benè lotam faciem, aut carnem vngendo, ut Illustriss. quamdam Dominam meam hoc experiri feci, verum etiam pro arte chymica ad retinendos spiritus efficacissimum est. Item pro perlis maximè prærequisitum, & crede mihi hunc esse modum faciliorem habendi dictum oleum, & sal, dixi oleum, quia sal pluries solutum, & congelatum in oleum convertitur: Eodem etiam modo habebis oleum, seu sal omnium metallorum, & hæc est via certior, & facilior, ut exeat sal purum solius metalli, quod ut dixi in oleum postea convertitur; ita habetur oleum litargyri,

gyri, seu sal, quod si fixetur, vtilissimum erit &c.

Ex tartaro autem extrahitur spiritus quidam (quem nos tartari cremorem appellamus) tali modo. Pistatur grossiter tartarū, & ponitur in tertia parte sui aquae communis, & ponitur ad coquendum in igne, vsque dum tertia pars aquae euaporet in igne, ablata ab igne permittitur per horam residere materiam, postea aqua decantatur, & ponitur in alio vase ibi per diem, & noctem relinquitur in frigido loco, & videbis circa ora vasis ipsum tartari spiritum, seu cremorem ascendisse. Iterum aqua solue hunc cremorem, & fac vt supra, & hoc fac toties vsque dum albus sit, quod fit reiteratis ebullitionibus, & congelationibus in loco frigido, hoc alueum soluis, & in medicina est vtilissimus sumptum cum brodo, aut vino.

De oleo tartari hic etiam effectus habetur, sume oleum commune, & laua quater, aut quinquies aqua calida, postea intra ipsum pone aliquantulum salis tartari, & lente ebullias, & fiet oleum eiusdem perfectionis, ac si esset oleum centum annorum, quia sal deorsum facit faeces, & terreas partes descendere.

C A P V T D E C I M V M.

De spiritibus, & primò de Sale Armoniaco.

Nomine spirituum intelligimus ea, quae in igne nunquam persistere habent, nisi prius fixentur, maximè circa hos spiritus laborandum, cum nullum perfectum elici possit opus sine spiritibus fixis, ipsi enim sunt vita, & semen, ac anima medicinarum, praecipuè incumbendum est circa purificationem, sublimationem, & fixationem spirituum, nisi enim volatile fiat fixum ad nihilum valet opus; egimus supra de mercurio, qui inter spiritus numeratur, videmus in praesenti de alijs spiritibus, inter quos nominatur sal armoniacum, arsenicum, realgar, auripigmentum, sulphur, tutia, alijque his similes lapides, de quibus sigillatim, & primo de sale armoniaco fit quaestio. Mirabile mirabilium armoniacum sal appellare audeo ob effectus ipsius, cum ipsum, & si spiritus, cum spiritu tamen sit fixans corpora, & spiritus, naturae amaræ est, nedum minerale, verum ex hominum, & animalium sanguine arido aqua extrahibile; si ipsum cum ana mercurij sublimati misceatur, & in humido relinqua-

tur soluentur in aquam, quæ congelata, & postea iterum soluta, & congelata, hoc pluries reiterando fient fixæ naturæ, & stannum purgatum in lunam conuertent. Ipsum est fundamentum totius artis trusmutatoriae, quia per ipsum ingressum reperiunt omnes medicinae, & fixantur.

Depuratur autem si ipsum tritum soluatur in aqua communi, & filtretur, postea congeletur, quæ operatio ter fiat, soluendo scilicet, & congelando.

Sublimatur autem pluribus modis misce ipse lib. 1. cum cerusæ vncijs 4. & ter sublima semper renouando qualibet vice feces. Aliter ipse depurati lib. 1. salis communis, & salis gemmæ ana vncias duas recipe, & aluminis iameni vnciam vnā, misce simul omnia, & coagula cum aceto distillato, postea sublima bis, aut ter, postea ipsum solue cum aceto distillato, & coagula &c. Aliter (licet non ita perfectè) operari poteris, si sublimes cum sale communi crepitato.


Rubificatur sic. ℞ lib. vnā limaturæ ferri, & lib. mediam salis armoniaci, & pistetur simul, postea misceantur cum aceto stillato in vase vitreo, vt superet tribus digitis, quæ relinque stare simul per duos dies, postea exsicca, & trita subtiliter, & sublima toties, donec rubescant, & maneat rubeum sicut sanguis, postea super vnā partem dictæ materiæ pone septem partes acetī stillati, & permitte stare simul per tres dies in humido, cōmouendo sæpè materiam, postea pone ipsam per decē dies in fimo, & materia dissoluetur, fac residere, & ipsam distilla filtro, & congela, & rubificabitur optimè, quod aurum album rubificat perfectione optimā.

Fixatur etiam eodem modo, quo reliqua salia, scilicet miscendo ipsum cum calce viua ana imbibendo ipsa cum aqua communi, & ita cum aqua stent per duos dies, deinde benè claudatur in olla fictili, & in igne per decem horas relinquatur, postea extrahe cum aqua calida per filtum sal à calce, & euaporata aqua iterum ipsum sal misce cum ana calcis viuæ, & fac vt supra, & hoc fac toties, donec super ignitam laminam sal currat fixum, ad quod dum deuenit permitte stare ipsum super cineres (postquam in aquam illud dissoluisti in humido) & dum incipit aqua sursum ascendere cum baculo ligneo sicco moue, vt descendat, & dum non amplius sursum ad os ascendit, & erit fustum, permitte sic stare super ignem per tres horas, & plus, & sic erit sal fixum, quod in igne dissoluitur, & in aere

in aere congelatur, & postea soluitur, hoc sal mercurium congelat, nam si ponas simul sal, & mercurium in vase terreo vitriato, aut in vitro, dum mercurius incipit calefieri sal funditur, & penetrat, ac mercurium congelat, & hoc modo fixantur omnia fixatione optima, & omnia postea habent mercurium congelare per hoc sulphur redditur ad naturam non vrentem, sed rubeam conuertens mercurium, & cætera excepto ferro in verum salem, & arsenicum fixatur vt conuertat mercurium, & reliqua excepto ferro in veram lunam.

Fit etiam ex sale armoniaco oleum fixum armoniacum tali modo. R. cortices ouorum calcinatos, & sal armoniacum sublimatum ana lib. 1. misce, & incera cum albumine ouorum agitato, & fac pallam, & pone in vase vitreato rotundo, ita tamen vt tertia pars sit vacua, claude vas cum luto mineralitatis, & ex sicca fortiter, postea vas frange, & inuenies materiam conuersam in lapidem, pistula, & permitte, vt soluatur in loco humido, distilla per filtrum, & congela, & erit fixum, postea fiat ex ipso aqua, & serua, quia est oleum fixum armoniacum. Aliter. R. dictam pallam materiæ, & pone in medio calcis viuæ intrâ ollam benè clausam, & ponatur in igne furni per tres dies, & refrigeratum soluatur in aqua ebulliente, fac residere materiam, filtra, & congela, pone super marmorem, & erit oleum purum, quo spiritus fixantur illos incerando, & vniendo per ipsum cum corporibus, & si cum vncijs tribus huius olei (siuè primum sit hoc, siuè secundum) inceretur igne lento lib. 1. arsenici perfectè sublimati, & postea ponatur super marmorem in humido soluentur in aquam, quæ congeletur, & vncia vna huius, conuertit vncias sex veneris in lunam, quod totum pluries Gulielmum Anglum fecisse narrat S. Thomas in suo florido.

Alia fixatio tali modo. R. mercurium pluries bene sublimatum, & salis armoniaci sublimati ana lib. 1. misce per minima, & sublimetur toties, donec totum in fundo vasis fusum maneat, postea in humido super marmorem permitte dissolui in aquam, quam congela, iterum solue, & congela, & hoc quater fiat, & serua pro re mirabili ad fixandum, & incerandum, & hanc dicimus nos aquam Angelorum.



De Sulphure.

Sulphur est terræ pinguedo per decoctionem inspissata, & exsiccat, ac in sulphur transit, est calidum in 3. & siccum in 3. oleogenum, acreum, ac etiam igneum, subtiliat, consumit, & adurit, ac calcinat metalla, comburit, ac denigrat, cum ipso commixtū, sub terra argentum viuū in metallum addensantur, ex quorum puritate, & rubedine, vel albedine diuersa metalla generantur, dum impurum, & non fixum est, quale reperitur in alijs metallis imperfectis excepto auro, & argento, combinationem habet earum qualitatum, lunam autem maximè fixat, & dum argentum fit aurum album, ex tribus partibus vna tantum minuitur, aliam habet radicalem, & benè unitam humiditatem, quam in omnibus metallis retinet; tres reperiuntur species sulphuris, albi, citrini, ac rubei, album, seu coloris subcinericii purgatur tali modo. Recipe sulphur album, aut citrinum, pulueriza subtiliter, & da ei bibere acetum stillatum forte, & supernatet tribus digitis, permittite sic stare in umbra per dies octo semper pluries in die vertendo cum spatula lignea, postea fac desiccare ad solem, postea iterum da ei bibere de dicto aceto, & statim apparebit sua nigredo permittite residere, & decanta dictam nigredinē, & pone foras, & hoc reiterna toties vlt; dum nil amplius nigredinis appareat, laua postea cum aqua calida, & sicca ad solem, & serua; nota autem, quod in sulphure albo requiritur acetum album, & pro sulphure rubeo, & citrino acetum rubeū, & sic est mundatum, & pulcrū, vel citius ter bullias cum aceto sulphur semper singulis vicibus desiccādo, postea cum capitello remouendo nigredinem singulis vicibus, & hoc fac in igne, vel sole in vase ferreo, postea laua cum aqua ebullienti, & sicca ad solem.

Sublimatur autem se solo absq; vllō ingrediente, dando cilen-
tum ignem, prima namq; vice ascendet ad collum aliquantulum citrinum, secunda vice clarius, tertia optimum, & album vt lapilli splendentes, quia calore partes subtiliores separantur a crassioribus.

Sublimant alij cum alumine iameni, calce viua, sale gemma sub-
tus in fundo vasis ponendo S. S. S. salis cōmunis præparati, & gypsi, aliter purgatum miscetur cum borace alba communi, & ter sublimatur, & non amplius ascendet. Melior est inter omnes sublimatio,

quæ

quæ fit cum sale gemma, alumine iameni, & cum calce talchi, quomodo etiam sublimatur arsenicum, at cū minori igne procedas circa sulphur, quam circa arsenicum.

2. Sulphur croceum, seu citrinum, & rubeum vnc. 6. sublimatur cum dragante rubificato, sale alkali ana vnc. 4. alumine iameni vnc. 2. & igne sublima, & ascendet vt sol.

3. Sulphur rubeum fixatur sicut croceum sic. & ipsius sublimati lib. 1. misce cum lib. 3. salis communis, aut alterius fixi pone trita simul in olla benè lutata, relicto tamen in fronte exiguo foramine, expone igni vt olla sit tota intra carbones igne cooperta, & ignis non transcendat, & vide cum ferro, aut vitro postquam exijt prima humiditas, postea fac ignem vt rubescat olla paulatim tamen, quod fiat in vno die, postea ignem auge, vt sit maximè olla ignita, extrahe postea materiam, quæ erit rubea, pista, & solue in aqua ebullienti, & extrahe sal, quod erit rubeum, quod congelabis, & in igne facies dissolui in oleū, exsicca paulatim sulphur, & iterum misce cum triplo sui prædicti salis communis fixi, & fac vt supra, nam in hac operatione totum cum sale dissoluetur. Iterum & libram vnam prædicti sulphuris, & libram vnam salis communis fixi, misce simul absq; vilo liquore, & fac descendere per botum barbatum, & descendet sulphur luminosum in colorem solis, cuius vna pars supra multum mercurij conuertit in medicinā, cuius pars vna conuertit 100. cuiuscunq; corporis imperfecti, excepto marte. Aliter dealbatur, & fixatur sulphur taliter. & sulphuris viui benè puluerizati, alumen rochæ calcinata ana lib. 1. misceantur benè, postea & lib. 4. tartari calcinati, & solue in aqua, quam distilla filtro, & in ipsa pone sulphur cum alumine, & fac ebullire, vsq; dum fiat spissum sicut mel, tunc fac exsiccare igne lento, vt sit durum sicut lapis, tunc puluerizetur, & per tres dies calcinetur, postea solue in aqua calida, & sulphur ibit in fundum, quod pluries laua, vt exeat tota salsedo, postea pulueriza, & pone intra duo vasa ad calcinandū per vnum diem, postea pulueriza, & solue in aceto, & stilla filtro, & congela lentè, & erit fixum crystallinum.

4. Aliud & puluerē sulphuris præparati vt supra cinerici coloris, misce cum aceto stillato, & fac simul stare per tres hebdomadas commouendo illud ter in die, post hæc exsicca, & pulueriza, & misce cum ana aluminis plumæ, seu iameni, & per cineres toties sublima,

vsq;

vsq; dum non amplius ascendat, & tunc vna pars ipsius conuertet multas stamni purgati in lunam.

5. Aliud facile. R̄ sulphuris præparati puluerizati partē vnā, pone in sex partibus aquæ tartarizatae, & coque, vt remaneant tantum quatuor partes aquæ, postea proijce totum hoc in catino, & superfunde huic materiæ acetum forte stillatum, & sulphur descendit in fundum album, quod si ita prima vice non fecerit, recipe sulphur, & fac vt supra, deinde incera cum aqua forti extracta, ex sale nitro fixo, sale armoniaco, & vitriolo toties, vsq; dum super laminam ignitam fluat, & tunc venerem in lunam conuertet.

5. R̄ sulphur sublimatum, & incera toties aqua vitis, vsque dum fluat vt cera super laminam ignitam, & cum hoc luna potest in aurum album fixari &c.

Hæ sunt operationes sulphuris quo ad transmutationem metallorum. Medicæ autem vtilitates multæ commemorantur, noto tamen ex sulphure pro medicamentis sumendum esse id, quod viuum dicimus, seu ignem non sentijt, quia subtiliores eius partes, in quibus virtus consistit, fuerunt per ignem expulsæ. Iuuat tussim, virulentis ex creationibus, & suspirijs si in ouo sumatur, vel eius suffitus, qui suffitus per fistulam intra aurem delatus tollit aurium grauitatem, cum nitro mixtum sedat in toto corpore, inspersum sudorem, iuuat contra turturis marinæ, & Draconis morsum, intus sumptum per os scabiem foras mittit, ipsoque exsiccatur, & curatur postea cum oleo, & calce, & succo limonum ebullito in formam vnguenti.

Quod nam autem sit philosophorum sulphur, ex infra dictis comprehendes &c. Item alios sulphuris effectus vide apud alios.

De Arsenico.

Arsenicum apud græcos, quod nos quoq; auri pigmentum appellamus, in triplici specie est, album, quod propriè arsenicum crystallinum nominamus, citrinum, quod vocamus realgar, & rubeum, seu cui miscetur aureus color, & squamosum est, seu croceum, quod propriè auri pigmenti nomen retinuit, omnia naturam sulphuris participant, adurens calidum, & siccum, & mordax, mala quæ ab arsenico causantur, vtpote damnosum quid taceo. Præparantur

rantur tria ista arsenica sicuti diximus de sulphure citrino, & rubeo, & fixari potest sicut illa, & tunc eodem producit effectus in fixando mercurium in medicinam supra æs proijciendam, aliaque imperfecta corpora, excepto ferro. Sublimatur se solo igne lento, vel cum sale communi crepitato. Fixatur autem sic mixtum cum sale communi fixo, vel sale alchali, aut sale armoniaco fixo (quod est melius) toties, usque dum non amplius ascendat; vel si cum ipso iungas simul cum sale mercurium sublimatum. Et etiam cum salibus fixis pluries sublimando fixare poteris sublimatum mercurij, qui spiritus postea fixi venerem præparatam conuertunt in lunam. Præparatur etiã alijs modis, quos tradidi in capite de ære, & de mercurio.

Auri pigmentum vero, quod parum differt à sulphure, præparatur sic. Ponatur intra vas vitreum, & ventre eius exposito igni, ut sit posita in obliquo boccia, non directè, da ignem prius suauiter, & fundetur, & relinque os apertum, ut exeat humiditas, deinde claudes os, & ascendet ad collum materia crocea, seu giallota, auge ignem, & ascendent in ventre superiori vasis (quod vas stet sicuti stat boccia, quando fit stillatio, posita boccia contra bocciam) materia rubea ad modum crustæ vitreæ rubicundæ, hac rubea utere ad rubeum, illam prius fixando cum oleis, aut salibus fixis conuertet mercurium, & venerem in solem, alia vero ad album, seu ad metallinam faciendam.


Aliter præparatur sic, tritura subtiliter ipsius lib. 1. & in cera cum lib. 1. salis communis præparati fusibilis soluti in lib. 4. aceti distillati imbibendo, & desiccando ad solem ut bibat totum, postea pone in olla benè lutata per noctem in furnum panis, inde extractum tritura, & cum aqua ebulliente laua, & exsicca, postea imbibe iterum cum sale in duplo aceto dissoluto, & fac ut supra, & hoc fac toties, donec materia sit alba ut argentum, postea sublima cum ana salis alchali fixi, ut maneat in fundo totum, feces miscendo cum sublimato, & conuertet quindecim partes æris purgati, & stamni, ac mercurij in lunam, fixum enim statim fixat. Laborauerunt quamplurimi circa auri pigmentum, illud pro certo habentes esse materiam, ex qua magna componitur medicina, aliqua hic tamē ego ponam, præcipuè modum extrahendi mercurium ex ipso, pro componenda medicina. R. auri pigmentum mundum, & purum lib. 1. & de lixiuio facto ex cineribus vitis mundo, & claro lib. 2. in quo lisci-

uio dissolue sale tartari lib. 2. & dissolutum stilla filtro, pone in vitro super cineres, & intrā aquam pone auripigmentū ad bulliendum per horas 4. aut plus, quo facto dimitte infrigidari, & inuenies lixiuium rubeum, & færens, separa eum ab auripigmento, & laua optimè auripigmentum cum aqua calida, vt sit purum, exsicca ad solem, & serua, deindē imbibatur cum oleo tartari fixi, & coquatur temperato igne, deindē ter, iterumq; imbibatur, & exsicceatur, & hoc fac toties, vt bibat duplum sui ex oleo tartari, quo ebibito ponatur per 12. dies sub fimo, aut balneo calido, & conuertetur in argentum viuum, quod verè mercurius philosophorum dicitur.

De Tutia, seu Cadmia.

Tutia lapis est in terræ visceribus, reperitur triplicis coloris, nigra, quæ ad nihilum valet, viridis, & alba, quæ seruiunt ad album, & citrina ad rubeum, purgatur si decies extinguatur in aceto albo, in quo sit solutum sal armoniacum, tantum quanta est tutia, puluerizetur subtiliter, & imbibatur cum aceto prædicto, vt bibat totum, exsicceatur, & puluerizetur, ac sublimetur, quia ascendet sal, & tutia manebit in fundo, reduc illud super fæces, & sublima, & sic fac ter, solue in humido, & exsicca, & si extinguis in aceto rubeo dat pondus, & colorem auri; ipsa enim est sulphure, ac mercurio cōposita, proinde reperitur etiam in tecto adhærens vbi funduntur, & coagmentantur metalla.

Aliter præparatur sic, & de dicta tutia præparata, croci martis, salis armoniaci rubificati, & mercurij rubificati fixi sublimati cum sale armoniaco, ana misce, & imbibe cū aceto stillato rubeo forti, exsicca, & sublima toties, miscendo sublimatum cum fæcibus, vt omnia maneant in fundo, tunc septies in humido solue, & congela, & pone partem vnā super decem æris purgati fusi, aut plumbi purgati fusi, aut mercurij calidi, & tingentur in solem optimum. Tutia in vſu medico multiplex est, iuuat oculorū inflammationi, dum est præparata, & ad alia.



De Marchesita, & Magnesia.

HVius duplex reperitur genus, vna coloris aurei, altera plumbei, seu argenti, vterq; lapis, sicut & magnesia eodem modo paratur, earum extant mineræ varijs in locis, ex ipsis componi potest magna medicina, si in omnibus procedatur, vt factum est de antimonio, verum pro magnete loco aceti, pone aquam vitis rectificatam, præparantur si extinguantur septies in aceto stillato albo, in quo sit solutum sal commune, & alumen iameni, aut rochæ, lauando ipsam semper cum aqua dulci, & extinguatur vsq; dum in puluerem redagatur. Componitur ex marchesita elixir. R. marchesitæ aureæ lib. 1. quam solue in duabus libris aquæ fortis bulliendo lentè, in qua sint solutæ vnciæ duæ salis armoniaci, decanta aquam illam in alio vase, euapora aquam, & in fundo manebit marchesita, cuius recipe vncias 6. auri calcinati, aut foliati vnciam vnā, armoniaci, & sublimati mercurij rubificatorum ana vncias 2. mercurij non sublimati, sed purgati vncias 8. misce, & sublima septies, vel toties, vt omnia in fundo fixa maneant, semper miscendo sublimatum cum fæcibus, postea misce cum vncia vna salis armoniaci fixi, & imbibe cum libra vna cum dimidio salis alkali, modo infra ponendo præparati, & ad humidum soluetur totum in oleum, da ei ignem tritum carbonum in atthanor, aut cum candela per mensem, & congelabitur, de qua medicina vnciam vnā super libras 10. mercurij bene purgati, posita dum incipit fumare, cooperiatur carbonibus, & per horam detur ignis fusionis, paulatim augendo, & fixatur in solem, & venerem tinget, & lunam.

Sal alkali pro operibus sic fixatur, etiam impasta ipsum cum aceto stillato, & fac pilas instar oui gallinarum, exsicca ad solem, postea da ei ignem reuerberationis per horas 24. deinde tritura subtiliter, ac solue in duplo aceti stillati, hoc acetum in quo manet sal solutum, distilla cum elambicco, & in fundo manet sal, superpone idē acetum supra sal, vsque dum videris ipsum sal fundi, vt cera ad lumen candelæ, quod solue super marmorem in humido, & congela, & hoc pluries, & hoc mirabile est, namq; spiritus omnes, & corpora in aquam reducit, arcanum equidem dignissimum.

De magnesia nil speciale mihi ponendum occurrit cum exactis-

simè de ipsa pertractauerint Cabeus, & Cirker in sua philosophia magnetica, & quia in omnibus cum ipsa proceditur sicut de marchesita aurea, & antimonio.

De Aramentis.

A Tramentum nil aliud est, quam terra cum aqua commixta terræ frigiditate congelata, & si multæ ipsius sint species, bona tamen sunt ista, scilicet calcans, quod in manifesto est viride citrinum, & croceum in occulto pinguius reliquis, cuius in Hyspania magna est quantitas; aliud dicitur ciprinum, quod venas quasdam auri habet, citrinum in occulto, rubeum in manifesto. Aliud est Romanum, quod est coloris cælestis falsum, & durum, & dicitur Cuperosa. Aliud est commune, separantur, ebulliendo ipsa in aqua comuni; oleum, & ipsius spiritus quomodo extrahantur colligitur ex sequenti medicina, nam silemmatum distillatur, & prius exit spiritus, qui exsiccatius est vlcerum, & sumptum in parua quantitate valet contra putredines, & febres acutas, tunc est bonus quando paleam intra ipsum positam comburit, deindè pistando fæces, ita relinquendo per diem, exit per magnum ignem oleum, lege sequentem operationem.

R. vitrioli romani ad libitum, pistetur grossiter, & exsicceetur igne non vt rubificetur, sed vt remaneat album, aut cinericium non rubeum, pistetur optimè, ponatur in storta, & vase clauso igne temperato stillet aqua, quam serua diligenter, auge postea ignem, & exiet oleum quod serua, R. postea fæces, & in bona quantitate aquæ communis calidæ solue, postea filtretur aqua ista, euapora, & in fundo inuenies sal prætiosum; huius salis, R. partem vnā, & misce benè cum ana suæ aquæ prius stillatæ, & pone in balneo, aut fimo per dies octo vt putrefiat, & sic soluitur materiam, & sal bibet aquam suam, transactis his diebus per balneum stilla materiam cum capello, & elambicco, & exiet quædam aqua insipida, quam proice, quia ad nihilum valet, & remanebit spiritus fætens, postea extrahe terram, pista super marmorem, & da ei tantum suæ aquæ iterum quantum est ipsa, & fac vt suprâ fecisti, sed tantum pone in putrefactione per horas 24. clauso vase, vt prius stillando inspidam humiditatem, quæ remansit, & hæ operationes fiant toties, donec

terra

terra ebiberit aquam, aut quintā partem suæ aquæ semper putrefaciendo. distillando, congelando, pistando, vt prius factam est, & illam, quæ stillat in his operationibus, semper proice, quia est humiditas superflua insipida, & dum ebiberit quintam partem sui spiritus, cognoscitur, quia si ipsius terræ ponatur super laminam ignitam in fumū euadit, quod si ita nō fuerit, reitera imbibitiones vt supra vsq; ad hoc signum. R. postea terram prædictam grauidam, & inhumata aqua sua ponatur in vase sublimatorio, & euaporata prius humiditate detur ignis solitus sublimationibus, & sublimetur vase benè clauso, & sublimabit ab collum bociæ, quod continua vsquē dum sulphur nostrum, & terra nostra foliata ascendat ad collum bociæ, quod serua; postea R. oleū prius extractum, & per balneum extrahe totum, quod exire potest, postea reliquum stilla per stortā, & sic septies rectifica forti igne, vt vltima vice nō amplius stiller, etiam si diū stet in igne, hoc enim est fermentū, sicut fermentum panis ex pane est, & ipso fit farinæ multiplicatio. R. postea tuū sulphur foliatū, & imbebe cū quarta parte huius olei in vase benè clauso, & pone igni lucernæ, & fixabitur, & dum videris, quod sit quasi siccum da ei bibere quartam partem, & sic fac vsquē dum fixatur, & currat vt cera, & non fumat super laminam ignitam, de quo fiat proiecto super lunam, & mercurium, quod si vltius progredi desideras, toties imbibitiones cum oleo, & concoctiones reitera, vsquē dum materia sit rubea, & de hac vtere vt scis. Vides in hac operatione quomodo procedo per viam philosophicam, scilicet cum sale, sulphure, & mercurio &c. & cum vna eademq; re, vno vase, & vno igne &c.

Alumen inter salia communiter reputatur, separatur cum aqua communi, vt sal, fixatur quoq; cum calce viua, vt reliqua salia, eius species multæ sunt, melius est alumen plumæ, quia magis fixum. Alumen maximè dealbat, & tingit, res quidem communis, & particularia de ipso non habeo, communia videte apud alios.

Extrahitur sal, & oleum cuiuscumq; rei tali modo, pone corpora in quatuor partibus aquæ vitis bonæ, pone in cineribus, separa aquam, seu decanta, & superpone aliam, & decanta, postea pone in loco frigido, & lapillatur, aquam ex lapillis decanta, euapora medietatem eius, pone iterum in loco frigido, & lapillatur, & serua, iterum aquæ medietatem euapora, & lapilla, & hoc toties vsque dum non amplius lapillet; & istos lapillos rectifica, seu subtilia cum aqua

vitæ, euapora, deindè pone ad dissoluendum in humido, & erit oleum.

CAPVT VNDECIMVM.

De Talcho, alijsq; subterraneis.

EXaminatis iam, quæ ad metalla pertinebant, inquirendum restat modò de reliquis medijs mineralibus, rebusque subterraneis, & primò ad talchum, quod dicimus esse lapidem terreum, aliud est album, aliud citrinum, ad solem vnũ, aliud ad lunam accedens. Foliatur subtilissimè, à philosophis multum commendatur, ex ipso medicina liquabilis conuertitur transmutans venerem, iouem, & mercurium. Perlas, & margaritas generant, sicut & magnum elixir præparatur varijs modis, ipsum subtiliter folietur, & trituretur cum ferro aliquo, inde fa. S. S. S. cum sale communi, vel solum, & ponas in olla forti ad calcinandum per tantum tempus, vt reduci possit in cinerem albißimum, & tenuem, ipsum postea pone in loco humido valdè intra foueam, aut puteum, aut alibi super marmorem supposito vase, & post aliquod tempus vertetur in oleum, vel citius dum ipsum est calcinatum ebullias cum aceto acerrimo stillato, & dum acetũ coloratur decanta, superpone iterum acetum, ac moue, & serua, & hoc fac toties vsque dum non amplius acetum coloratur, euapora ista aceta, & in fundo remanet sal, quod bis in nouo aceto solue, & cõgela, deindè sal ponas in humido, & statim fluet in oleum, quod optimum est, & pro facie dealbanda, & perlis, item si ipsius cum vna parte imbibantur duæ partes arsenici, aut mercurij sublimati prius sublimatorum, aut vtriusq; simul ana pars vna, & toties sublimentur, miscendo sublimatum facibus, vsq; dum omnia in fundo mancant fixa, venerem, iouem, ac plumbum, & mercurium vertunt in lunam proiectum super ipsa. Aliud oleum R. talchi lib. 3. pulueriza subtiliter, pone in vase ferreo, & benè cooperto pone calcinandum in igne reuerberationis per horas 24. aut plus, postea in vase ferreo ignias, & extingue intra acetum stillatum forte, & hoc fac pluries igniendo, & extinguendo acetum, deindè filtrà, euapora, & B. sal, quod solue cum aqua vitæ rectificata, & in humido fac dissolui, hoc misce cum quatuor partibus aquæ vitæ, pone sub fimo,

postea distilla, exiet aqua, & oleum remanebit correctum, quo utere pro tuis necessitatibus &c.

De Coralio.

Coralium lapis est ex terræ herba humido mercuriali compaginata sub maris ripis, sub aquis est molle, & dū extra aquas extrahitur durefcit. Præparatur sic. Pista ipsum subtiliter, & imbebe super marmorem 25. vicibus cum aqua maris, qualibet vice exsiccando ad solem, postea dissoluatur in loco nimis humido, vsq; dum foras emanat spiritus tingens, separa spiritum illum, & serua fæces, quas exsicca ad solem, & pista subtiliter, & laua septies cum aqua maris, lauando, & exsiccando, & pone in humido vsque dum fiat sal, exsicca, & da ei spiritum suum prius euaporatum, & pone postea ad humidum vt soluatur, & fiat rubeum, tunc congela vt sit spissum, & est perfectum, de quo si ponas super vitrum metallorum, reddit illud malleabile, item plumbum, ac stannum conuertit in solem.

De Vitro, & Cristallo, ac lapidibus pretiosis.

Vitrum, ac cristallum à priscis tantum æstimata in communi sunt apud nos vsu, & parui pretij, reperiuntur istorum minerae, & artificialiter quoq; sunt, cum omni colore coniunguntur insolubiliter, nam dealbatur cum albis, & rubificatur cum rubeis; ex metallis etiam vitrum potest fieri, vt ostendi in secunda medicina plumbi. Alio modo sic &c. plumbum glorificatum vt supra, aut cerusam finam albam lib. 10. & aluminis catini lib. 4. puluerizentur, & misceantur simul, quia hæc est lapidum omnium pretiosorum materia prima, dum igitur carbūculum habere cupis pone cum 20. partibus dictorum puluerum mediam partem sanguinis Draconis, aut stanni rubificati, & partem mediam pulueris auri misce puluerizata simul in olla fictili benè obturata, & coquantur, vt coquitur vitri materia, deindè & ipsius partem vnam, salium fusibiliū alteram tantum partem, ex omnibus simul, scilicet salis gemmæ, salis communis armoniaci, salis alchali præparati, misceantur igitur per minima pars vna illorum salium, & altera pars materiae lapidum

pre-

pretiosiorum coquantur in vase fictili forti in domu transuersa vitrariorum; usque dum tota auolet saliedo, & in currentem aquam conuertatur, & hoc facto per 12. horas ponatur in arca vitrariorum ad perficiendum, seu affinandum, postea rumpatur vas, ita tamen vt non fundatur materia, tunc extrahe cum virga ferrea, cui adhærebit materia, vt viscum, & pone postea istum lapidem in aceto albo per 20. dies, & est optimum. Pro Topatio margarita cum 20. partibus ipsius materiae lapidū ponantur duę partes talci marini calcinati. Pro margarita transparente cum 20. partibus dicti pulueris ponatur tantum vna pars talci marini calcinati. Pro balasso cum 20. partibus pone mediam partem ferri rubificati, & regantur postea, vt dictum est de carbunculo circa ignem. Pro topatio communi nullus misceatur color, sed tantum materia omnium lapidum pretiosorum, ponatur in vase fictili forti, & coquatur usque dum in aquam conuertatur, & saliedo euanescat, & tunc cum virga ferrea foras extrahatur, & operare, vt vis &c.

Cristallum similiter aliud minerale, & est aqua vi frigoris sub montibus congelata cuius multae estant minerae tam in Italia, quam extra. Funditur varijs modis. Infoca benè ipsum, & extinguas ipsum decies in aceto albo stillato, aut in aqua extracta, ex salnitro, & desicca postea, & laua cum aqua salis communis, & postea cum aqua dulci, & exicca, deindè & illius partem vnā, salis communis, aut alterius preparati fusibilis partem alterā, funde in crucibulo, & fundetur vt plumbum, & dum lapides vis construere sic fac, R. ipsius cristalli partes 20. (pro carbunculo) & mediam partem pulueris auri. Pro rubino cum 20. partibus cristalli pone mediam partem croci ferri facti cum sulphure, vt moris est. Pro topatio ipsius partes 20. funde cum vna plumbi, vt supra glorificati. Pro smeragdo cum 20. partibus eius funde partem vnā aeris. Pro crisolito cum duabus partibus ipsius pone partem vnā cum dimidio plumbi glorificati; utq; lapides isti, & ferrum, & ignem sustineant postquam completi sunt, pone illam materiam per dies aliquot in aceto albo. Pro rubino ipsum puluerizatum extingue per 20. vices in aqua extracta ex sale alkali, & auripigmento rubeo aut croceo, & misce cum vna parte vitrioli rubificati, aut croci martis, & habes rubinum. Pro carbunculo etiam R. cristalli partes 10. plumbi combusti partes 25. misce, postea cum 20. partibus huius pone partem dimi-

dimidiam auri puluerizati, & partem vnā cum dimidio croci mar-
tis, misce, & clausa coquantur, vt coquitur materia vitri, & medie-
tas ollæ sit vacua, postea funde vnā partem huius materiae cum
vna parte alicuius salis fusibilis, & habebis carbunculum. Hæc sa-
nè est vera via verusq; modus componendi lapides pretiosos à natu-
ralibus non differentes, cum ex eadem constent materia. Aliam do-
viam sophisticam pro rubino, funde cristallum, & super ipsum pone
paulatim oleum correctum antimonij, & vitrioli, aut sal eorum, &
est factum. Pro smeragdo R. salis alkali vncias 5. fusibilis, et cristi
calcinati vncias 4. plumbi calcinati vncias 5. funde simul & est fa-
ctum; alius pulcherimus lapis sic fit R. vncias 7. salis alkali, cristi
vnciam vnā, scorix æris vnciam vnā, & funde simul. Pro tur-
chinis R. vncias 20. plumbi calcinati, & tritura subtilissimè in pila
figulorum, & laua pluries cum aqua clara deindè tritura subtilissi-
mè instar farinae scorix ferri libras 10. misce, postea hæc simul fac
illa albescere in furno reuerberationis sine fumo per horas 15. sem-
per simul miscendo, hanc materiam benè dealbatam pone in cruci-
bulo, & bulliat in fornace, vt perficiatur, & affinetur, & vtere illo.
Pro incidendo vitro in qua cupis parte, fac aquam per distillationem
ex vitriolo romano, sale armoniaco, & succo herbæ dictæ (vitrio-
lo) ana, & vbi cum dicta aqua tanges, inde vitrum relassabitur. Hæc
quoad lapides præciosos, & vitrum scripsimus; credite mihi in vi-
tro recondita nimis arcana contineri, quæ hæc publicè apponere
non audeo, quæ autem hæc apposui non sunt sanè communia, par-
tim enim à sapientissimo amico habui, & vidi, alia verò ex meo ex-
emplari vetusto manuscripto extraxi &c.

Ponitur vltimo loco modus cōficiendi azurrū ultramarinum, ex
lapide lazulo cuius compositio talis est. Ipsum sumas bonum, sci-
licet habens quasdam venulas auri, ignias benè, & extingue in
aqua communi, postea subtiliter pista in mortario æneo, vnitim te-
nens puluerem, deindè pone in olla ad ignem masticeis vncias 2. pi-
cis græcæ vncias 3. olei ex lino 1. olei ex abeto 3. ceram giallam
3. quæ per quartam partem horæ coquantur, quod cognoscitur, si
trahendo cum baculo filum ex ipso, filus ipsius materiae frangitur,
vel si posita vna gutta ipsius intrā aquam frigidam concrevit, & nō
expanditur, quo cocto statim, paulatim pone puluerem tui lazuli,
semper miscendo cum spatula lignea sicca (& dosis pulueris cum

præ-

prædictis ingrediētibus sit lib. 1.) & mixta simul omnia projice intrā aquam frigidam, & ibi maneat per 15. aut 20. dies, mutando aquā singulis diebus, postea intra aquam tepidam incipias illam massam manibus benè contrectare, & exiet azurrum, namq; aqua colorabitur, decanta aquam in catino, & serua, iterum pone nouam aquam, cōmoue sæpè materiam, & contrecta manibus, & coloratam iterū aquam serua, & hoc fac toties apponendo nouam aquam, vsq; dum non amplius colorentur. Permite aquas residere per diem, & noctem, & in fundum descendet azurrum, quoniā ista non omnia sunt æqualis coloris, idcirco prima, quæ exierunt, & quæ eiusdem sunt coloris intensi misceantur, namq; istud æstimatur multum, per ordinem postea misce secunda conuenientia in colore remissiori, deindè vltima vltimarum aquarum, quæ sunt minores. Laues ista tria diuisim pluries cū aqua frigida, & purgabuntur, & illis vttere; opus enim est hoc pluries expertum à me, & alijs. Reliqua multa ad mineralia spectantia breuitatis causa omitto, & videte apud Cæsium, qui communia reliqua diffuse ponit.

Nomina metallorum, quorum multa continentur in hoc opere. Plumbum quod à Latini Saturnus appellatur, Arabi Zobeil, Græci Phænon, Hebræi Sabadei, Chaldæi Caluzaram, Indi Zeimelil, Saraceni lazaz, & cōmuniter appellatur dominus terræ. Stannū à Latinis Iuppiter, a Græcis Fœtonta, ab Arabis Mustar, ab Hebræis Cadech, à Chaldæis Caimathar, ab Indis Xifilil, à Saracenis Pazaz. Ferrū à Latinis Mars, à Græcis Pirgis, ab Hebræis Madin, ab Arabis Marech, à Chaldæis Satiabon, ab Indis Zegimil, ab Æthiopis Zemel. Aurum à Latinis Sol, ab Arabis Xeim, a Græcis Phœbus, ab Indis Bibil, ab Hebræis Ama, à Chaldæis Protonotā, ab Æthiopis Zur. Æs à Latinis Venus, à Græcis Sofforos, ab Æthiopis Boel, ab Hebræis Hoga, à Chaldæis Brucani, ab Indis Aulil. Argentū viuū dicitur cōmuniter Mercurius, & Lepus, Argentū à Latinis Luna, Arabicè Camer, Græcè Diana, Hebraicè Labana, Indicè Cornil, Æthiopicè Zazil, Chaldeæ Ecalzer. Hęc sunt nomina, quorū aliqua in meo libro reperiuntur; alia quæ innumerabilia dantur, cum dependeant ex hominū beneplacito, & ita sint imposita, vtpotè in hoc opere non necessaria relinquo, esto quatuor integras paginas plenas nominibus, & characteribus metallorum, & mineraliū apud me habeam, atq; hæc satis de mineralibus, paucis namq; meliora exposui, cōmunibus relictis &c.

Finis secundi libri Mineralium, & Subterraneorum.

LIBER TERTIVS.

De Astrologica Philosophia.

N iam ultimo loco ad illam accedimus explicandam sapientiam, quam merito diuinum appellare lumen sapiens hucusq; dubitauit nullus, quid enim inter naturales facultates incundius, quam occultas apparentium tamen rerum causas ostendere, naturalesq; ex hisce causis futuros effectus praeuidere. Inferiora equidem hæc elementa cælestibus corporibus ideò contiguata fuisse, ut ab ipsis, & regantur, & gubernentur, non sit qui amplius dubitet cum nedum Aristotelicum, verum, & commune sit Philosophorum omnium dogma, at si nullius dictū hoc esset, quod sanè veritatis certius testimonium experientia ipsa? Nunquid per tot secula compertum non semper est, tales, vel tales siderum, Planetarumq; configurationes memorabiles in aere, imò & Regnis, & Urbibus, totoq; Mundo ortas esse mutationes? Lege Historias, & memoraberis, quid Eclipses, ac magnæ quædam Planetarum coniunctiones, aliorumq; siderum ortus, & occasus forsitan occasionare potuerint ex qualitatibus à Planetis dominantibus causata alteratione, unde quoq; alterato bili occasio, aut si dicere velimus indicium datum, quod iras, bella, seditiones populorum, depredationes, homicidia, incendia, terræmotus, vrbes collapsas, tonitrua, fulgura, tempestates in mari, submersiones nauium, ratione validorum ventorum, aliq; innumera-bilia, & inspeximus, & deplorauimus mala. Vides nūc Vrbes, Regnaq; illa, quæ tumultuosis prius implicata videbantur ambagibus, ratione alteratarum illarum qualitatibus, humores, ac bilim alterantium, nunc in pace gaudijs, ac felicitatibus, temperamento iam in pristinum reducto, quiescere, & quæ aliorū antea compatiebantur, & deplorabant misérias, sensu potius velut bruta ductæ, nō autem humano arbitrio, quo mala omnia euitare potuissent malo-

rum remouentes causas, suas nunc longè maiori conlacrymant dolore. Serenum tempus en statim ad talem Planetarum aspectum, aut siderum ortum, vel occasum turbari inspicimus, & quod turbatum erat serenescere. Ad talem Lunæ configurationem aquam magis, & ad talem minus moueri, & aestuare. Ad talis sideris ortum marinā acum sistere, tempore canicula canes ardenti sole gaudere. Aliosq; contra Lunā, aliq; sidera baiulare. Ad Lunæ augmentum quedam animalia, tā aquatica, quam terrea crescere, & ad decrementum decrescere in farinam redactū frumentum, & oua collecta in Luna Martij, aut Augusti à putredine toto anno præseruari, & maximè excrecere, commune experimentum in praxi est, in insensibilia igitur cælestia agere, negare non possunt aduersarij. In hominum etiā actiones dicam (& si aliter tenerem mendax essem) adhuc influere, non autem cogere. Imò, & mediatè etiam in hominum voluntatem agere doctrina est nedum Sapientiorum, verum, & inter sapientes sapientissimi S. Thomæ Aquinatis, aliorumq; SS. PP. ac Philosophorum. Agentes namq; cælestes causa in hominum humores à quibus in operādo dependet anima quoties corpori coniuncta manet, mediatè quoq; in ipsam influere oportebit. Absit autem me dicere inmediate in voluntatem cælestia corpora influere, semper enim intacta manet voluntatis humana libertas, ac propterea Sapientes astris dominari communiter profitemur. Hunc cælestium corporum præcipuè Planetarū influxum, maximè notandum aduerterunt veteres nostri, ita quod volentes in hora aliqua navigationem aliquam, vel aliud cælorum influxibus subiectum initiari, prius quinam Planeta in tali hora dici illius dominetur inspiciendum præceperunt, quod si beneficus, bonum habebit finem, si verò maleficus habebit malum. Insuper Planetarum transitus, & aspectus cum alijs, considerabant quoq; maximè veteres nostri menstruas annuas, ac diurnas profectiones, sicut & reuolutiones, & directiones, pro quo etiam aliqua tangam ego. Dicam in hoc maximè Diuinam laudandam Sapientiam, prouidentiam, & maximam erga nos pietatem, qui ut ad bonum rectè consequendum, & ad malum fugiendum paremur, innumerabilia tot nedum sublunaria, verum

rum & cœlestia signa produxit, unde Coclenius taliter fassus est. Iam autem Deus signa, & notas cœlo impressit, vt rebus publicis denunciarent ingentes casus, calamitates, & excidia. Subdente eodem. Ecclipses siquidem, coniunctiones, cometæ, & alia prodigia quid sunt aliud, quam oracula Dei, quibus minitatur vitæ hominū ingentes, & calamitosas mutationes. Quæ omnia tot confirmarunt experientie. Inspice Ecclipsim anni 463. olimpiade 79. obscuratis ex duodecim partibus Solaris disci, undecim partibus Solis. Anno Christi 237. obscuratis decem partibus Solis. Anno 418. obscurato penè toto Solari corpore. Anno Domini 1587. post Solis Ecclipsim quot occasionare potuerunt. At quid? taceo effectus Ecclipsis anni mox præteriti 1652. cuius effectus, & vidit, & videt etiam suis malis Vniuersum, ac dignior Vniuersi propago. Considerate diligenter quæso Benigni Lectores, quæ labentibus nostris hisce annis prædixere sapientissimi P. Titti, D. Antonius Carneuale, Thomas Odericus, Rossenus, Excellentiss. Doctor Ouidius Montalbanus, Artensius, Thebanus, Gessius, Polentanus, Grimaldus, alijq; quam plurimi in suis annuis cœlestium corporum, quoad Mundum effectibus, illisq; iam veris repertis profertè de inclita huius scientiæ veritate iudicium. Legite quæso Rossenum in suo discorsu anni 1644. vbi exactissime plura in huius veritatis confirmationem inuenietis. Audiui quosdam cœlestes, nec etiam thema erigere scientes (vi ipsimet confitentur) nec tamen illos dicere puduit inuictos fore contrà Astrologos pugnatos. At quid, nunquid de coloribus iudicabunt caci? quibus enim impugnatis insurgere possunt talis, dum capita quæ expugnare debent non agnoscunt? Sufficiat quæso vlulantibus istis auctoritas Sanctiss. luminis Thomæ Aquinatise qui vtpotè scientiarum omnium magister, hanc quoq; veritatem confessus est, dum 3. contragentes taliter ipse locutus est. Quæ ad corporalia pertinent, siue interiora, siue exteriora in vsum hominis venientia à Deo mediantibus Angelis, & corporibus cœlestibus dispensantur. Et diffusius audi ipsius præceptorem Albertum Magnū in Speculo Astronomiæ ab huiusmodi vindictis nos vindicantem, vbi curiosa multa videntur.

Hoc tamen unum fateor Astrologicam veritatem non sine causa à quibusdam modo conculcari, occasione tradita à quibusdam, tantum Astrologorum nomine gaudentibus, qui vix cælestem construere scierunt figuram, latinam vix possidentes linguam, quod tam liberè in rebus prædicendis facti sunt prompti, ut cælestes causas, quasi omnes præ manibus habere viderentur, & dum pluuiam pronunciare debebant, calorem publicè videntur patefacere. Laudabo propter hoc semper sapientissimorum quorundam usum, qui & si in Astrologicis, sicuti & in alijs scientijs versatissimi, dū aliquid dicere rogati sunt, paucis tantum verbis petitionibus satisfecere. Quare sapientiam hanc omni dignam eminentia, tam quo ad ea, quæ ad aeris mutationem, quam etiam infirmitates, aliag, Mundi negotia, discutiendam, ac propugnandam propono, nihil præter id, quod ex temperamento oriri potest, pro certò affirmans, atq; ex naturalibus Planetarū qualitatibus temperamentū alterantibus.

CAPVT PRIMVM.

De Considerabilibus ante prædictiones Astrologica.

VT igitur inclitæ huius scientiæ veritas innotescat, non vnum tantū sed plura consideranda propono, non enim aliundè in astrologicis cauratur error, quā ex cælestium inconsideratione causerum, cum non ex vno tantum, sed ex innumerabilibus capitibus sumendum sit indicium, nō enim statim ac vnum inspicis aspectum proferas illius significationem futuram, sed alia simul erunt consideranda, & videndum an simul contrariæ coincident causæ, ut v.g. dum aspectus habemus frigus causantes, si tunc etiam contrariarum causarum calidarum, eo die coincident aspectus, quia vnus alterius malitiam mitigabit.

Primò igitur, & principaliter quo ad aeris mutationes habendus est respectus ad ingressum solis in puncta cardinalia, & iuxta dispositionem planetarum indictis figuris iudicandum generaliter est de quartis illis, sicut etiam considerandæ sunt præcedentes, & subsequentes coniunctiones, ac oppositiones luminarium secundum regulas,

las, & aphorismos in speciali capite circa hoc infra ponendos, & ita de quartis illis iudicandum, vt v. g. consideratis Planetarum statibus in ingressu solis in ♋, & in præcedente, & subsequente secundum status proferendum de vere, ita similiter consideratis ingressibus in alia quatuor puncta cardinalia cum suis præcedentibus, & subsequentibus iudicandum de æstate, autumno, & hyeme.

Considerandus etiam est Dominus anni an beneficus, vel maleficus, cum quibus planetis configuratus bono, vel malo aspectu. Cum qua latitudine. In qua Cæli parte descendente, vel ascendente. In qua Domu, & signo reperiatur, & per aphorismos infra tradendos cum de Domino anni taliter discurrendum. Vtius intuendum, à quo dictus Dominus anni primo discedat, ad quem primò accedat, namq; recessus à malefico, & accessus ad beneficium bonus est, quod si contrarium fiet, malus.

Notandum tertio, an annum præcesserit aliqua ecclipsis, cuius effectus futuri sint in dicto sequenti anno, cum ecclipsis effectus non semper statim, sed post multos menses soleant accidere, iuxta doctrinam infra habendam in capite de ecclipsis luminarium. Vel an ecclipsium directiones perueniant ad aliquem angulum, aut Planetæ figuræ annui ingressus in puncta cardinalia, præcipue in Aritē.

Quarto notandum etiam maximè est, an eo anno contingat magna aliqua superiorum planetarum coniunctio, vel directiones coniunctionum magnarum perueniant ad ioca ecclipsium principalia, vel an figura ecclipsis, aut ingressus solis in prima puncta inter se conueniant, quia tunc signum est renouanda fore significata illarum magnarum coniunctionum.

Notandæ sunt præterea figuræ menstruarum lunationum, & iuxta dispositionem illarum discurrendum de tota illa quarta. Vtius singulis diebus inspicere aspectus planetarum ad inuicem, & cum luna. Qui planetæ sint retrogredi præcipue illi, qui significatiui sunt in dicto tempore. Qui directi. Qui stationarij. Qui in Apogeo. Qui in Perigo, eccentrici, vel epicicli. In quibus Cæli domibus, in quo signo, & gradu signorum. In cuius planetæ termino exaltatione Facie, vel triplicitate. Cum quo sint in receptione mutua. Cum quibus fixis stellis sint coniuncti. Quæ stellæ fixæ sint in angulis. Cum quo planeta luna post coniunctionem, oppositionem, aut quadratum ineat aspectum, nam si applicat primò ad humidos,

tem.

tempus ad humiditatem impellit, si ad siccos ad siccitatem. Circa ortum autem stellarum tam cum sole, quam cum alijs planetis considerandus est tam ortus matutinus, quam vespertinus, sicut etiam occalus tam matutinus, quam vespertinus, sicut & stellæ cœlum mediantes, pro quibus omnibus speciales extant aphorismi. Vbi etiam notandum quod dum fuerint calidi, & humidi planetæ cum stellis calidis, & humidis, ac in signis similibus turbulentum, estuofum, vel humidum, (vt sunt ista corpora coniuncta) reddunt aerem.

Viterius consideranda est regio in qua prædicendi sunt effectus, nam cum planetarum influxus proportionatum requirat subiectum, si hoc in talibus regionibus non est, vt subministretur materia, non euenient omnia significata illius planetæ.

Quæ namque regio, & terræ pars sit ventis, fulminibus, alijsque impressionibus meteorologicis subiecta, vide in principio meteorologiæ seu naturalis philosophiæ.

Item in ferendo iudicio de aspectibus Planetarum consideranda est anni quarta, namq; Saturnus v. g. hyeme auget frigus cum niuibus, & alijs; vere autem non tantum, sicut nec in autumnno vigoretur, quia ipsius actio aliquantulum retunditur à qualitatibus ipsarum quartarum. In æstate verò minuet calorem, & sic proportionaliter discurras de reliquis. Et quidem totum hoc obseruandum multo diligentius erit in iudicio de genitliacis in consideratione de temperamento corporis, ex quo reliquorum gentiliacarum quæstionum pendet iudicium, nam cum cælestium actio immediatè tantum in temperamentum feratur, & indè mediatè in actus internos (vt supra ex S. S. P. P. ostendimus) idcirco illo non benè considerato reliqua infalsitatem incidere necesse est, cum causæ formalis variatio effectus quoq; diuersos causet; variato namq; calore, quem darent tales Planetæ in frigus, effectus quoq; illius variabuntur.

Considerandus quoq; est singulis diebus quando accedat luna ad radios Planetę, qui est dominus thematis illius lunaris, annui, vel mensui, quia tunc præcipuè accident significata illius Planetæ iuxta aphorismos explicantes vim dicti illius aspectus Planetę cum Luna, nisi tamen à contrarijs potentibus impediatur. Sic etiam considera aspectum Lunæ cum Planetis angularibus, cum aspectus iste sit interpotentes, & consequenter valde significatiuos. Aspectus etiam istos per diurnos transitus, & profectiones Lunæ cum domino natiuitatis,

tis, & cum participante, item cum planetis angularibus maximè efficaces inueni ad huc ego in genitlicijs considerationibus, ita quod adeò efficaciter operati sint, ac si esset specialis illorum directio.

Consideratione etiam non indignum puto id quod communiter docetur, redire scilicet post quadriennium easdem vices, ac mutationes, cum tunc facta diei intercalatione annus politicus penè quo ad ortum, & occasum, & mediationem stellarum fixarum cum Sole cōsentiāt, nec luna longè ab opposito prioris loci peracto quadriennio existat, cumq; istorum omnium actio maximè efficax sit in aeris mutationibus, indè eadem occurrent mutationes.

Hæc quidem omnia sunt, quæ communiter obseruanda præci-
piuntur.

Considerandi autem, præter omnia hæc enumerata erunt quidam non omnibus noti aspectus, quos maximè, & in genitliacis, & in aeris mutationibus efficaces reperti sunt, ex quo non recentiorum Astrologorum figmenta, sed veros, ad fundatos esse colligitur, sicut enim experientia comprobauit aspectus sextiles, quadratos, trinos, & oppositiones, veros, ac reales aspectus esse, ita quoq; experientia comprobata opinione, veram esse demonstrabit (nouos dixi Planetarum aspectus) non quod veteribus, & sapientioribus non sint cogniti, sed nouos dicam apud communem Astrologorum turbam. Nouissimè quidem à P. Titti in sua physicomatematica dilucidatos, utq; de negotio hoc certior ipse efficerer, præter alios consuli R. P. D. Paulum Antonium Ranzeum in præsentem meritissimum S. Barbatiani de Bononia Priorem, utpotè non tantum in Theologicis, sed præcipuè in Astronomicis versatissimum, qui efficaces quoque huiusmodi aspectus in pluribus se adinuenisse testatus est. Præter hos sapientissimos quoq; multos alios inuenio auctores de aspectibus istis pertractantes.

Ioannes namq; Fernelius de aspectibus sic scribit. Planetas, cunctaq; sidera tum lumen, tum virtutes occultas orbiculariter (solis exemplo) transmittere, naturalis ratio dilucidè manifestat, à quouis idcirco fidere infiniti proijciuntur radij, quorum qui valentioris, efficaciorisq; virtutis comperti sunt, mouentur inter cæteros aspectus nuncupari; ij autem si ampla dictionis vtar appellatione quinq; sunt, Coitio, Hexagonus, Tetragonus, Trigonus, & Oppositio, at si proprius loquendum est coitio haud quamquam illis est annumeranda.

Macrobius de ijsdem aspectibus dicit. Certi sunt numeri, per quos inter omnia, quæ sibi conueniunt iunguntur, & aptantur fit iugabilis competentia, nec quicquam potest alteri, nisi per hos numeros conuenire. Sunt autem Epitritus, Nemioli, Epogdius, Duplaris, Triplaris, Quadruplaris. De Epitrito nascitur diatesseron, de Hemiocho diapente, de Duplari diapasos, de Triplari diapasos diapente, de Quadruplari disdiapasos.

Thomas Odericus in quodam suo Opusculo dicit. Sextilem habere proportionem dissoni, Trinum cum diapente, Quadratum cum diatesseron, & Oppositionem ad septimam dictam heptacordum.

Nicolaus Duret cap. 3. suæ Astrologiæ specialis fol. 89. sic scribit. Recentiores addunt alios aspectus, namque Octilem, vel Sequadrum 45. grad. Quinquintilem 150. grad. Quintilem 72. Tridecilem, seu Sesquintilem 108. Biquintilem 144. grad. & Semiquintilem, seu Decilem 36. gradibus constantem, sed cum de eorū efficacia præcepta varijs experientijs comperta nondum tradantur, los meritò relinquendos censuimus.

Ioannes Keplerus in suis Ephemeridib. anni 1617. meminit horum aspectuum nouorum, vt Semisextilis, Decilis, Octilis, Quintilis, Tridecilis, Biquintilis, & Quincuncis, seu Quinquintilis, varias aeris alterationes illis attribuens.

In introductione verò, seu instructione super noua Ephemeridis forma cap. 4. scribit aspectus nouos tres addidi Semisextum, Quintilem, & Biquintilem, idq; in omnibus Planetis præterquam in Luna, & infra cum diligenter attenderem ad dies, in quibus Quintilis, Biquintilis, & Sesquadrus aspectus contingunt, quoties Soli accidebāt, animaduerti creberrimè Quintilem, & Biquintilem efficaces esse, interdum etiam Sesquadrus se se prodere videbatur &c. De Semisexto, quamuis illi nulla respondeat diuisio monochordi harmonicæ offerre se crebas, & clarissimas attestaciones vltro non quæsitæ, quippe inopinatas vltro mætas harmonicas ignoratis initio causis fideliter monui &c. poterunt circumspicere, & pollentes iudicio obseruare tridecilem, & sesquintilem 108. grad. coriphæum 83. inter secundarios leuis armaturæ milites, nam decilis eius socius gr. 36. nimium vicinior est semisexto forti grad. 30. eoq; & obscurior eius vis (natura maioribus in propinquo stimulis occupata) & difficiliter obseruatio ob dierum vicinitatem.

Non dissimulo iam semel, atq; iterum mihi tempestates obseruanti visum esse etiam quincuncem gr. 150. validum admodum.

Nouis his Planetarum aspectibus addere, & imponere volui novos characteres cum suis gradibus.

Sunt igitur characteres nouorum aspectuum.

☼ g. 30. semisextus, semisextilis, & duodenus.
 ◊ g. 36. semiquintilis, & decilis. ◻ g. 45. semiquadratus, octogonus, octilis, semiquadrus, & sequadrus. ✚ g. 72. quintilis. ✚ g. 108. sesquintilis, seu tridecilis. ☐ g. 135. sesquiquadrans, sesquadrus, sesquitetragonus, & trioctilis. ✧ g. 144. biquintilis. ✚ g. 150. quinquintilis, qui nunc aspectus ad sextum, & quadros sextus. Istorum autem omnium aspectuum significationes infra sigillatim in singulis Planetis inuenies.

In istorum autem, sicut & in reliquorum aspectuum consideratione, intuendum est an aspectus isti sint dextri, vel sinistri, nam dextri efficaciores sunt sinistris. Item an aspectus isti sint platici, vel partiles, quia partilis vtpotè adæquatè correspondens efficacior est placito. Omnes autem istas circa aspectus considerationes, nedum circa aeris mutationes, verum etiā in genitliacis multò magis erunt ponderandi, cum euentus quosdam, quos inopinatos vidimus contigisse, ab istis fuisse originatos ex directionibus experti simus. Et si autē omnes aspectus isti à nobis assignati sint veri aspectus, vt optimè, dixi, à P. Titti demonstrari, non omnium tamen experti sumus effectus, sed tantum aliquorum; & tantum fælices comprobauimus sextilem, quintilem, trinum, biquintilem, infelices quadratū, sesquiquadrarum, & oppositionem, & autem est indifferens iuxta naturam Planetarum coniunctorum. Ad cognoscendum ergo qualitates aspectuum, considerata est assignata distantia, namque non

omnis Planeta positus cum quocunq; gradu in Leone dicitur aspice-
re de sextili Planetam positum in Libra, sed requiruntur distantiae
illae mox assignatae, .i. 60. grad. ut sit partilis aspectus, ut verò sit
platicus requiritur si facta differentia inter illos in ordine ad 60. gr.
illos non excedant medietatem orbis illius Planetæ, v. g. Sol sit di-
stans à ♄ 52. dicitur esse in aspectu placito cum ♄.

Uterius considerandi sunt aspectus paralleli in mundo, quos effi-
cacissimos esse probare potest unusquisq; consistunt autem isti inæ-
quali distantia ab aliquo cardine, seu quando eundem habent cir-
culum positionis, ut v. g. Planeta constitutus in 11. est parallelus al-
teri constituto in 9. quia æqualiter distant à cardine 10. eundemq;
habent positionis circulum, sic etiam Planeta in 12. cum Planeta in
2. quia æqualiter distant quoad situm à 1. sic etiam Planeta in 11. &
Planeta in 3. idem namq; polus inferuiens 11. pro construenda cœ-
lesti figura via ptolemaica videtur esse 11. & 3. ita 5. & 3. quia
æqualiter distant à cardine imi cœli, 8. & 6., 9. & 5. quia æqualiter
distant à cardine septimæ, pro quibus exactiorem qui habere cupit
cognitionem consulat P. Titti in sua Physiomatica lib. 2. c. 9.
ubi multa adducit exempla ostendentia directiones peruenientes ad
parallellos maleficorum mala multa induxisse, ut in genituris Henri-
ci 3. Gallorum Regis, Cardinalis Borromæi, Caroli Filij Regis Hy-
spaniarum &c. De his parallelis ut generalis regula de eorum signi-
ficatis possit haberi, sciendum ad parallelum malefici accedentis
malum esse, contrarium verò si erit, expecta bonum iuxta naturam
illius ad quem accedit, ut si Luna accedat ad parallelum ♄ malum,
si Iouis bonum. Sic enim si Luna in 12. & Saturnus in 9. & Luna ac-
cedat ad 11. dicitur accedere ad parallelum malefici, & sic de reli-
quis efficaciores autem iudica parallellos magis propinquos, quam
distantes, sic efficacior est parallelus 9. & 11. quam 11. & 3. vel 9.
& 5. & sic per similitudinem de reliquis, quia cum in illis primis ra-
dijs sint propinquius commixti, quàm in secundis efficacius ostendunt
vires suas. Insuper dum vnus planeta in themate est in parallelo alte-
rius malefici malus, benefici bonus, & ita se habet, ac si ab ipso ma-
leficiatur; & dum Planeta aliquis est inter duos Planetas parallellos
dicitur obsessus ab illis, & iuxta naturam obsidentium iudica, & qui-
dem non solum quoad statum aeris, sed etiam quoad gentiliaca, &
inspice à quo defluit, & ad quem accedit, namq; recessus à benefi-
co,

co, & accessus ad maleficū malus est, è contra verò si contrariū fiat.

Insuper considerare debemus aspectus, quoad Mundum, nam non omnis aspectus Quadratus, vel Sextilis, quoad primum mobile, idem seruatur quoad Mundum, nam 4. domus est in □ cum 1. item 10. cum 1., 1. opposita 7. & sic per similitudinem de reliquis, non sic tamen contingit esse quoad Zodiacum, namq; si Planeta sit in 7. (sed sit in ♄) in prima autem adsint ♄, aspiciet quoad familiaritates Mundi de ♄ primam, at non quoad Zodiacum, in hoc igitur casu vnde dependet totum iudicium Astrologicum, à paucis ponderato, discurrendum tunc futuros actu effectus illius Planetæ, aspicientis de aliquo aspectu quoad Zodiacum alium Planetam, quando fuerint ad aspectus, quoq; quoad Mundum, namque familiaritates in Mundo sunt causa qualitatum actualium Planetarum, in Zodiaco verò virtualium, ac proinde si vterq; aspectus non adsit, esto sit quoad Zodiacum, non multum dubitandum, vel gaudendum de bono, vel malo illo aspectu, nisi ibi per transiūs, aut reuolutiones, aut directiones accessisse conspiciatur.

Hæ sunt quæ tanquam necessarijssima in iudicijs Astrologicis iudicanda fore putauī, vt omnis vitetur error. Vt autem facile possit paucis tantum dictis ad omnia se extendere in principio apponere, me disposui, omnia Planetarum, signorum, ac domorum cœlestium significata, tam dum fortunati, quam dum infortunati, & secundum se quid, & quibus singuli Planetæ influant, vt his cognitis statim prudens Astrologus, tam pro genithiacis, quam pro aeris mutationibus accomodare possit illa, quod idem dicas de natura domorum, & signorum, & aliorum effectuum, qui à Planetis causantur, quæ autem dicimus de Planetis, idem dicendum de fixis stellis participantibus naturam illorum. Primo tanquam communem suppono diuisionem Zodiaci in 12. signa, .i.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓
Aries, Taurus, Gem. Canc. Leo, Virg. Lib. Scor. Sagg. Capr. Aqu. Pis.
Primo dominatur ♂ Mars, 2. dominatur ♀ Venus, 3. dominatur ♄ Mercurius, 4. dominatur ☾ Luna, 5. ☼ Sol, 6. Mercurius, 7. dominatur Venus, 8. Mars, 9. dominatur ♃ Iuppiter, 10. ♄ Saturnus, 11. Saturnus, 12. Iuppiter.

Hæc 12. signa in 4. quadrantes diuiduntur, prima tria indicant tempus vernale, dicitur puerilis, aterius, sanguineus, calidus, & hu-

Heluetia, Rhetia, Franconia, Parthia, Pœrſia, Cyclades, Inſulæ inter Europam, & Aſiam iacentes, Cyprum, & maritima Aſiæ minoris loca, item ex Urbibus, Bononia, Senæ, Mantua, Tarentum, Lucerna, Nacernum, Metis, Herbipolis, Caroloſtadium, Lipſia, Panormum, Peruſia, Girona, Badaoz, Aſtorga, Brixia, Tigurum, Parma, Caput Hyſtriæ, Sicilia, Poyna, Poſnania, Gnoſna, Nouoguardia, Planum, Sinigallia, Salernum, & alij Neapolim. Sub II Sardinia, Longobardiæ pars, Flandria, Brabātia Vuitembergi Ducatus, Hircania, Armenia, Martiana, Cyrenica, Marmarica, Ægyptus inferior, in Hyſpania Corduba, Viterbum, Cæſæna, Turinum, Vercellæ, Regium, Louanium, Flandriæ Brug, Londinum, Maguntia, Kitzingia, Hanfordia, Bambergæ, Villacus, Norimbergia (quamuis eam Sconerus, & Cardanus ſub ϵ collocent, Garceus tamen rectius demonſtrat. Sub II collocatur Villacus, Tridentum, Corduba, Cerdeda, Madrid, Inſula de los Azores, Siguentia, Zalauera, Moruiadrū. Sub ϵ ſunt Scotia, Granata, Burgundiæ comitatus, Hollandia, Selandia, Frigia, Pruſſia, Numidia, Bithynia, Affrica, Colchis, Carthago, Conſtantinopolis, Tuncum, Venetiæ, Mediolanum, Genua, Luca, Piſæ, Vincentia, Treueris, Suberum, Barcinonum, Liſbona, S. Iacobus, Saragutia, Longronum, Burgos, Cantatria, Cælona, Brema, Eboracum, S. Andreas, Lubecum, Magdeburgum, Gorlitzium. Sub ζ continentur Gallia Togata, Alpes, Italia, Apulia, Boemiæ regnum, Turciæ pars, Aleſſandria Ægypti, Cuſentia, Cuntro-
nium, Barolum, Æmilia, Orchinia, Sabina, Phænicia, Chaldea, Damascus, Roma, Syracuſa, Aſcolum, Tianum, Barium, Auerſa, Caieta, Sueſſa, Biſignanum, Meſſina, Panormum ponunt alij, Trapanum, Capua, Beneuentum, Altamura, Nicaſtrum, Terra noua Calabriæ, Materium, Rauenna, Cremona, Vlma, Confluentia, Praga, Bituntium, Lintzium, Cremiſium, Lugdunum Hyſpaniæ, Mantua. Sub η Achaia, Græcia, Croatia, Carinthia, Meſopotamia, Athæſina, Crætæ inſula, Athæniensis ducatus, Rodus, Galliæ, Comatæ pars, Rheni pars, Meſopotamia, Babilonia, Affiria, Sileſia inferior, Corinthus, Nouaria, Aretium, Cumæ, Brunduſium, Papia, Sygina, Lugdunum, Tholoſa, Luthetiæ Pariſiorum, Baſilea, Heydelberga, Erfordias, Vratiſlauia, Brandenburgum, Toletum, Aui-la, Læridæ, Alicantes, Algerica, Sion, Hyeruſalem. Sub θ Auſtria, Alſatia, Liouonia, Sabaudia, Delphinatus, Caſpia, Thebadia, Seres, Thuſcia,

Thufcia, Bactriana, Oasis, Trogloditua, Sundgauia, Olyfiponis, Arelatus, Caieta, Lauda, Sueffa, Placentia, Feldkirchius, Friburgus, Brisgoia, Argentina, Heilbrunna, Spira, Francfordia ad Mænum, Hala Suevorum, Vuimpena, Frifinga, Mospachius, Landshuttus, Vienna austriae, Antuerpia.

Sub ♁ Noruegia, Bauaria superior, Metagonitides, Comagena, Cappadocia, Idumæa, Mauritania, & Regnum Feflanum, Getulia Cathalonia, Algera, Valentia Hyfpaniae, Trapezuntus, Vrbinus, Aquilegia, Pistorium, Camerinum, Taruifius, Forum Iulij, Melfana, Vienna, Aichftadium, Monachum, Gedanus, Froncofortus ad Viadrum; sub ☿ Hyfpania, Dalmatia, Iclauonia, Vngaria, Morauia, Mifnia, Celtica, Thirronia, Arabia felix, Toletum Hyfpaniae, Volaterræ, Narbona, Auenio, Mutina, Colonia Agrippina, Iturgardia, Rotenburgus, Indenburgus, Budea, Cafcouia. Sub ♀ Macedonia, Illyrides, Thracia, Pdoſſina, Albania, Bulgaria, Græcia, Maſouia, Lituania, Saxonia, Haſia, Thuringia, Marchia ſtyſtæ, Orchades Inſulæ, India, Ariana, Gedroſia, Iuliacus, Cleuonia, Berga, Mechlinia, Gandauus, Oxonia, Vilna, Brandenburgus, Auguſta Vindelicorum, Conſtantia, Derthona, Fauentia. Sub ☿ Amazonia, Sarmatia, Tartaria magna, Vualachia, Ruſſia rubea, ſeu Moſcouia, Suecia meridionalis pars, Vueſtphalia, Meſellani, Pedemon-tius, Bauariae pars, Aethiopia, Oxiana, Sogdiana, Media, Arabia deſerta, & petrea, Hamburgus, Brema, Monferratus, Piſaurus, Tri-dentum, Salisburgum, Ingolſtadium. Sub ✕ Cilicia, Calabria, Por-tugallia, Galitia, Phania, Narmandius, Maſamonia, Lybia, Ga-ramantes, Lydia, Pamphylia, Aegiptus ſuperior, Alexandria, Siui-lia ſiue Hyſpalis, Compoſtella, Parentium, Rothomagus, Vuorma-tia, Ratisbona; ſub quo etiam putat Cardanus collocari Mediola-num. Signa Tropica Rebus publicis dominantur.

Quoad partes corporis quibus ſigna dominantur, ſic ordinantur, ☿ dominatur capiti, faciei, & partibus capis, oculis, dentibus, nari-bus, alij. q; corporis membris, ac proinde, ſurditatem, cæcitatem, neuos in facie, vulnera, aliaq; mala ſimilia maleſicus dum eſt, ſigni-ficat ☿ collo, ceruici, gutturi, voci, horumq; morbos cauſat, ſci-licet anginam, ſcropholas, botium gulæ, aliaq; colli infirmitates, ☿ dominantur brachijs vnde dant brachiorum, manuum, & ſpatu-larum ægri-tudines ☿ pectori, præſtat ægri-tudines omnes Tho-racis,

racis, tusses &c. ☿ à furcula pectoris vsq; ad vmbelicum, scilicet cordi, stomacho, dorso, vmbelico, lateribus, diafragmati, infirmitates ergo dat in illis, scilicet stomachi affectiones, & dolores præcordium. ♀ ventri inferiori, intestinis, vnde dat ventris, & intestinorum dolores. ♀ lumbis, vmbelico, renibus, fæmoribus, naribus, vesicæ, datq; mala in istis. ♀ pudendis, & ano, dat fistulas, cancras, vitia vrinæ, excalfactiones, hemorroides, & similia. ♀ coxis, & fæmoribus, vnde præstat dolores in his, sciaticam, & alia. ♀ genubus, & popliti, & mala in his. ♀ tibijs, & cruribus, podagras, aliasq; causat pedum ægrotudines ☿ pedibus vnde dolores, in illis.

Hæc igitur sunt signorum infirmitatem significatiuorū influentia, vnde cognito signo domus 6. ipsius domini, & planetarum male 6. aspicientium, facile sit infirmitatum species indagare, sicut etiam ex qualitate signorum 8. domum occupantium, eiusq; domini, & planetarum male aspicientium maleficorum, vel in ea positorum cognoscere genus mortis. Dum corporis formam habent significare cælestia signa, nō ex Zodiaci signis tantū significationē desumimus, sed ex signis 8. sphaeræ, non verò ex deucatemorijs, vt ex Ptolomeo docet Cardanus. ♀ colorem præstat album, cum subrubro, collum oblongum, paruas aures, paruaq; crura, capillos crispas, obliquum visum, figuram conuenientem, staturam mediocrem, & in primis gradibus crassum, in vltimis macilentum. ☿ præstat ruffum colorem, nares amplorum foraminum, grossum collum, nigris, & crispis capillis, voce rauca, & staturam vt ♀ præstat. ♀ optimam præstat corporis temperiem in omnibus, sed staturam, ac grossitudinē diuersam ab illa ♀ mixtos capillos, pulcraq; manus, & aliquantulum pallidum m. ☿ breuem staturam, pallidum, magros. ☿ flauos capillo, faciem grauem, acutum nasum, magnum corpus, oculos magnos lineceos, vultum malignum, & ferocem, quoad grossitudinem vt de ♀. ♀ proportionatum corpus, faciem decentem, & blandam colore nigricantem, nisi à ☿, vel ☿ impediatur. ♀ dat quoq; formosam staturam, proportionatos, & mediocres, quoad temperamenti dotes. ☿ colore ornat cinericio parua facie, & oculis, densos, sed rufos capillos, membra non proportionata, longos pedes, & aliquando si maleficorum accedant testimonia, turpem. ♀ in prioribus partibus albū natum, flauosq; producit, ornatum subtilibus capillis, longaq; barba, & voce pulchra, contrarium verò in posterioribus partibus ipsius.

ipſius. ꝑ facit ſiccum, parvæ ſaturæ, faciem longam, & ſubtilem ad ſimilitudinem capræ, vocem mediam, nigram barbam, acuto mento, & nigri coloris cum viredine, breui ſtatura, vno tamen crure alio ſæpè elatiori, grandi, liberaliq; animo, ſuavi voce. X magnam gravemq; faciem, ſaturæ potius brevis, oculos rotundos, pulchram barbam, albos capillos, amplum pectus, vocem ſubtilem, plerumq; faciem maculâ deformatam. Atq; hæc ſunt ſignorum qualitates cauſantium in aſcendente, vel in quo dominus aſcendentis eſt, aut Luna ſignificata, vt facilè ſit corporis formam indagare; habito quoq; reſpectu ad planetarum in horoſcopo dominantium proprietates. Explanatis igitur ſignorum proprietatibus, ex qualitatibus eorum deſumptis, ad planetarum naturas, & effectus accedimus explicandos.

C A P V T S E C V N D V M.

De Planetarum natura, proprietatibus, & bonis, malisq; eorum effectibus.

IN præſenti de Planetarum ſecūdum ſe (dum ſignificatores ſunt) proprietatibus explicandis initiū ordimur, vt relictis tot Aſtrogorum filaterijs, ac ſophiſticationibus, ex eorum qualitatibus omnibus notis, reliqua ordiamur, ipſisq; cognitis, facilè erit cuiq; etſi Tironi, illis per ſimilitudinem, & proportionem omnibus accomodare, quæ autem hæc ponimus, dicimus ex effectibus ad quos inclinare, vel vt melius dicam indicare, ſeu occaſionare poſſunt tales qualitatū temperies, nam excitans, v. g. calor iras, indè ſi occaſio aſſeſſet, poſſet ſequi bellum, vindictæ &c. quæ omnia prudens quiſq; ſuo arbitrio, & arte vitare poteſt. Primum exordium à ♄ ducimus. Saturnus propè firmamentum vltimo loco ſituatus manet, eſt maſculinus, diurnus frigidus, & ſiccus, ac proinde humanæ naturæ deſtructiuus, vtpotè corruptiuus humiditatis, & caloris, quibus animantia conſeruantur, & alijs qualitatibus deuſtat omnia, non tamen negandum eſt in ſe quoq; aliquid caloris retinere, aliter per ipſum non poſſent multa animalia, quibus dominatur, conſeruari, vt ſunt ſcorpiones, ſerpentes, ſcarabei, viperæ, araneæ, herbæ fætidæ, glandæ, rutæ, cæpa, cæruſa, collochintides, aliaq; multâ, & ſolus, & com-

& commixtus generat metalla. Subijciuntur Saturno, taciturni, senes, melanconici, profunda cogitantes; namq; ipse dum significator alicuius fuerit, vel dominus, aut fortis in angulo, inclinat sibi subiectos ad agriculturam, fructus terræ, ædificationem, architecturam, fodinas metallicas, arcana naturæ inuestiganda secreta, res antiquas, profundas cogitationes, seueritatem, memoriam tenacem, obstinationem in suis opinionibus, inclinationem ad loca obscura, deserta, aliaque melanconica præstat, retardat in negotijs bona consultationis ob profundam cogitationem, sed cum timore, denotat stabilia, fundos, ædificia, parsimoniam, ac tenacitatem diuitiarum, dum ipse dispositor est formæ, & staturæ corporis solus, ac fortis secundum Ptolemeum à Zaniardo citatum, facit hominem corpore gracili, staturæ moderatæ, coloris mellis, capillorum nigrorum in capite spissorum, oculorum mediocrum, estò aliqui dicant inducere colorem fuscum, dum orientalis dat colorem flauum, tardè incedentes. Si fortis, ac benè affectus est cum augmento Lunæ crescentis natus erit, elati animi, boni consilij, providè maturi, fidelis, magis se ipsum diligens, pauci cibi, & potus, laboriosus, cogitationibus plenus, & anxius in suis negotijs, omnibus charus, modestus, non inuidus, cogitabundus, sed non mæstus, paucitulus, grauis, versabitur circa terrea &c. Hæc namq; bona præstat dum fortunatus est, hoc est in angulo, dignitate, termino, exaltatione, facie &c. in bono aspectu bineficorum, liber a ☿ radijs. At si infortunatus ipse fuerit, hoc est in succedente, in malo aliorum aspectu, malefici, termino, aut facie, in suo casu, vel detrimento omnia his bonis opposita significat, malitiam autem intrinsecam semper retinet, proinde facit homines, timidos, pallidos, humilia cogitantes, quæculos, negligentes, fugientes lucem, & amantes solitudinem, melanconicos, turpes, suspicaces, metuentes insidias, pigros, austeros, & alia mala similia, hi namq; sunt melanconia effectus. Infirmities quas præstat, hæc sunt, febris quartana, paracelsis, catharrus, hydropefis, ectica, podagra, elephantiasis, morphea, cancerus, passio splenica, alijque morbi frigidi melanconia, passio dextræ auri, vesicæ, ossibus, cartilagini, & ligameatis, quorum autem animantium statui minetur ☿ suas infirmitates, considerandus est, vt in generali lunationum iudicio, nam in humanis existens minatur hominibus, in færis nocet bestijs, & semper considerandus est status Planetarum ex signis octauæ sphaera, non autem autem primi mobilis tantum.

Iuppiter planeta 2. locū post ♄ tenens dicitur fortuna maior, & beneficus, calidus & humidus, salutaris, & masculus, dum dispositor est formæ corporis fortunatus, & orientalis dat albedinem declinantem ad aureum colorem, oculos nigros, frontem altam, & magnanimam, cum pupilla aliquando lata, & gratiosa, reuerentia dignam, & amore, barbam rotundam, & aliquantulum crispam, capillos moderatos, staturam mediam, figuram stabilem cū oculis ad terram, graue cum quadam moderatione, magna curantem, ordinatē viventem; dum verò est occidentalis, & infortunatus, facit homines albos cum capillis duris, mediocris staturæ, caluos, valde humidos, nigredinem habebunt in aliquibus dentibus, non magni capitis, cum curtis naricibus non implentibus filum nasi, fucatos, molles, & simulatos, timidos in actionibus, inuerecundos, contumaces, negligentes. Dominatur quamplurimis ab alijs notatis. Ex membris humanis dominatur iecori, sanguini, pulmōni carni, &c. Eius infirmitates sunt anginae, pleuritides, Peripneumonia, apoplexia sanguinea, tertiana, sanguinis abundantia, passio cardiaca, aliq; morbi a flatibus, & sanguine orti; & quoniam temperamentum calidum, & humidum pueris præcipuè conuenit, idcirco illis maximè nocet. Hæ sunt Iouis proprietates ex ipsius qualitatibus ortæ, quæ optimum constituunt temperamentum, quod si per infortunationem perturbetur, velut incompositum organum bonos diminuit, & inconcinnos generat influxus.

De Martis proprietatibus, & natura.

Mars orbem suum apud Iouem possidet, masculinus est, & nocturnus, infortuna minor, immoderatè calidus, & siccus, omnibus sua vredine nocuus, non tamen omni caret bonitate, sed dum fortunatus est, ac orientalis subrubrum præstat colorem, bonam, & sufficientem carnem, oculos varios colore, spissos capillos, & mediocres, aliquantulum rubeos, rotundam faciem, maculā in pede dextro dat, facit generosos. Infortunatus autem, & occidentalis facit arrogantes, breuis vitæ, malè regentes sua, aliena, & propria destruentes, & aliena desiderantes, ebriosos, iracundos, dum ad rem perueniunt timidos. Infirmitates quæ à ♂ causantur, sunt herisipela, hemicranea, putredines, febres acutæ, abortus, ruptura venarum, inflammationes sanguinis, aliq; mala ex hac causata, colera, impatientia, signa per corpus nascentia, aliq; mala ex colera gialla orta, mala in aure sinistra, renibus, felle, bili, intestinis, ano, in incessu faciunt longos passus, pericula dat ex igneis, rixas,

rixas, & contentiones, & similia.

De Solis significationibus.

Sol planeta masculinus est, diurnus, calidus, & siccus, medium inter cœlestes orbes locum tenens, infortuna est per corporale coniunctionem, sed aspectus ipsius sunt fortunati, & dum fortunatus est, dat claritatem ingenij, nobilitatem, maiestatem, & liberalitatem, candentem colorem, caput magnum, faciem rotundam, oculos magnos, capillos extensos, vocem subraucam, mediocrem staturam; multo magis si coniunctus sit cum domino natiuitatis, per quas qualitates multos euehit, Dominatur in corpore oculo dextro, in eisq; spiritali sanguine contento, regit spiritus, & potentias vitales. Infortunatus, ac debilis bona illa diluit, ac imperfectos reddit. Infirmitates, quæ ab ipso causantur, hæ sunt, oculorum defluxio, morbi calidi, & sicci, sed non orti à bili, in temperies frigida, & humida, cordis, & ventriculi in oculo dextro in viro, in sinistro in muliere infirmitates. Dominatur etiam ex insensibilibus auro, carbunculo, & adamanti, lauro, cynamomo, lupino, electropio, homini, leoni, aquilæ, & delphino, &c. alijsq; fructibus videndis in cap. de annonæ fertilitate.

Venus est fortuna minor, fœmininus planeta, temperatè humidus, & calidus, beneficus, dum benè situata est, & fortunata semper dat bona iuxta significata domorum in quibus est, in effectibus Ioui assimilatur, dat musicam, delitias, uxorem, dotes, amicitiam nobilium fœminarum, luxum, affabilitatem, donationes ab amicis, res pretiosas, urbanitatem, pulchritudinem, conuiuia, delitias, amores, choreas, & similia delectabilia bona, delectationem in vestibus purpureis, fortunata facit quietum amatorem virtutis, & contemptorem vitiorum, iucundum, lætum, amicum verum, rixas fugientem, zelotipum, delectabitur in sono, comedijs, & similibus supra enarratis delectabilibus, fluent conseruationibus, & iuuentuti, verba dulcia, & mollia, dat nigros oculos, labia subtilia, multam carnem in facie, cum quodam colore subrubro, & albo, pectus angustum, & crura grossa, infelix vero significat id quod significat infortunatus ♀, molestationes omnes, & infirmitates, ac mæsticias, & turpitudinem in illis partibus corporis significat, quæ continentur sub signo, in quo ipsa reperitur, ut si in ♄, delectatur, & pulchritudinem habet gulæ, si fœlix, si infelix, contrarium dicito. Infirmitates eius sunt similes infirmitatibus mulierum, dat omnes morbos procedentes ab humiditate, dominatur venus gustui, olfactui, semini, vasibus seminarijs, ventriculo, & pudendis vtriusq; sexus,

dat gonorrhœam, inficit genitalia, renum restrictionem, ventri, vesicæ, & pudendis dolorem, morbum gallicum cum tormentis, & cruciatibus ab ipso, & morbis similibus quando est bene affecta, sed sæpè malè affecta cum dedecore.

Mercurius naturæ versatilis est, & materia prima meritò dici potest, cum bonis bonus, cum malis malus, qualitatesq; retinet iuxta naturam, cum quibus est coniunctus, verum ob nimiam vicinitatem cum sole siccus est, ipse fælix, & orientalis colorem dat mellis participantis de nigro, & citrino, cum oculis coloratis, quasi sint oculi capræ, magis quidem, & minus in colore dans, secundum quod magis propinquus, & partilis est aspectus planetæ aspicientis, staturam moderatam, oculos potius paruos, & intus pendentes, labia subtilia, dentes minutos, vocem subtilem, frontem angustam, & membra minuta, vivacissimi intellectus, & linguæ, facit in actionibus expeditos, sed volubiles, in oriente præterquam in ♄. & ♀ facit aptos, & accommodatos omnibus scientijs dum supra terram est, dat ingenium ad scientias, dum infra terram ad artes, cæterum cum sit versatilis naturæ inspicenda sunt singillatim ipsius significata iuxta configurationem cum planetis. Dum infortunatus est, & malè collocatus est, facit macilentos, citrini coloris declinantis ad nigrum. Item si à maleficis lædatur, defectuosos facit in humoribus, & si luna sit tunc malè collocata facit lunaticos, morbos contagiosos, vt lepram, & similes morbos, quos causat cum phrenesia, mania, melanconia, epilepsia, tussi, abundantia sputi, mentis, & animi inquietudine, terribiles cogitationes, parvipendentes magna, & parua æstimantes. Dominatur quoq; linguæ, spiritibus, digitis, nervis, sermoni, & phantasiæ.

☿ Luminare minus humidissima est, præcipuè in quadratura cū sole, quando terris est propinquissima, & excalefacit adiuta radijs solis est fæminina suam lucem à sole recipiēs, eius corpus varijs maculis pollutum conspectum est, natiuitatis habens dominium aliquod, aut causalitatem, vel ratione præsentiae localis, vel alterius dignitatis facit corpore grandeusos, proportionatos in membris, & pinguedine, multum comedent, sed parum bibent, colore albi, & rosei, cum quibusdam tamen maculis in facie, & quibusdam defectibus in oculis, facie rotunda, à ♄ cum sole est calida, & humida, à ♄ frigida, & sicca, à ♄ ad ♄ frigida, & humida, dum benè collocata est dicunt dare honorum consequitione, & diuitiarum, seruet leges, vestes diliget, res magnas investigabit, principum tractabit negotia, legatione fungetur, circa negotia

maritima, & aquatica faelicitabitur, vxorem, filiosq; diliger, ac honestatem seruabit, at omnia hæc tamquam astrologorum sophisticationes, sicut & multa hic tâquã ab alijs dicta vana reputo. Quod si infelicitate sit posita erit leuis in suis negotijs multa tentãs, & nihil resoluẽs, vagus, & inquietus in iuuentute, eius infirmitates sunt paraly sis, tortura, & commotio membrorum, aliq; morbi à neruorum obstructione, frigidityte, & humiditate, maculat corpus varijs signis, enervat viribus, hæbet oculos, inficit lepra, cruentat varijs plagis, paraleisia, malo in lingua, labijs, oculis, & membrorum distorsionibus; dominatur cerebro, eiusq; parti sensitivæ, oculo sinistro, pituitæ naturali multæ, aut paucæ, secundum quod ipsa est crescens, vel diminuens.

Vniuersaliter omnis planeta dominans iuxta naturam suam, & qualitatem trigoni quod occupat bona, vel mala auget.

Post hæc dantur nodi lunares, quorũ vnus dicitur nodus Boreus, seu Draconis caput ♀, alijs austrinus, & dicitur cauda ♂, primus est de natura Iouis, & Veneris, secundus de natura malefica ♄, & ♀. ac proinde significata illorum denunciant, cum hac tamen differētia, quod cauda cum bonis mala, cum malis minuit malitiam illorum.

Hæ sunt planetarum omnium significationes, vltra has quosdam planetarũ status consideramus; primò planetæ tres superiores dicuntur orientales à ♄ cum sole vsq; ad ♄. occidentales quando ab ♄ solem sequuntur, vsq; dum cum illo coniungantur, tunc verò contrariò modo se habet, venus autem, & ♄ orientales dicuntur, cum solem antecedunt ratione motus diurni, & manẽ antè solis ortum ascendunt; occidentales, & sinistri, quamdiu sequuntur solem, & vespere post solis occasum descendunt, liber à combustione dicitur, qui à sole abest plus 15. gradibus antè, vel retro, luna aucta lumine dicitur à ♄, vsq; ad ♄. minuta vero ab ♄. vsq; ad ♄. alij planetæ aucti lumine dicuntur quando sol ab ipsis recedit, vel ipsi à sole recedunt, minuti autem, quando vel ipse ad ipsos accedit. Item planetæ dicuntur sub radijs, quando non distant plus gradibus 17. à sole combusti cum non distant plus medietate suorum orbium, vt si tantum 7. distaret à sole infra 6. gradus, & non plus, sicuti ♄ dicuntur cõbusti, in corde solis dicuntur esse, quando non distant plus 19. minutis. Tardus motus est Planeta, cum diurnus eorum motus est minor suo motu medio, vt v. g. medius modus ♄ est g. o. 2. 10. si igitur in die faciet motus diffetentiam à die antecedenti vnus minuti, dicitur tardus motu, dum superat illa duo minuta, dicitur velox, dum semper manet in eodem motu, vt in die 10. & 11. nulla sit mo-

tus differentia, dicitur stationarius; quales autem sint isti motus medij planetarum, & quantum se extendant orbes planetarum inspicite in sequenti tabella.

| Medij motus. | | | Orbes planetarum. | | | Orbes stellarum fixarum. | | |
|--------------|---|----|-------------------|---|----|--------------------------|---|----------------|
| G | , | " | G | , | " | G | , | " |
| ♄ | 0 | 2 | 0 | ♄ | 10 | 0 | 1 | Magnitud. 7 30 |
| ♅ | 0 | 4 | 59 | ♅ | 12 | 0 | 2 | Magnitud. 5 30 |
| ♆ | 0 | 31 | 27 | ♆ | 7 | 30 | 3 | Magnitud. 3 40 |
| ☼ | 0 | 59 | 8 | ☼ | 17 | 0 | 4 | Magnitud. 1 30 |
| ♁ | 0 | 59 | 8 | ♁ | 8 | 0 | | |
| ♂ | 0 | 59 | 8 | ♂ | 7 | 0 | | |
| ♂ | 0 | 10 | 35 | ♂ | 12 | 30 | | |

Uterius datur planetarum receptio, quæ fit vel in mutuis domibus, ut si Mars sit in ♄ & Venus in ♀ vel ♄ in ♄, ♂ in ♄, quia ♄ est exaltatio ♂, ♄ vero ♄. Conformitas in sexu est, quando planeta masculinus occupat signum masculinum, femininus dum femininum. Vacuus cursu dicitur planeta, cum ab aliquo separatur, nec deinde applicat alteri, quod in luna maximè observatur. Dicitur planeta esse in suo Hayz, quādo planeta masculinus, & diurnus, de die est supra terram in signo masculino, nocturnus verò de nocte sub terra, & in signo feminino. Dignitates tribuuntur planetis duplicis generis aliæ essentiales, aliæ accidentales, & quantum quælibet importet cum suis numeris notatur, ut ex his detractis quoque debilitatibus notatis possit quisque potentiorē planetam elicere, indeque quis sit dominus arguere, namque planetæ in suis dignitatibus validiores producant effectus, quam in suis debilitatibus, malefici tamen peiores producant effectus, dum sunt debiles, bonos verò, dum fortes sunt.



Fortitudines, & debilitates Planetarum per numerum, quibus poteris cognoscere, quis Planetarum sit alio fortior, aut debilior.

FORTITVDINES.

DEBILITATES.

| | |
|-------------------------------------|---------------------------------------|
| Domus prima; vel decima. Domi- | Domus 12. & casus. Detrimentū, |
| cilium. 8 per corpus cum fortuna. | combustio. Obsessus ab infortunis. |
| na. Ductoria, & est dum Planeta | 8 cum infortuna. 8 cum stella de |
| est in vno angulo, & luminare quo- | natura infortuna. Peregrinus nul- |
| que est in vno angulo. 8 cum stella | lam dignitatem possidens. Vacuus |
| de natura fortunæ. Obsessus a for- | curfu, dum nulli se applicat. Eccli- |
| tunis. Singuli dant | 5 p̄sis luminarium, 8 cum ☿. Retro- |
| Directio. Domus 7. vel 4. Exalta- | gradatio. Singuli dant |
| tio. Applicatio fortunæ ex Δ. An- | Domus 8. 8 cū infortuna. Vadens |
| tiscium fortunæ. Singuli dant | 4 ad combustionem. Luminare intrā |
| Domus 11. vel 5. applicatio fortu- | terminos ecclipticæ. Antiscium cū |
| næ ex ✕. Receptio. Triplicitas, | infortuna. Singuli dant |
| gaudium in signo. Hayz, & est cō- | Domus 6. Applicatio infortuna. |
| formitas signi cū Planeta in tēpe- | Solus in aliquo signo, 8 cū ☿. Sin- |
| ramento præcipuè. Singuli dant | guli dant |
| Domus 9. Terminus. Gaudium in | Domus 2. Occidentalitas trium fa- |
| domo figuræ. Orientalitas trium | teriorum. Occidentalitas inferio- |
| superiorū. Occidentalitas inferio- | rum. Contrarietas Hayz. Descen- |
| rum. Conformitas quartæ. Alceu- | dens ab Auge. Descendens in me- |
| dens in septentrionem, vel ad Au- | ridiem. In via combusta. ☽ in II, aut |
| gem. Singuli dant | 2 in fine signorum. Singuli dant |
| Velox cursu. Facies. Domus 3. Au- | Tardus cursu. Minutus lumine. Mi- |
| ctus lumine. Gradus conformis se- | nutus numero. Singuli dant |
| xu. Auctus numero. Singuli dant | 1 |

Ultra has fortitudines, & debilitates planetis etiam in quibusdam Domibus, & signis gradus fortitudinis concedimus ob gaudium, quod in ipsis habent singuli planetæ, vt in præsentī tabula poterit videri, in quibus omnibus conspicitur, quæ sint domus, exaltationes, termini, facies, gaudium, detrimentum, & casus planetarum, ex quibus colligitur in eligendis dominatoribus, quis alio sit fortior tam in his dignitatibus enumeratis, quam etiam in alijs modò supra positis.

Tabula

Tabula dignitatum essentialium Planetarum secundum Ptoleum.

| Signa Zodiaci. | Domus Planet. in Zod diu- na, & no- turna. | Exaltatio | Triplicita- tes Plane- tar. & Pro- lemeum. | Tabula terminorum Planetarum se- cundum Ptoleum. | | | | | | | | Facies Planetarū suis ter- minis, & gradibus limitate. | | | Gaudium & domi- bus. | | Detrim. | Caus. | |
|-------------------|--|-----------|---|---|----|---|-----|---|-----|---|----|--|---|---|----------------------------|---|---------|-------|---|
| 1 | ♈ | ♌ | ♈ | 6 | 12 | ♈ | 20 | ♈ | 30 | ♈ | 10 | 1 | 2 | 3 | 3 | 1 | 1 | ♈ | ♈ |
| 2 | ♉ | ♍ | ♉ | 7 | 13 | ♉ | 17 | ♉ | 24 | ♉ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♉ | ♉ |
| 3 | ♊ | ♎ | ♊ | 8 | 14 | ♊ | 22 | ♊ | 27 | ♊ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♊ | ♊ |
| 4 | ♋ | ♏ | ♋ | 9 | 15 | ♋ | 23 | ♋ | 28 | ♋ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♋ | ♋ |
| 5 | ♌ | ♐ | ♌ | 10 | 16 | ♌ | 24 | ♌ | 29 | ♌ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♌ | ♌ |
| 6 | ♍ | ♑ | ♍ | 11 | 17 | ♍ | 25 | ♍ | 30 | ♍ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♍ | ♍ |
| 7 | ♎ | ♒ | ♎ | 12 | 18 | ♎ | 26 | ♎ | 31 | ♎ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♎ | ♎ |
| 8 | ♏ | ♓ | ♏ | 13 | 19 | ♏ | 27 | ♏ | 32 | ♏ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♏ | ♏ |
| 9 | ♐ | ♈ | ♐ | 14 | 20 | ♐ | 28 | ♐ | 33 | ♐ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♐ | ♐ |
| 10 | ♑ | ♉ | ♑ | 15 | 21 | ♑ | 29 | ♑ | 34 | ♑ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♑ | ♑ |
| 11 | ♒ | ♊ | ♒ | 16 | 22 | ♒ | 30 | ♒ | 35 | ♒ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♒ | ♒ |
| 12 | ♓ | ♋ | ♓ | 17 | 23 | ♓ | 31 | ♓ | 36 | ♓ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♓ | ♓ |
| 13 | ♈ | ♌ | ♈ | 18 | 24 | ♈ | 32 | ♈ | 37 | ♈ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♈ | ♈ |
| 14 | ♉ | ♍ | ♉ | 19 | 25 | ♉ | 33 | ♉ | 38 | ♉ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♉ | ♉ |
| 15 | ♊ | ♎ | ♊ | 20 | 26 | ♊ | 34 | ♊ | 39 | ♊ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♊ | ♊ |
| 16 | ♋ | ♏ | ♋ | 21 | 27 | ♋ | 35 | ♋ | 40 | ♋ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♋ | ♋ |
| 17 | ♌ | ♐ | ♌ | 22 | 28 | ♌ | 36 | ♌ | 41 | ♌ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♌ | ♌ |
| 18 | ♍ | ♑ | ♍ | 23 | 29 | ♍ | 37 | ♍ | 42 | ♍ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♍ | ♍ |
| 19 | ♎ | ♒ | ♎ | 24 | 30 | ♎ | 38 | ♎ | 43 | ♎ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♎ | ♎ |
| 20 | ♏ | ♓ | ♏ | 25 | 31 | ♏ | 39 | ♏ | 44 | ♏ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♏ | ♏ |
| 21 | ♐ | ♈ | ♐ | 26 | 32 | ♐ | 40 | ♐ | 45 | ♐ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♐ | ♐ |
| 22 | ♑ | ♉ | ♑ | 27 | 33 | ♑ | 41 | ♑ | 46 | ♑ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♑ | ♑ |
| 23 | ♒ | ♊ | ♒ | 28 | 34 | ♒ | 42 | ♒ | 47 | ♒ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♒ | ♒ |
| 24 | ♓ | ♋ | ♓ | 29 | 35 | ♓ | 43 | ♓ | 48 | ♓ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♓ | ♓ |
| 25 | ♈ | ♌ | ♈ | 30 | 36 | ♈ | 44 | ♈ | 49 | ♈ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♈ | ♈ |
| 26 | ♉ | ♍ | ♉ | 31 | 37 | ♉ | 45 | ♉ | 50 | ♉ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♉ | ♉ |
| 27 | ♊ | ♎ | ♊ | 32 | 38 | ♊ | 46 | ♊ | 51 | ♊ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♊ | ♊ |
| 28 | ♋ | ♏ | ♋ | 33 | 39 | ♋ | 47 | ♋ | 52 | ♋ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♋ | ♋ |
| 29 | ♌ | ♐ | ♌ | 34 | 40 | ♌ | 48 | ♌ | 53 | ♌ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♌ | ♌ |
| 30 | ♍ | ♑ | ♍ | 35 | 41 | ♍ | 49 | ♍ | 54 | ♍ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♍ | ♍ |
| 31 | ♎ | ♒ | ♎ | 36 | 42 | ♎ | 50 | ♎ | 55 | ♎ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♎ | ♎ |
| 32 | ♏ | ♓ | ♏ | 37 | 43 | ♏ | 51 | ♏ | 56 | ♏ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♏ | ♏ |
| 33 | ♐ | ♈ | ♐ | 38 | 44 | ♐ | 52 | ♐ | 57 | ♐ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♐ | ♐ |
| 34 | ♑ | ♉ | ♑ | 39 | 45 | ♑ | 53 | ♑ | 58 | ♑ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♑ | ♑ |
| 35 | ♒ | ♊ | ♒ | 40 | 46 | ♒ | 54 | ♒ | 59 | ♒ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♒ | ♒ |
| 36 | ♓ | ♋ | ♓ | 41 | 47 | ♓ | 55 | ♓ | 60 | ♓ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♓ | ♓ |
| 37 | ♈ | ♌ | ♈ | 42 | 48 | ♈ | 56 | ♈ | 61 | ♈ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♈ | ♈ |
| 38 | ♉ | ♍ | ♉ | 43 | 49 | ♉ | 57 | ♉ | 62 | ♉ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♉ | ♉ |
| 39 | ♊ | ♎ | ♊ | 44 | 50 | ♊ | 58 | ♊ | 63 | ♊ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♊ | ♊ |
| 40 | ♋ | ♏ | ♋ | 45 | 51 | ♋ | 59 | ♋ | 64 | ♋ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♋ | ♋ |
| 41 | ♌ | ♐ | ♌ | 46 | 52 | ♌ | 60 | ♌ | 65 | ♌ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♌ | ♌ |
| 42 | ♍ | ♑ | ♍ | 47 | 53 | ♍ | 61 | ♍ | 66 | ♍ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♍ | ♍ |
| 43 | ♎ | ♒ | ♎ | 48 | 54 | ♎ | 62 | ♎ | 67 | ♎ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♎ | ♎ |
| 44 | ♏ | ♓ | ♏ | 49 | 55 | ♏ | 63 | ♏ | 68 | ♏ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♏ | ♏ |
| 45 | ♐ | ♈ | ♐ | 50 | 56 | ♐ | 64 | ♐ | 69 | ♐ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♐ | ♐ |
| 46 | ♑ | ♉ | ♑ | 51 | 57 | ♑ | 65 | ♑ | 70 | ♑ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♑ | ♑ |
| 47 | ♒ | ♊ | ♒ | 52 | 58 | ♒ | 66 | ♒ | 71 | ♒ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♒ | ♒ |
| 48 | ♓ | ♋ | ♓ | 53 | 59 | ♓ | 67 | ♓ | 72 | ♓ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♓ | ♓ |
| 49 | ♈ | ♌ | ♈ | 54 | 60 | ♈ | 68 | ♈ | 73 | ♈ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♈ | ♈ |
| 50 | ♉ | ♍ | ♉ | 55 | 61 | ♉ | 69 | ♉ | 74 | ♉ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♉ | ♉ |
| 51 | ♊ | ♎ | ♊ | 56 | 62 | ♊ | 70 | ♊ | 75 | ♊ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♊ | ♊ |
| 52 | ♋ | ♏ | ♋ | 57 | 63 | ♋ | 71 | ♋ | 76 | ♋ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♋ | ♋ |
| 53 | ♌ | ♐ | ♌ | 58 | 64 | ♌ | 72 | ♌ | 77 | ♌ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♌ | ♌ |
| 54 | ♍ | ♑ | ♍ | 59 | 65 | ♍ | 73 | ♍ | 78 | ♍ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♍ | ♍ |
| 55 | ♎ | ♒ | ♎ | 60 | 66 | ♎ | 74 | ♎ | 79 | ♎ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♎ | ♎ |
| 56 | ♏ | ♓ | ♏ | 61 | 67 | ♏ | 75 | ♏ | 80 | ♏ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♏ | ♏ |
| 57 | ♐ | ♈ | ♐ | 62 | 68 | ♐ | 76 | ♐ | 81 | ♐ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♐ | ♐ |
| 58 | ♑ | ♉ | ♑ | 63 | 69 | ♑ | 77 | ♑ | 82 | ♑ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♑ | ♑ |
| 59 | ♒ | ♊ | ♒ | 64 | 70 | ♒ | 78 | ♒ | 83 | ♒ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♒ | ♒ |
| 60 | ♓ | ♋ | ♓ | 65 | 71 | ♓ | 79 | ♓ | 84 | ♓ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♓ | ♓ |
| 61 | ♈ | ♌ | ♈ | 66 | 72 | ♈ | 80 | ♈ | 85 | ♈ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♈ | ♈ |
| 62 | ♉ | ♍ | ♉ | 67 | 73 | ♉ | 81 | ♉ | 86 | ♉ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♉ | ♉ |
| 63 | ♊ | ♎ | ♊ | 68 | 74 | ♊ | 82 | ♊ | 87 | ♊ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♊ | ♊ |
| 64 | ♋ | ♏ | ♋ | 69 | 75 | ♋ | 83 | ♋ | 88 | ♋ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♋ | ♋ |
| 65 | ♌ | ♐ | ♌ | 70 | 76 | ♌ | 84 | ♌ | 89 | ♌ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♌ | ♌ |
| 66 | ♍ | ♑ | ♍ | 71 | 77 | ♍ | 85 | ♍ | 90 | ♍ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♍ | ♍ |
| 67 | ♎ | ♒ | ♎ | 72 | 78 | ♎ | 86 | ♎ | 91 | ♎ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♎ | ♎ |
| 68 | ♏ | ♓ | ♏ | 73 | 79 | ♏ | 87 | ♏ | 92 | ♏ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♏ | ♏ |
| 69 | ♐ | ♈ | ♐ | 74 | 80 | ♐ | 88 | ♐ | 93 | ♐ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♐ | ♐ |
| 70 | ♑ | ♉ | ♑ | 75 | 81 | ♑ | 89 | ♑ | 94 | ♑ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♑ | ♑ |
| 71 | ♒ | ♊ | ♒ | 76 | 82 | ♒ | 90 | ♒ | 95 | ♒ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♒ | ♒ |
| 72 | ♓ | ♋ | ♓ | 77 | 83 | ♓ | 91 | ♓ | 96 | ♓ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♓ | ♓ |
| 73 | ♈ | ♌ | ♈ | 78 | 84 | ♈ | 92 | ♈ | 97 | ♈ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♈ | ♈ |
| 74 | ♉ | ♍ | ♉ | 79 | 85 | ♉ | 93 | ♉ | 98 | ♉ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♉ | ♉ |
| 75 | ♊ | ♎ | ♊ | 80 | 86 | ♊ | 94 | ♊ | 99 | ♊ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♊ | ♊ |
| 76 | ♋ | ♏ | ♋ | 81 | 87 | ♋ | 95 | ♋ | 100 | ♋ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♋ | ♋ |
| 77 | ♌ | ♐ | ♌ | 82 | 88 | ♌ | 96 | ♌ | 101 | ♌ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♌ | ♌ |
| 78 | ♍ | ♑ | ♍ | 83 | 89 | ♍ | 97 | ♍ | 102 | ♍ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♍ | ♍ |
| 79 | ♎ | ♒ | ♎ | 84 | 90 | ♎ | 98 | ♎ | 103 | ♎ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♎ | ♎ |
| 80 | ♏ | ♓ | ♏ | 85 | 91 | ♏ | 99 | ♏ | 104 | ♏ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♏ | ♏ |
| 81 | ♐ | ♈ | ♐ | 86 | 92 | ♐ | 100 | ♐ | 105 | ♐ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♐ | ♐ |
| 82 | ♑ | ♉ | ♑ | 87 | 93 | ♑ | 101 | ♑ | 106 | ♑ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♑ | ♑ |
| 83 | ♒ | ♊ | ♒ | 88 | 94 | ♒ | 102 | ♒ | 107 | ♒ | 10 | ♈ | ♈ | ♈ | ♈ | 1 | 1 | ♒ | |

Hactenus generalia quædam tam planetis quam signis pertinentia pertractauimus, in præfenti quid ipsi planetæ, dū dominū supra aliquod arripuerunt, significant, breuiter indagabimus. Circa dominium autem planetarum, aut quoad generalia significata totius anni, aut quoad ingressum in quatuor puncta cardinalia, aut quoad singulas mēstruas luminarium ♄, ♀, ☐, vel in ordine ad genitliaca; quoad dominum anni eligendum innumerabiles sanè estant opiniones, quidam anni dominum statuunt illum, qui ponderatis quatuor Solis ingressibus in quatuor puncta cardinalia vident, qui Planeta in Themate erecto in dictis ingressibus maioribus polleat dignitatibus ex enarratis in locis luminarium, in 1. & 10. & in figuris præcedentis, & sequentis sigizæ luminarium, quis etiam in dictis locis plures obtineat dignitates, & sic de illis discurrent; alij considerant omnia Themata, tam annuarum quaratarum, quam etiam mēstruarum lunationum, & vident quinam in supradictis locis luminarium 1. & M. C. plures possident dignitates, alij in omni Themate dominum constituunt illum Planetam, qui supra terram est, & magis propinquus cardini orientis, cui succedat (si non ad sit Planeta in oriente) ille qui est in M. C. deindè, qui 11. postea qui 9. Alij statuunt dominum anni illum, qui dominus est signi ascendentis in ingressu Solis ad primum Arietis punctum, dummodò tamen aliquam habeat dignitatem in loco luminaris conditionarij in dicto ingressu, vt si sit de nocte talis ingressus in loco Lunæ, si de die in loco Solis; dummodò non sit combustus, peregrinus, aut debilis, & in cadente &c. nam in tali casu statuunt illum, qui plures obtinet dignitates in locis luminarium, & in quatuor cardinibus figuræ ingressus Solis in Arietē. Ita sustinet Excellentiss. D. Algolus adhuc viuens Mathematicæ lumen, in hac ergo tam notabili grauissimorum Doctorum diuersitate opinionum, cum generales effectus generalem aliquam atq; primam requirant causam, quæ sit mēsuræ cæterorum, ex qua tamquam ex prima radice originentur cætera, idcirco facilius circa electionem planetæ dominantis in anno in talem inclino opinionem, scilicet dominium ab illo vsurpari, qui in figura ingressus solis in primum arietis punctum maioribus preest dignitatibus in locis luminarium præcipuè conditionarij, in locis ascendentis, & M. C. & in præcedenti luminarium sigizia. Moueor ad hoc asserendum ex similitudine modi eligendi dominum in genitliacis, atq; annuis reuolutionibus, namq; cum iidem præstentur influxus in his, ac illis, cum tota planetarum actiuitas sit mediantibus suis qualitatibus, quod de vno dicitur, de alio dicendum erit,

excepto hoc, quod loco partis fortunæ ponimus M. C. cum ex prædominio horum duorum cardinum cōmuniter astrologi omnes desumant quoad aerem indicium, cæterum in hoc meliori me subscribo Doctōrum sententiæ, magisq; confirmatæ experientia; in genitlacis eligitur dominus ille, qui plures habet dignitates essentielles in loco luminariū, ascendentis, præcedentis luminarium sigiziæ, & partis fortunæ; electo igitur quocumq; ex his modis dominante planeta, de quolibet vt infra discurras. De varijs eorum significatis, quæ iuxta varias participationes in dominio contigunt, longum, ac difficile esset discurrere, sed prudens Astrologus iuxta vnius cuiusq; fortitudinem, & bonum statum indicia vel mitigabunt, vel augebunt his, qui illis dominantibus eorum signis subiciuntur, vt si ♂ cum ♀ dominantur, res quoad omnia moderabuntur, quia contrariæ istorum qualitates, estō quia pugoant, commotionem causant, semper tamen contrarium alio contrario debilitatur, & ex dictis cum de singulorum planetarum aspectibus iudicare poteris facile, ♀ ergo dominus anni, eclipsis, & magnæ, natiuitatis, aut alterius Thematis, semper frigus promittit, niues, glacies, aquam, aliaq; sua, magis si à ♂ aut sole non aspiciatur, sed à planetis frigidis, & humidis, minuuntur à planetis calidis aspicientibus, autumno niues, æstate frigoris remissionem, verè niues, & grandines; magis augebuntur eius effectus in partibus septentrionalibus, & frigidis, in australibus, & calidissimis locis confert potius dominum ♀. Dum ipse fortis in Themate existit, & cum beneficis configuratus aut ♂, siuè fixæ sint, siuè errantes bona, quæ ipse significat, promittit, si in signis terreis fuerit, lunamq; impeditam ☾ alioù malo radio conspexerit, terremotus dubites, ad mutationes rerum, & iras inclinationes ob nimiam diuersarum qualitatum cōmixtionem, si malo feritur martis radio, quod si tunc ♂ sit ☿ & ♀ in aqueo trigono inundationes erunt validæ; ♀ licet dominium non habeat in anno, si tamen ♀, & ♄ in annua reuolutione in suis exaltationibus sint, mala occasionantur, & peiora quidē fient, si ♀ sit ♄ potentior, sin vero, contrarium dicite. Item si in annua reuolutione ♀ in ☿ coniunctus, vel in malo aspectu ♂, vel sit in ☿ pestem minatur, iuxta autem signi qualitatem, quam possidet, bonum, vel malum illius rationis, quam signum participat iudica. Dum ipse benè dispositus est in figura, bona ab ipso promissa dabit, male autem dispositus, mala, & illa quidem, quæ significantur per domum in qua est, vt si in decima significata illius, &c. quæ videri possunt io c. de planetarum proprietatibus; dū morū significator benè dispositus est, videte quos præstet mo-

res. Dum in dominio participat ♄, sub silentio malefactori ordiuntur mala, nec facile penetrabuntur, ob ♄ malitiam; frigida namq; & sicca qualitates temperamentum mæstum, malignum, ac consequenter profundum, & celatum indicant. ♄ dominator serenitatem, fertilitatem, bonos mores, à iouialibus opes, aliaq; bona fortunatus promittit, infortunatus autem, bona minuentur, quæ ipse promittit iuxta naturam suam, si cum ♀ dominium fuerit ♄ fortitus, tunc mala à melè aspicientibus stellis suggerentur, bona vero à ♄, & iouem amicabiliter intuentibus, horum qui fuerit tunc potentior, horum effectus futuros citius iudica, vt si ♄ facilius, ac citius mala sedabuntur, ex horum autem eleuatione iudica bona illi futura, qui eleuati planetæ, & fortis subiacent signo. ♀ dominator vniuersaliter suis qualitatibus nimis exsiccantibus, & calefacientibus ad iras, sterilitatem in locis calidis magis, minus in frigidis, incendia, aliaq; huiusmodi minatur, illi autem mala euenient, qui ipsius ♀ signo subijciuntur, dum ipse infortunatus est; fortunatus autem victoriam contra alios subiectos signo planetæ malo radio ipsum aspicientis. Si in domu propria scilicet ☾ fuerit, aquas promittit, in alijs præcipuè igneis, & aereis, ventos validos, pestiferos, æstus, fulminum iaculationes, in mari naufragia, fluminum exsiccationem, aliaque similia ex calore, & siccitate causata. Cum in dominio ♀ simul cum sole participauerit, futura mala non in abscondito diu celabuntur, sed apparebunt citò, cum sol sit ob suam magnam lucem rerum manifestabilium significator.

Sol, & Luna ad dominium non adducuntur, sed dispositores aliorum sunt.

Venus cum dominatur, in aeris sæcundas inducit pluuias; temperatos ventos, fluminum inundationes, armentorum, & fructuum terræ copiam; si fortunata est, bonos indicat mores, pulchritudinem, aliaq; bona à venere fortunata significata; infelix autem, ea, quæ infortunata, præstat, mala, & alia &c.

Mercurius quantum est de se inconstantem denotat aeris temperiem, mutatq; persæpè cum ventorum diuersitate, statim mutabilibus, & celeribus tonitruis, & fulgoribus. Occidentalis minuit flumina, orientalis auget, & quidem iuxta diuersitatem signi, quod occupat, diuersa producit mala, cuiuscumq; autem in dominio ☿ consors fuerit, semper in significatis illius dominantis planetæ mutationes erunt pessimæ, cauendum quam maximè dum ☿ cum malefico in dominio participat, præcipuè dum dominium alicuius Marti simul, ac Mercurio tribuitur, cum

tunc noua multa excitent, & perturbationes inducat. & dominans, & quidem illius rationis, cuius est signū, quod participat, ut si regium possidet subiectis illo, si commune &c. si maleficatum, an vero sincerū vis cognoscere & esse, inspice an in domo, exaltatione, vel triplicitate malefici, vel benefici sit, vel cum illis coniunctus aut alio radio copulatus malo, vel bono. Dum malefico aliquo modo Mercurium assimilatum per radios, vel receptionem vides, ipseque malè positus, & infortunatus & scilicet, vel stationarius nouitates, quas causat, non breui durabunt tempore.

CAPVT TERTIVM.

De magnis superiorum Planetarum coniunctionibus.

Superiorum Planetarum coniunctiones memorabiles semper in inferioribus hisce elementaribus corporibus induxisse mutationes, cum vulgatæ de hoc extent historiæ, superfluum fore putavi illas diffusissimè pertractare, & quidem nedum in aere mutationes istas, verum & in alijs, nam cū superiorum motus sit tardior, eò actio est efficacior.

Circa coniunctiones istas non omnes Astrologi eodem modo procedere videntur. Quidam enim quatuor distinguunt coniunctiones. Prima est inter ♄, ♀, & ♃, quæ quidem cum efficacissima sit, maxima coniunctio dicitur, quæ autem est inter ♄, & ♃, dicitur maior, quæ inter ♄, & ♀ media dicitur, quæ inter ♀, & ♃ dicitur minor. Alij maximam coniunctionem appellant illa n, quæ fit a ♄ cum ♃ in primo puncto Arietis, quæ contingit ab 800. in 800. annos. Alia est, quæ in principio cuiuscunq; triplicitatis, quæ est a 240. ad 240. annos. Alia quæ fit inter Saturnum, & Iouem in singulis 20. annis, & hæc dicitur minima.

In sumendo autem ex prædictis coniunctionibus iudicio res equidem est nimis difficilis, quia exacta dictarum coniunctionum hora non tam certa haberi potest. Primo igitur erigunt aliqui figuram in hora, & minutis prædictæ coniunctionis, & dominum illius coniunctionis illum constituunt, qui maiores habet dignitates in ascendente, & in loco illius coniunctionis.

Alij ut euitarent omnes dubitationes de hora certa istarum coniunctionum, desumunt coniunctionem, aut oppositionem luminarium præcedentem ad dictam coniunctionem superiorum, & electo in ipsa in domi-

minum eo Planeta, qui plures habuerit dignitates in ascendente, & loco coniunctionis, vel si præcessit oppositio in loco luminaris supra terram, vel potentioris, & fortioris luminaris, iuxta qualitates illius Planetæ dominantis ferunt iudicium. Pro ascendente autem istarum coniunctionum alij statuunt illum gradum, & signum, in quo fit talis \angle , & in ordine ad illud ordinant totam illarum coniunctionum figuram, & in illa collocant Planetas, ut ponuntur in hora assignata dictarum coniunctionum, sic iuxta statum huius figuræ iudicant de coniunctionibus istorum, etiam obseruantes, & profectiones, & directiones istarum coniunctionum, quæ quidem, ut supra dixi, memorabiles sunt, & efficaces. Hæ sunt variae viæ pro construenda figura in dictis coniunctionibus, ob quarum diuersitatem non mirum si diuersimodè prædicant Astrologi, hoc quidem fateor, coniunctionem factam efficacissimam tunc esse, quando orientis attingunt lineam, at viam non certam hanc ipse reputo, quando quidem erecta in tali hora figura nullum certum iudicium fieri potest, quia cum ex dictis coniunctionibus iudicium feratur simpliciter de effectibus, non solum apud nos, sed etiam apud externos futuris, & in regionibus longè remotioribus, à quibus causandi erunt effectus dictarum coniunctionum, si iudicaremus secundum situm Planetarum, prout se habent respectu nostri horizontis, non valet absolute dicere secundum significata ipsiusmet coniunctionis apud omnes, qui effectus causantur independentè à situ in nostro horizonte.

Verum quidem hoc est, quoad temporis mutationem considerandum esse gradum \angle pro gradu ascendente, quia quoad temporis mutationes statim effectus suos causant, sic enim 1643. die 22. Februarij, hora 3. & min. 10. post meridiem secundum Montebrunum statim eadem hora validissimè turbatum fuisse, ac mutatum esse tempus, narrauit mihi Romæ se obseruasse citatus supra P. Ranzeus, quam Algolus die 26. futuram ponebat, proinde in hoc tam considerabili negotio nullum aliud remedium, quam bonis, ac veris uti Ephemeridibus in alijs casibus probatis.

Electo igitur Planeta dominante cum suo participante, ex ipsis desumendum erit totum iudicium iuxta eorum naturam, situm, & configurationem cum alijs, quod si participans in dominio cum alio qualitates habebit similes cum illo, augentur mala, si verò dissimiles minuentur, ut v. g. si in dominio Martis participauerit Sol, calor augebitur, si verò Luna, Venus, aut Saturnus, minuetur. Insuper notandum, quod si Planetæ dominantes sunt contrarij, tunc effectus erunt varij, & inconstan-

tes,

tes, v. g. si Mars cum Venere dominium subriperint, erunt mala, at non multum duratura. Quod idem dicas si Planetæ dominantes sint in contrarijs signis locati, secus verò si sint in mutua receptione, quia tunc si maleficus sit fortior, malitia sua superabit beneficium; etiam ratione suæ domus, in qua recipit beneficium, illum reddit maleficum. Insuper Planetæ dominantes à maleficis læsi, aut in malo statu .s. & stationarij &c. semper peiores reddunt effectus.

Quales etiam ex huiusmodi coniunctione colligendi erunt effectus, inspiciendum est ad signa, in quibus sunt Planetæ dominantes, & dicta coniunctio, namq; in aqueis inundationes, pluviae, navigationes multæ, ægritudines flegmaticæ, & damna habitatoribus insularum. In terreis terræmotus, frigora magna, ruinæ ædificiorum, & penuria fructuum. In igneis calores maximi, febres, hepatis accensionēs, iræ multæ, vnde bellorum occasiones &c. In aereis autem erunt venti validi, & tempestates; circa ventos (habita semper ratione ad quartas anni) tales futuros iudica, qualis est tunc dominantium, & coniunctorum Planetarum latitudo, & trigonū in quo sunt, vt si orientales, erunt venti orientales, si occidentales, erunt occidentales &c. Colligendi etiam erunt effectus ex domibus, in quibus prædictæ coniunctiones, & dicti Planetæ dominantes sunt, vt si in decima erit perturbatio in significatis per illam domum mala, in nona perturbationem Iouialium, pericula in longis itineribus, horrenda semina, in sexta infirmitates, & sic de cæteris significatis domorum, vt infra patebit de particularibus superiorum coniunctionibus.

In qua etiam parte accident effectus, consideratur ex Planetis coniunctis, nam si erit coniunctus ♄ cum ♃ erunt euentus inter septentrionales, & orientales, quibus isti dominantur, cum Iuppiter dominetur septentrioni, Saturnus verò orienti, si Saturnus cum Marte erunt inter orientales, & occidentales. Ac demum accident effectus illis partibus, quibus dictos Planetas ꝑ scimus (ex mox dictis) dominari. Quarum autem partium, seu nationum futura sit victoria in suis controuersijs à coniunctione causatis, considera qui Planeta eleuatus coniunctionis dominatur, & hic etiam nota, quod quandò maleficus Planeta in coniunctione est eleuatus, tunc ibunt res à malo in peius, è contra verò quandò beneficis est fortior, & eleuatus supra maleficum.

Particularius autem quibus Regnis, Urbibus in dictis partibus orientalibus, septentrionalibus, vel occidentalibus, in quibus accidere debent effectus; Item quibus hominibus, contingant istarum coniunctionum

euen-

euentus, desumendum est iudicium ex signo, in quo est dicta coniunctio, & dominus illius, sicut & participans (licet hic non tantum valeat, nisi sit nimis propinquus, vel supra terram, aut in angulo) & iuxta signa omnia, in quibus isti sunt, euenient euentus subiectis illi signo secundum naturam illorum Planetarum dominantium, & maxime quidem timendum pro illis, quorum idem est suus dominans Planeta, ac coniunctionis; item inspiciens signum in quo fit coniunctio, vide vbi sit illud signum in tua genitura, & iudica malum in significatis domus, in quibus est dictum signum, iuxta naturam illius signi.

Vtlius intuendum, an ad duos superiores Planetas coniunctos accedat malus aspectus alterius superioris, quia in tali casu ita se haberet, ac si essent omnes tres simul coniuncti, & maximæ redderentur efficaciae, vel an sint recepti mutuo isti superiores, vel duo coniuncti an sint recepti in dignitatibus alterius superioris, licet non coniuncti. Quando autem occurrant coniunctionum istarum effectus, dicimus, quoad aeris mutationes efficaces esse, & statim, vel paucos post dies contingere, qui tamen multum durabunt. Quoad res tamen magis memorabiles, tunc dicimus euenire, quando Planetæ illius coniunctionis aspectu aliquo se prospicient, vel quando dominus illius coniunctionis faciet quadratum, aut oppositionem cum signo, in quo fuit coniunctus; aut accidit, quando intra illud tempus occurrat Ecclipsis aliqua, in qua dominus illius coniunctionis sit etiam dominus illius Ecclipsis; vel si figura ingressus Solis in primum Arietis punctum, vel figura reuolutionis in puncta cardinalia, in quarum triplicitatum initio facta fuit coniunctio, conueniat cum figura coniunctionis. Hoc tamen semper notandum erit, quod coniunctio in primo puncto Arietis, cunctis efficacior est in significatis, & magis durabiles generat effectus; per ordinem venit coniunctio in primo puncto cuiuscunque alterius triplicitatis. Tertiò tamquam debilior, & inefficacior habeatur illa, quæ sæpè, & non post tantum longum tempus contingit.

Memorabiles autem, ac efficaces an sint futuri effectus, iudica ex domibus, & signis, in quibus sunt, namque in angulo valde efficaces, minus in succedente, minus in cadente; Item in fixis magis durabiles indicant effectus, quam in communibus, & in mobilibus. Quales autem futuri sint effectus cognoscentur ex domibus, in quibus est Planeta dominans, ut si in secunda malum dabit in substantijs, sic de reliquarum domorum significatis, quod idem iudicandum de Ecclipsium, Cometarumque loco, comparatione facta cum genitliacis figuris &c. Insuper

si con-

si coniunctio illa est in signis humanis, effectus contrà homines versabuntur, si in brutis, aut færis circà animalia, erunt namq; hominum infirmitates, vel animalium lues &c. quod idem dicas malum, si dominus dictarum coniunctionum infortunatus, contrarium verò si fortunatus. Vtèrius non solum signa Zodiaci primi mobilis, sed etiam apud quæ signa in 8. sphaera contingant, considerentur.

Directiones vltèrius istarum considerare debemus in ordine ad themata genitliaca, & eclipses, & ingressum solis in puncta cardinalia, & comparanda est semper figura illius cum istis an concordet, vel ponatur in malo aspectu cum illis, quia tunc mala augentur, dum vero in aliquo anno ob causas assignatas renouandi erunt effectus istarum; intuentum, an dominus alicuius sit fortunatus, quia ab ipso mala minuentur, si beneficus sit, si maleficus augebuntur, dum mala significantur, & minuentur bona.

Hæc igitur ea sunt, quæ in generali de superiorum coniunctione tradidimus, nunc autem ad particularia istarum coniunctionum deueniamus, & sit.

CAPVT SECVNDVM.

De Coniunctione Saturni, Iouis, & Martis.

HÆc sanè coniunctio illa est, quæ tot lachrymare fecit Regna, Urbes complangere, hominumq; de tot innumerabilibus calamitatibus memoriã facundissimam, hæc quidem meritò ab omnibus nuncupatur maxima ob maximam sui vim in rebus perturbadis, & quidem dum omnium istorum trium superiorum accidit coniunctio, tunc occasiones ad iras, & infirmitates omnis generis, & alia ob nimiam qualitatum perturbationem, metheora, penuria fructuum, indigestiones, melanconia, oppressiones, paupertates, contentiones, iræ inter orientales, occidentales, septentrionales, validissimæ aeris mutationes, obscuritates in aere, frigus validissimum, aut calores, & humiditates, nam si mars in coniunctione hac sit eleuatus producit omnia mala denotata à Marte, si Saturnus, Saturnina, si ♃ erit permutatio rerum loquialium præcipuè si planeta dominans in hac coniunctione fuerit beneficus, minuentur autem, si maleficus, contrarium autem iudicandum malefici sunt eleuati.

Electo igitur modo supradicto domino huius coniunctionis, considera-

deratis considerandis supra notatis, utere hiscè aphorismis, quos ex pluribus principalioribus auctoribus collegimus. Si ζ ista fiat in prima, vel in 6. aut in 8. diuersæ erunt infirmitates graues, & in quacumq; domu fiet, indicat malum in significatis illius domus. Vt in 6. infirmitates omnis generis, præcipuè illas, quæ causantur à planeta eleuato, & sic per similitudinem de reliquis.

Secunda consideratio inuestiganda est in signis, in quibus est talis ζ . Sic enim si ζ ista in π vel ι multa mala saturnina infra citata, (& ijs præcipuè, in quorum genitura luminaria, ascendens, aut medium cæli in his signis fuerint collocata, quod idem dicendum est, & obseruandum de reliquis signis) aperitiones terræ, diurnæ infirmitates frigidae. In χ , & ϵ ob sanguinis abundantiam infirmitates, & pestes, & iouialibus perniciēs. In μ & ν calor magnus, & siccitas, rixæ, inter orientales, & occidentales. In β , & δ mulierum causa iræ, infirmitates, & pericula parturiētibus, ac venereis. In γ , & π Mercurialibus omnibus damna, eruntq; rerum multarū publicationes. In \odot Solificis viris damna in omnibus, & iras, ac segetū penuriam. In σ deniq; vilibus malam fortunam, pestem, oculorumq; dolores pronunciat. Et hoc præcipuè notandum est, pericula scilicet illis magis imminere, quibus dominatur dominus signi, in quo fit ζ , si ζ hanc Iouis cum \mathfrak{h} benigno intueantur aspectu \mathfrak{z} , & \mathfrak{x} , vt v.g. de Δ , aut \ast , aut alio aspectu benefico ex supra positis, tunc omnes conatus suos ponunt Regnorum, & Prouinciarum domini ad pacem, & concordiam cum finitimis seruandam, & de salutaribus legibus in imperio cōstituēdis cogitabunt. In magnarū ζ tempore magni nominis viros nasci, quamuis hoc eorum genituræ nō ostendant, docuit absq; fundamento Cardanus aphorismis, 136. & quidem non solum istarum ζ , verū etiam \square , & \mathfrak{z} , effectus adducunt memorabiles, vt est \square \mathfrak{h} , & \mathfrak{z} celebratus in β , & σ . Dum \mathfrak{z} est eleuatus supra \mathfrak{h} , & \mathfrak{z} contentiones, & lites in bonum reducentur. Si autem \mathfrak{z} supra illos erit eleuatus accident mala, quæ minatur \mathfrak{z} , si verò \mathfrak{h} mala saturnina; quæ autem sint mala, & quæ sint bona causata à Planetis, videte in speciali circa hoc tractatu, cum de natura, & proprietatibus Planetarum, contingent autem illius ζ effectus, quando Planeta potentior accedit ad domum suam, aut exaltationem, aut duo illorum ad inuicem aspiciantur, vel quando illos aspexerit dominus illius ζ , aut peruenierit dominus ad domum, vel exaltationem suam, aut dominatur in aliquo Themate.

Considerandus est almuten, seu dominus dictæ ζ , an sit fortunatus,

& in qua coeli domu, & qualis sit iste dominus, namq; ♄ dominus eiusdem ♄, Si fortunatus fuerit in prima, seueritatem populi designat, ac modestiam senium, & subiectorum ♄, infortunatus verò infirmitates frigidas, & contrarium primi significati. In 2. acquisitionē rei in agriculturis &c. In 3. pericula ab aquis, & in significatis illius domus. In 4. senibus bona, & in alijs significatis, contrarium infortunatus. In 5. bonam fortunam praegnantibus, infortunata contrariū istorū dat. In 6 infirmitates magnas in partibus signo, in quo est, subiectis. In 7. inimicitias, & rixarū occasiones. In 8. infirmitates, quod si fortunatus dat bona per 8. domū denotata. In 9. fortunatus inclinat bona significata domus 9. In 10. subiectis 10. domus, & noua quaedam significatis 10. In 11. fortunatus significatis 11. bona expectanda, contrarium verò infortunatus. In 12. occulta multa noua expandētur arcana circa terrea &c. infortunatus dat mala 12. domus. Insuper per similitudinē discurrēdum est de reliquis Planetis dominantibus, scilicet fortunos praedicere bonum iuxta qualitatem domus in qua est, infortunatos verò contrarium illarum, & quidem hoc aduertendum, quod benefici, & si fortunati semper tamen bonum significant, sed non tantum, & cum aliquo impedimento. Item bona, quae promittunt, vel mala euenient à personis subiectis dicto Planetæ dominantī, & euenient illa bona; & illi effectus, qui promittuntur à Planetis, quae absq; tanta replicatione colligere poteris ex dictis de Planeta domino anni, & de significatis Planetarum in singulis domibus, ac ex effectibus, & subiectis, qui causantur à Planetis, & quibus dominantur; & sic de reliquis vt dixi, cum de domino anni, & alijs significatis.

Quae hucusq; de coniunctione trium superiorum diximus, prudens Astrologus applicare debet reliquis coniunctionibus, sic secundum naturam domini illarum ♄, & situm in domibus coelestibus indicabunt mala, vel bona significata à Planetis fortunatis, vel infortunatis causa illorum significatorum, quae significantur à dictis domibus, vt si ♄ sit dominus, & sit in 9. causa significatorum 9. domus, inclinat ad contentiones.

Vtiterius versus eam partem, & ab illis futuros effectus, quibus Planetæ coniuncti dominantur, vt si sit ♄ ♄, & ♄ erunt effectus inter septentrionales, & occidentales, si ♄, & ♄ inter orientales, & septentrionales, & sic per similitudinem. Bona autem nationes illae habebunt ab illis, quibus dominatur Planetæ aspicientes bono aspectu ipsos planetas coniunctos, qui autem sint isti subiecti, vide in capite de Planetarum


rum proprietatibus, & naturis, & apud alios.

Pro ζ H , & J omnes æquidem sunt considerabiles, at multò magis quæ accidit in H , cum signum hoc sit H detrimentum, & J calus, malefici nãq; impediti peiores reddunt effectus, & deteriores ipsi fiunt, ac magis malitiantur, ac vigorantur in operando malum, benefici verò impediti in suis viribus debilitantur, & cum ex natura sua deberent bonum operari, non possunt, nisi debiliter. Pertimescas super omnes H , & J , congressum in Q , cum ex Astrologorù omnium sententia, damna plurima, & subitas indicet alias corporis ægritudines, alijs verò in dominio turbationes minetur; in hoc etiam congressu, si J supra H eleuari contingat, in cōgressu isto à pestilenti aliquo morbo erit lassificatio. Ad cognoscendam autem effectuum qualitatem, considerata sunt, quæ supra inuimus, videlicet eleuatio istorum, Planeta dominans, domus in qua sit, & in qua est dominus, signum, & Planetæ aspicientes, & alia notata in principio magnarù coniunctionù, nãq; benefici dominantes in suis fortitudinis omnia in bonù conuertēt cum significatis de natura ipsorum, si autem malefici in malum, proindè in ζ ista, si dominium obtinuerit Venus, & fortunata fuerit, omnia in tranquillitatē reducētur, alijsque bonis à Venere significatis, si autem infortunata, mala omnia minabitur, quæ à Venere promittuntur, quæ autem sint ista, videri potest caput de significatis bonis, vel malis cuiuscumq; Planetæ dominantis; quod idem dicas de reliquis, communiter ob qualitatum inordinationē mutationes magnas causat ista ζ , vndè pestilentia, fames, infirmitates periculosæ, & de natura Planetæ eleuati inducit mala, & infirmitates. ζ namq; omnes, & si in alijs mundi negotijs excitata mala sedabunt, vel nulla erunt, quoad temporis tamen aerisq; mutationes, vt dixi, occurrunt, magis statim iuxta naturam Planetæ eleuati, & dominantis.

In omnibus ζ magnis in quibus coniunctus reperitur J , si in ignea triplicitate contingant, cū in illa dignitatem obtineat, memorabiliore producit effectus, cum J qualitates ignientes, & calore alterantes à qualitate calidi trigoni augeantur, similiter ζ magnæ cum H in aquico trigono celebratæ, quia H adauget qualitates, saturnina augentur significata, cum ipse frigidus sit, & siccus, sed multo magis vigorabuntur in terreis. J autem coniunctiones si fiant in aereis, quæ calida sunt, & humida, & J qualitatibus conformia bona, vel mala significata augebuntur. Quod autem hucusq; dixi de planetis coniunctis, significata scilicet augeri iuxta qualitatem trigoni conformis, dicendum erit diminui iuxta diuersitatem trigoni diuersi, & minus remittentur in qualitatibus

symbolicis, & è contra. Similiter quæ diximus de planetis coniunctis dicendum erit quoque de planetis dominantibus, augeri videlicet, & diminui iuxta qualitatem signi quod obtinent, sic luna dominans reperta in aqueis redditur actiuor, & in aeris redditur actiuor, & in igneis, & indifferens in omnibus; & quod de ζ superiorum planetarum diximus, idẽ dicendum erit de luminarium signis, & aliorum planetarum aspectibus. Vniuersaliter datur hæc regula ζ in aqueis signis ob commixtionem ζ ♂ , & ♀ dominantium morbos contagiosos indicare. In igneis ob dominium solis, & ♄ erunt mala solificis, & iouialibus, at si planeta illius dominus erit beneficus magni alicuius erit significatio. In terreis ob ♂ & ♁ erunt terræmotus, cometæ, & inundationes, & calores si ♂ sit eleuatus, in aereis exaltationes factæ in igneis alibi transferentur; super omnes ζ maximè dubitanda est ζ ♁ , & ♂ , vel ♂ , & ♄ in igneis. ♁ & ♄ in aqueis, namq; tunc ob rationes assignatas nisi dominus sit beneficus, & pestes, aliaq; martialia mala sunt expectanda &c.

♄ & ♂ ζ aerem maximoperè turbat nubibus, pluuia, fulminibus, tonitruis, cometis, ventis, multo magis si ♂ sit eleuatus. Similiter adnotanda erunt maximè cuius naturæ sint signa tam ζ , quam ecclipsium, & planetarum dominantium, & ex qualitate illorum iudicanda est qualitas animantium, quæ participatura erunt illos effectus, namq; si erunt in signis humanis effectus accident hominibus, si in færis accident bestiis, nec tantum consideranda sunt signa in Zodiaco primi mobilis, verum etiam in signis octauæ spheræ, cum hæc sint actualis causa, illa verò virtualis, vnde si fiant apud ♊ , vel ♋ signa, effectus accident quadrupedis, ouibus; si apud serpentem, accident reptilibus, si apud virginem, accident hominibus, & sic per similitudinem de reliquis, si apud gallinam accident pennatis, si apud leporem, paruis siluarum quadrupedibus, quod idem dicendum erit de ecclipsibus, cometis, alijsq; cælestibus impressionibus, & aspectibus. Plura ad superiorum ζ spectantia utpotè ab alijs pertractata relinquo, hoc tamen notandum est, ζ magnas nisi a valida annuæ reuolutionis, vel ecclipsis, vel genitliacæ figura conformis vim recipiant, nō esse magnificiendas quoad generalia, cum nimis vniuersalia significant, statim tamen, ut dixi, quoad temporis mutationes.



CAPUT TERTIUM.

De luminarium eclipsibus.

Ecclipsis, quæ aliud non est, quam luminarium defectus, in duplici est differentia, altera namque dicitur solaris, lunaris alia; prima accedit ob interpositionem, & ☿ corporis lunaris cum sole; secunda vero per intermediationem seu interpositionem telluris inter solem, & lunam. Eclipsium explicatio soluta magna ex parte est ex his, quæ diximus de magnis ☿. Igitur de eclipsibus iudicaturi erigimus cæleste thema in die, & hora notata, in qua fit, sed non primū sumimus eclipsis punctum, sed medium, correcto tempore, & motu planetarum ad latitudinem tui poli, & æquationem dierum, ut moris est. In hoc themate eligendus est dominus illius deliqui, & hic ille erit, qui plures obtinuerit dignitates in locis eclipsatorum luminarium, & in cardine succedente locum eclipsium suo motu quotidiano, ut si eclipsis sit inter ortum, & medium cæli, erit pro cardine considerandus ipse ortus, si inter medium cæli, & occasum, erit ipsum medium cæli; communiter autem Astrologi considerant utrumq; scilicet & orientem, & medium cæli, & illum dominatorem statuunt, qui in locis eclipticis, in ortu, & in medio cæli plures habuerit dignitates ex quinque assignatis, & ex hoc domino desumendum est iudicium, namq; maleficus dominans iuxta domum in qua est, qualitate sua in illis nocet, & eis, qui sibi subiunguntur, & signum habent ascendens, aut medij cæli illud, quod ipse dominans Planeta occupat. Beneficus autem si fuerit, influit bonum maius, vel minus iuxta plures quas obtinuerit in dicta figura fortitudines, ut si in angulo, vel in bono aspectu beneficorum, & liber ab aspectibus maleficorum, in termino, aut exaltatione beneficorum, & quidem in eo genere bonum, aut malum indicat, quod significatur a signo, in quo dictus dominus fuerit, ut si Iuppiter in terreo fuerit trigono, abundantiam promittit annonæ, fructuum terræ, liberationem à malis, in aqueis bona itinera per maria, per quæ negotia felicitabuntur, rationæ beneficæ suæ naturæ; si in aereis, aeris tranquillitatem; si in igneis, caloris temperiem &c. Maleficus autem nisi fortunatus fuerit, & in bono beneficorum aspectu, contrarium istorum denunciat ob ipsius malas qualitates, ob siccitatem scilicet, frigus, & calorem, & alia, ut de significatis domini anni dictum est, nec tamē ita fortunatus esse potest maleficus, ut propter

pter huiusmodi intemperatas qualitates suos nō producunt effectus iux-
 tā ipsius qualitates. Quales autem futuri sint ecclipsium effectus, confi-
 derandum est, ut supra dixi, ex domibus cœlestibus, in quibus sit, & si-
 gnis, in quibus reperitur. Verum certius discurrendum semper est ex si-
 gnorum significatis, tam in Ecclipsibus, quam in alijs coniunctionibus
 aliorum Planetarum, cum sæpè sæpius ob incertitudinem, quam ha-
 bemus de hora illius sigizæ, mutantur situs, & domus, non autem er-
 ror iste haberi potest circa signum in quo fiunt, absq; eo igitur, quod si-
 gnificata Ecclipsium in qualibet domu repetamus, videnda sunt ea-
 dem, quæ diximus de significatis & superiorum Planetarum in domi-
 bus cœlestibus, quibus autem futuri sint effectus, & quales, intuendum
 est ex signis, nedum Zodiaci, verum etiam 8. sphaeræ, namq; in aereis
 ob tempestates ventorum erunt ruinæ, & maximè volatilibus, excepto
 in ♄, in humanis, ab hominibus, & hominibus mala; in brutis, & fæ-
 ris, ab animalibus, & animalibus; ab aqueis ex aqua cum iucundationi-
 bus, & aqueis animalibus. In bicorporeis his influit, quorum habent si-
 gnificationem. In æquinoctialibus verò, illis, quibus ipsa dominantur.
 In Arietis primis decem gradibus celebratum deliquium luminarium,
 cum illi sint malefici Martis facies, mala à ♂ significata indicantur; Pla-
 netæ namq; illi, in quorum facie sigizæ contingunt de dominio illius
 participabunt, quod idem dicas, dum in exaltatione alicuius, domu, vel
 termino, aut triplicitate; in decem secundis gradibus, quia Solis sunt fa-
 cies, idcirco non sine causa Solificis, & Iouialibus affert mala, item fru-
 ctuum, terræq; nascentium olerum corruptionē, vnde caritates, item in
 vitibus, alijsq; germinantibus; maximè quidem timēdæ sunt Ecclipses,
 quæ florentibus arboribus accidunt, indeq; etiam in primis decem gra-
 dibus tauri Mercurialibus, rebusq; sibi subiectis mala, terræ seminibus
 &c. ratione triplicitatis terræ, similiter per proportionem discurras
 dum in aliorum signorum decanis accidunt, minari .s. mala illis, qui
 illius decani domino subijciuntur, & mala, quæ dicti domini significāt à
 me tradita cum de Planetarum proprietatibus, erunt dubitanda, sicut e-
 tiam mala, quæ minantur Ecclipses, iuxta triplicitates in quibus fiunt,
 promittunt illa simul, cognito cuius triplicitatis sit illud signum; vnde
 non sine fundamento dicam, ecclipses in primis decem grad. II occur-
 rentes, qui ♄ sunt facies, Iouialibus nocere, & in his quæ ad Iovem per-
 tinent discrepantiam indicare, in sequentibus 10. & infirmitates ob ♂,
 in ultimis, & quia in facie ☉ accidit, solificorū perniciēs. Similiter quis
 non formidabit luminariū defectū, qui in primis 10. grad. celebra-
 tur,

tur de Solisficorum indispositione , & perturbatione , rei frumentariae aliorumq; terrae, arborumq; fructuum inopiam, quando illud contingere conspiciamus in maligni ☿ facie, Solisq; domu, & diurna triplicitate. Quare generalem hanc teneas regulā, talia mala praedici, qualia à planeta ecclipticae faciei significantur, quae circa ea versabuntur, quae à domino illius signi eccliptici significantur, ut si in ♄ ultimis 10. gradibus, qui sunt ☿ facies mala minatur his, qui ☿ subiiciuntur, sicut & infirmitates, & alia ☿ mala, magis quidem si ipse malè sit in dicta figura dispositus. Iuxta autem trigoni diuersitatem, in quo deliquium accidit, & in quo est Planeta dominans maleficatus, sic pronuntiandum (quod etiam valet pro magnis ☿) in ignea triplicitate, armentorum indicat inter tum, & auium, æstus, abortus, febres acutas, pestem, inclinationem ad iras, ac ægritudines, siccitates, sterilitates &c. ratione nimiae caliditatis, & siccitatis illius trigoni alterantium humores corporum, & perturbantium debitum temperamentum, in aqueo inundationes, vnde sterilitates, pluias memorabiles, quod si æstate contingat deliquium, putredines multae, fructuum corruptio, indeq; ægritudines, & aquatiliū perniciēs. In terreis fructuum, & annonae defectus, in quibus si repertus fuerint ☿, vel ♄, terræmotus indicantur. In aereis infirmitates validissimæ, fames, mutationes multae, ac venti validissimi. In primis præcipuè grad. 21, magnas pluias, tempestatesq; promittit.

Dum in solaris ecclipsis loco videris accidere lunæ deliquium, maximè dubitandum, sic etiam dum in eodem mense, & solis, & lunæ accidit deliquium, multo magis si in eodem angulo, memorabilia multa significantur. Dum ecclipticum locum, vel quoad zodiacum, vel quoad mundum inspicis in malo aspectu scilicet ☿, ☐, vel sesquidrate configurari, cum loco ☿ magnæ, vel cū alicuius genesis loco dubita renouandæ sint forsan in perniciem magnā effectus mali occasionati propter inordinationem qualitatum per ☿ illius, & per domum genesis illius, in malum quidem declinata, si maleficus tunc dominatur, aut nato, aut ecclipsi, bonum vero, si beneficis, vnde et si ecclipses occurrentes, item dominus illius sint malefici, si tamen anni dominus beneficis sit, & fortis, minuentur sēper mala, & præcipuè si iste in ecclipsis thematè bono radio illam intuetur, dubitabimus occasionari ab ea parte malum, & ab illo, in cuius genesis, vel annua reuelatione idem est dominans planeta maleficus, vel in cuius themate ecclipticus locus quadratur aut opponitur domino illius, aut maleficis eius thematis, bonum vero ab eis, quorum domini malefici, vel benefici benè aspexerint locum illum deliqui.

quis. Stellæ fixæ ecclipticum locum, M. C. vel ortum, aut dominum, & participantem deliqui comitantes iuxta eorum naturam beneficam, vel maleficam augebunt, vel minuent significata. Absit nè tempore ecclipsis cometæ, vel ignita alia occurrant metheora, quia ad iras, estusque validos inclinant, eo quod dominetur Mars, quod si igneum appareat draconis in aere meteorum, de peste dubites. In lunari ecclipsi beneuolæ fixæ, & planetæ magis possunt in opposito ecclipsis aspectu, quam coniunctæ, in hora solaris ecclipsis, è contra vero maleficæ plus valent in opposito solaris ecclipsis, quam coniunctæ, quia coniunctæ à sole comburuntur, propter quod nequeunt suas vires ostendere.

Duratio effectuum ecclipsis tot annis dicunt duraturos, quot horis durat ecclipsis solaris, lunaris autem quot horis tot mensibus, quando autem incepturi sint effectus, alij dicunt quod si accidit in oriente, erunt effectus primis quatuor mensibus, si in medio cæli, post quatuor, si in occidente, post octo, ita vt quælibet domus importet duos menses, vt si in 12. fient quarto mense. Alij verò dicunt quod quælibet domus importet duos annos, vnde effectus ecclipsis vsq; ad duodecim annos possunt prolongari, quando initium habent, stante prima opinione in primis mensibus, effectus efficaciores sunt in primo mense, si in medio cæli, in secundo mense illius quadrantis, si in occidente 3. mense illius quadrantis erunt efficaciores.

Obseruandi etiam sunt colores ecclipsium, sicut diximus de cometis, quia ab illo desumitur quinam planetæ dominantur; quem planetam quilibet color significet, videte quæ dixi de Cometis; Ecclipses quoque subterraneas suam habere in nostro æmispheRIO actiuitatem, minorem tamen, non est cur negemus, cum planetas alios sub terra etiam in particularibus genituris sub consideratione ponamus.

De Solis ingressu in primum Arietis punctum.

Solis ingressus in primum ♈ punctum, primam regulam tenent astrologi pro indagandis totius anni euentibus; alij difficultatem magnam videntes in indagando ingressus in ♈ verò puncto, iudicium desumebant ex præcedenti luminarium sigizia, alij verò iudicium ferunt ex fortitudine Planetarum, considerata figura ingressus solis in ♈, præcedentis, & sequentis sigizæ luminarium, eodem modo discurrunt de ingressu in ♊, in ♋, & in ♌, & hanc viam vt certiore sequitur ferè omnes, constituendo dominum modo supra dicto, alij, cum ta-

bulas

bulas nimis correctos non habeamus, totum iudicium ex solo ingressu in ♀, sicut & in alia puncta desumunt nullo habitu respectu ad luminarium figizias, & dominum constituunt vt supra. Ex Planetarum ergo constitutione, & fortitudine, & situ in singulis ingressibus desumunt euentuum qualitatem, generales autem totius anni euentus deprehendunt ex situ, & constitutione Planetarum in figura ingressus solis in ♀, & ex domino ipsius Thematis, qui si maleficus infortunatus, vel etiam beneficus infortunatus sua mala futura indicant, si autem fortunati, & fortes sua bona, quæ ipsi significant, sic etiam ex dominis, & planetis domorum singularum, & in illis existentibus vel planetis bono, vel malo radio aspicientibus indagatur de significatis illarum domorum, insuper de aeris qualitatibus iudicium sumitur generale anni ex M. C. & orientis, sicut & ex stellis fixis & alijs capitibus supra notatis. Insuper breui methodo de annonæ statu iudicamus primo cognitis statibus singulorum planetarum abundantiam, vel sterilitatem in his quæ à dictis planetis significantur agnoscimus, igitur si ♄ in dicta anni reuolutione fortunatus fuerit, & benè locatus, vel per radium, vel ♄ cum beneficiis, aut in suis dignitatibus abundantiam dabit eo anno leguminum, & omnium fructuum frigidorum, & siccorum, lentiscum, & chaltam, surbas, & mespillum salamandras, remoras, torpedines, coeleas, dabit abundantiam fructuum humidorum, & frigidorum, vt cucurbitas, & cucumeros, item oues, caneros, testudines, & ranas, poma, cerasa, & prunas, ♄ dabit abundantiam citrorum ficuum, ordeï, feniculi, & anison, mellis, butiri, cottuneorum, & fructuum dulcium. ♀ dat frumentum, tauros, tigres, & pantheras, iuniperos, piper, quærcus, ☉ lupinos, & vtramq; solarem, aromata, crocum, leones, aquilas, & delphinos, aliosq; fructus temperatè calidos, & siccos. ☿ omnes arbores infertas felicitat, dat mala punica, vuam crispam, amazacum, simias, fæles; Venus pepones, rosas, violas, mirtum, vitem, & oleas, feniculos, ceruos, dammas, & columbas, ex his ergo si sunt beneficii fortunati etiam si non dominantur, erit illarum rerum abundantia, quæ sibi subiiciuntur, si infortunati erit illarum mediocritas, vel si dominus anni sit infortuna infortunatus, si infortunæ, sed benè positi dant abundantiam suarum rerum, sin verò, mala. Similiter ☉ & ♃ infortunati item ☿ dant penuriam suarum rerum. Quæ autem ex causa prouenire potest fructuum deuastatio, colligitur ex malo aspectu maleficorum, vel si ipsi sint domini, nam si ♄ erit ob frigus, & siccitatem, glacies, & si in aqueis sit, erit deuastatio ob copiam aquæ, & homoris, & marcescent, si in

reptili ob vermes, & sic iuxta signorum qualitatem in humanis ab hominibus, si Mars ob calorem & siccitatem nimiam, tempestates, fulmina, & siccos calidosque ventos, tunc magis augebitur penuria alicuius rei, cum & significator illius, & dominus anni est infortunatus. Dum anni dominus beneficus fuerit de sua bonitate etiam maleficatis communicat, vnde in maleficarum significatis mediocritas erit quoque. Insuper dum planeta dominus alicuius signi est fortunatus, denotat bona per illud signum importata, vt ♀ fortunatus producit abundantiam, agnorum, & ouium carnem veruecinam. Si ☿ fortunatus abundantiam piscium, verum si illud signum occupat planeta infortunatus, & dominus illius signi sit fortunatus, erit mediocritas in significatis illius signi, quod si vterq; fortunatus fuerit, erit illorum abundantia magna. Si infortunati, penuria. Vtcrius in qua parte futura sit penuria, vel abundantia, inspicere in qua parte sit planeta significator fortunatus, vel infortunatus, nam si in oriente, erit versus partem orientalem maior abundantia, vel penuria, vt est significator fortunatus, vel infortunatus, si in medio Coeli erit versus partem meridionalem, si in occasu versus partem occidentalem, & magis sane in illis partibus, & vrbibus, quæ signo planetæ significatoris subiacent, si in igneis sunt significatores, erit quoque in locis altis, si in terreis, erit in planis, si in aqueis in locis paludosis, vallibus, & similibus. Hæc est astrologorum ex Ptolemei documentis extracta doctrina, quam vtpotè magis fundatam amplexi semper sumus. Aliam viam adinuenerunt Arabi, quam licet multi reiciant, multæ tamen mihi a fide dignis Astrologis narratis experientijs non omni destitutas fundamento reputo; in cognitione fertilitatis de quocumque fructu procedunt sicut de ☿, & dicta pars si cadat in bono loco, & aspectu, abundantia significatur, si in malo inopiam, sic igitur pro parte tritici, subtrahunt locum solis hoc est signa, gradus, & minuta solis à gradibus, signo, & minutis ♀, huic subtractioni adduntur signi numerus, grad. & min. ascendentes, & id quod remanet est pars, quam quærimus; pro parte cicerum subtrahunt locum ♀ à loco solis, pro parte lentis, & leguminum subtrahunt locum ☿ à loco ♀, fabarum, & cæparum, & ciborum acrium ☿ à ♀, pro parte nucum locum ☿ à ♀, pro saccaro locum ☿ à ♀, pro dactylis locum ☼ à ♀ pro melle locum ☽ à ☼, pro oleis & oleo ♀ locum à ☽, pro vua, & vino, locum ☿ à ♀, pro peponibus locum ☿ à ☿, pro cucumeris, & cucurbitis locum ☿ à ☿. pro rebus dulcibus locum ☼ à ♀, pro rebus salitis locum ♀ à sole, pro amaris locum ☿ à ☿. pro agrestibus, & fortibus lo-

cum \mathfrak{H} à \mathfrak{A} . his igitur omnibus subtractionibus additur semper locus ascendentis, & summatum vtriusq; est pars, quæ quæritur, de qua, si in bono fuerit cum planetis aspectu, erit abundantia, si in mala maleficorum erit mediocritas, vltius dum dominus signi in quo est illa pars, fuerit in angulo fortis, vel in suis dignitatibus erit pretium ipsius saltem, & charum, si erit infortunatus in cadente peregrinus, in casu, vel detrimento erit vilis pretij, si in succedente, & mediocris fortitudinis, mediocris quoq; pretij erit. Omnes autem istæ partes desumendæ sunt ex planetis, & ascendente in figura ingressus solis in \vee punctum, & pro maiori certitudine vtramque viam poteris de annona examinare, & discurrere.

De aeris autem mutatione generali discurrendum est ex domino, nam si \mathfrak{H} , v.g. erunt magna frigora, niues, siccitates, si \mathfrak{A} calor siccitas, erunt ignea meteora, terræmotus, iræ, & occasiones bellorum, & cædum, &c. quæ etiam accident si \mathfrak{A} in \square , vel \mathfrak{P} sit \mathfrak{H} , licet \mathfrak{A} non sit dominus, si \mathfrak{P} , vel \mathfrak{Q} bona in omnibus cum pluuijs saluberrimis annonæ fertilitate, si \odot , vel \lrcorner (licet multi hæc luminaria ad dominium non admittunt) vel \mathfrak{Q} iuxta applicationem, & aspectum cum alijs minantur, Luna semper ad humiditatem inclinat, \odot , & \mathfrak{Q} ad siccitatem, eodem etiam modo ex planeta dominante in quolibet anni quadrante, & in quolibet Lunationis themate, item ex signis positis in 1. & 10. & ex signis luminarium, & in quo est dominus illius temporis, viso quænam triplicitas prædominetur, & cuius naturæ sit dominus, arguunt per proportionem de temporis mutatione, vt si humidi humidum, aerei ventos, ignei calores &c. Arabi de aeris mutatione sic discurrunt per suas partes, subtrahunt locum \odot à loco, \mathfrak{H} , subtractioni addunt locum \lrcorner non ascendentis vt in alijs, & si subtractum est in domo \mathfrak{Q} , v.g. aut \lrcorner erunt pluuiæ sicut & in \mathfrak{P} , si in \mathfrak{P} erunt multæ niues, & frigora, si in domo \mathfrak{A} , aut Solis erunt siccitates multæ, si in domo \mathfrak{P} , aut \mathfrak{Q} erit bonum tempus, at melius discurrerem ego ex qualitate signi, in quod cadit, talem futuram aeris, ac prædominaturam qualitatem, vt si in igneis siccitates, & calores, in aereis venti, in aqueis humiditates, & pluuiæ, in terreis siccitates, frigora, & niues, vt etiam discurrunt ex sigis recentiores. De electione domini in qualibet lunationis figura, alij eligunt illum, qui proximior est orienti, quod si non sit ibi aliquis, illum, qui in M.C. 3. si non sint isti, illum qui in 7. deinde qui in 4. vel si in his non sit, illum qui est in 11. per ordinem, qui in 9. vel 12. in iudicio etiam temporis considerant quidam ascendens thematis illius lunationis, super quos pla-

netas, aut fixa transeat, & iuxta illorum qualitatem tempus dicunt variari, alij considerant qualitates signi ascendentis, & de qua mansionem lunari sint, & coniunctim cum domino ascendentis discurrunt. Recentiores quidam vident quid præcesserit ingressum Solis in γ , & cum illis tantum iudicant de quolibet mense, ut v.g. vident ad dictum ingressum præcessisse ζ , de omnis mensis tempore iudicant per figuram coniunctionis luminarium occurrentem in dicto mense, si præcessit ζ per figuram ρ , communiter tam in $\zeta \rho$, quam in \square luminarium erigunt figuram, & secundum statum illius iudicant non solum de pluvia verum etiam de alijs, at quoniam planetae iuxta diuersum situm in figura, & diuersum signum quod occupant diuersos causant effectus, ideo specialia de singulis apponemus, quæ pro omni temporis figura deferuit. Venus in angulo in ρ luminarium certum est indicium pluviæ, cum luna & combusto applicat pluuiam facit, venus in primis gradib. α . pluit, dominus 4. in æstate combustus calorem dat magnum, & dominus in æstate egritudines erunt in partibus signo subiectis causa sanguinis ebullientis, & ventorum, η occidentalis in ultimis gradib. α . egritudinem causat, ζ maleficorum in α inopiam frumenti causat, & fructuum terræ, dominus ascendentis in angulo aqueo, pluit, η in Ω ventos calidos australes, paucam pluuiam, & magnam siccitatem & in π parvam humiditatem, & multas nebulas, ρ & in ν ægritudines, & dolores mulieribus, & in 8. vel 6. pueris infirmitatem, dum fortunæ cadente in loco sunt, & infortunæ in angulis pessima est populi constitutio. ρ in 7. in ignea triplicitate, aut cum igneis fixis iunctus odia, & lites incendia, & furta excitat, ρ in signo fixo durabilia facit sua mala, quod idem η . & bona durabilia fortunæ, luminarium eclipsis in aerea, & humana triplicitate famem, ægritudines multas, morbos pestilentes, & ventos suscitatur procellosos & in 4. autumnali combustus frigus inducit, sicuti π sunt ventorum auctores, ita ϵ niuium in hyeme, morbos à 6. & 8. domu, & à dominis earum, & à malo anni domino desumimus.

η domini anni in reuolutione anni in π & in angulo ascend. erunt venti septentrionales validi, & nocui, & rixarum indicium, η in ascendente afflictus malum corporibus designat, & infirmitates η . Dum η 12. occupat & ρ sit in 9. navigationem non subeas, in angulo M. C. alterat debitam aeris temperiem cum frigore valido η in γ sine beneficio ρ radio indignationes, & consequenter vindictæ desiderium excitat, η in Ω caliginem, corruptionemq; aeris affert, & cordi nocet.

η de

T de signo in signum trāiens per plures diēs in Cœlo sunt signa splendida ♄ in ♊, & ☿ albis nubibus cœlum tegit in ♋. ab infirmitatib. leuiat, in ♏ infirm. dat ex dolore capitis dum ☿ ☐ ad caudam mittit, mala martialia auget, ☿ dominus ascendens in signo aqueo frigiditatem, & pluuias dat, in ♋. & 8. vel aliquod dominium habens in illis dat vulnera scabiem, fleugmones, dolores capitis, & malignas febres, nisi à ♄ aut ♀ radio alleuietur, ☿ in aqueis, submersiones in aquis, & iuxta signum in quo est, ab illis dat mala dum malorum, & infirmitatum est significator. Cum sol est in aquario, & luna in ♎ illa die pluet, ☼ in ☿ termino calore alterat tempus.

De Planetarum significationibus iuxta varias configurationes,

☿ aspectus inter se, coniunctione cum fixis stellis, situ in domibus cœlestibus, ☿ signis circa ea, quæ ad aeris mutationem, artem medicam, navigationem ☿c. pertinent.

Cum Astrologicæ facultatis prædictiones effectus non aliundè desumant, quam ex Planetarum qualitatibus, quas & secundum se, & iuxta varias inter se configurationes retinent, idcirco quid inter se configurati prædicant proponemus; quas singuli Planetæ qualitates habeant; & causant effectus manifestauimus supra, restat ergo de effectibus, quos inter se causant inuestigare; per ordinem incipiemus ab aspectibus Saturni cum alijs Planetis; & quoniam supra ostēdimus omnes aspectus ab vno Planeta procedentes eiusdem esse rationis, & idem causare, idcirco quæ de vno aspectu dicuntur de alijs quoq; dicenda sunt, cum hac tamen differentia quod non omnes aspectus in operando eandem habent efficaciam, efficaciores namq; & validiores aspectus sunt, primò ☿, deindè ♀, postea ☐, huic sequitur △, quintum locum tenet ✕ sextum alij aspectus à me supra assignati, ac proindè aspectus, quo minoris sunt efficaciae, eò remissiores prducunt effectus, vnde magis alterabit ☿, quam ♀, magis ♀, quàm ☐, & sic per ordinem, hinc tam minimæ redduntur efficaciae quidam aspectus, vt potius ad aeris temperiem conferant, quam alterent, si dissymbolicæ sint qualitates illius temporis, nam si symbolicæ sint, augent, vel si cum aspectibus illis accident similium fixarum stellarum ortus, quia in hoc casu iuxta qualitatem tēporis, & aspectus, & magnitudinē stellæ est à prudenti Astrologo

logo iudicandum, ac proinde impossibile est ex folis aphorismis, qui traduntur, nisi ad sit Astrologi sanum iudicium aliquid certo dicere. Vltèrius circà aeris mutationes semper præ oculis habenda est qualitas temporis, in qua effectus erunt prædicendi, quia vnus qualitas alterius qualitatu effectus, aut impedit, aut valdè diminuet. Proinde semper vnus qualitates cum alijs erunt ponderandæ, his notatis exordium à Saturni configurationibus ducimus, $\text{♄} \text{ } \text{♂} \text{ } \text{♂}$, de hac ♂ sicut, & de aliorum trium superiorum ♂ , specialem tractatum supra instituimus, & multa notauimus, nunc dicimus ♂ istam vere pluuias, & tonitrua, tempestatesq; producere, æstate grandines cum tonitruis, autumno pluuias violentas, & turbidum aerem, hyeme diminutionem frigoris, æstate grandines cum tonitruis, & vniuersaliter, in igneis est procellosus, & grandinosus, in humidis nubilosus, & aqueus, in aereis ventosus, & omnium destructor, in terreis fructuum dissipator. Insuper terræmotus, & hoc ferè semper si contingat cum Saturninis stellis sociari planetas illos, quia spiritus, quos sua vehementia sursum trahit ♂ terræ poros à ♄ obstructos repientes terræmotum causant. Horum aspectibus si accedat ♄ aspectus, augebuntur significata illorum, & maximè quoq; implicabuntur, & manifestabuntur cum violentia, & perturbatione si accedat aspectus ♄ , vel si vnus ex ipsis planetis accedat ad ♄ , vel post aspectum illorum duorum vnus perueniat ad paralellum alterius, quod habeatur in themate alicuius præcedentis sigizæ, quia tunc mala ab istis significata nimis vigorabuntur, quod idem dicas de alijs planetis, dū ad paralellum malefici accedit, & tunc pronūcia eisdem effectus, ac in alijs aspectibus. Beneficis aspectibus, scilicet $\text{♄} *$, vel alio benefico aspectu ex supra dictis se aspicientes, & si aerē turbent modo supra dicto, non tamen multum, & mala, quæ malefici isti minantur, minuentur, imò desistent, dum ♄ , vel ♂ à benefico separatus ad malefici accedit radios, vel ad combustionem, tunc magno fremitu in ipsorum mala prorumpunt, & quidem per multos dies antè & post $\text{♄} \text{ } \text{♂} \text{ } \text{♂}$, vel in antisceio ♄ , de ♂ isto. rum diximus supra, in signis humidis pluuias multas, & inundationes, in igneis siccitatem augent. Hyeme nebulas, obscuritates, autumno ventos, & pluuias, æstate aerem turbulentum cum tonitruis, vere generaliter aerem turbat, & iuxta domus in qua sunt significatores mala signifiant. Si maleficus ad beneficos planetarum beneficorum aspectus accedat (mala mutat in bonum) è contrà verò si beneficus ad quemcumque maleficorum radium perueniat, ac proinde in aspectibus benefici cum maleficis videndi sunt accessus illorum; dicitur autem vnus ac-

cedere ad alium, dum vnus, v.g. ♄ est in ♏, & ♀ in ♐, quia suo motu à ♏ accedit ad ♐ per ordinem signorum, & huius ratio est (vt dixi) quia significator ordinatus ad promissores aspectus induit naturam planetæ aspicientis, quapropter considerandum semper est quinam planeta applicet, iuxta vigorem aspectus est postea discurrendum. In ♄ autem (in quibus hæc regula non habetur) videndum est, quinam planetarum coniunctorum sit eleuatus, & iuxta naturam planetæ eleuati si beneficus, v.g. sit eleuatus, pro tunc præter aeris qualitates omnia deinde in melius prosperabuntur, si verò ♄ præter aeris qualitates minatur ♄ sua mala, & istorum in 1. in ♎ decernunt casum dentium grandium præcipue superiorum, ♄ istorum sæpè sputum sanguinis producant; istorum affligentium luminaria ♄ ☐, vel oppositio in ♋, vel vltimis partibus ☌ læsiones minantur in corpore præcipue ab animalibus, item ♄ in ☌ impeditus à ♄ dolores podagræ excitat, insuper istorum ☌ occultos dolores, stomachum, neruosq; infectat, & sæpè calculos parit.

♄ ☌ ☌ ☐ antisc. cum ☼ portas aperiunt ad niues, pluias, grandines, vere, & autumnno frigus, & pluias, æstate tonitrua, grandines, & caloris remissionem, hyeme nebulas, niues, gelu, & similia per multos dies antè, & post, & quidem in ☌, & ☌ multum frigefacit, istorum aspectus neruorum præstat ægrotudines, & impedimenta in significatis 10. domus, & eius malæ qualitates alterare possent corpus ad odia, rixas, & inimicitias, longasq; ægrotudines, & mala solificis, si sol sit in dextro, insuper si ☌ istorum accadat in ☌ in multis molestat, si apud præsepe coniungantur; grandines, ac tonitrua dat, Sol in parallelo ♄ negotia solificorum procrastinat.

♄ in ☌ ☌ ☐, & antiscio ☌ æstate repentinas pluias, vere, & autumnno pluias, & frigus magnum, vel minus iuxta aspectus qualitatum, ☌ magna affert libidinis incitamenta mala, & in angulis sterilitatem.

♄ ☌ ☌ ☐, & ad antisc. ☌ effectus largiuntur iuxta signorum qualitatem, vnde in aqueis pluias, in aereis ventos, in igneis siccitatē, in terreis frigiditatem. Hinc vere ventos cum pluuijs, æstate ventos, & imbres, autumnno ventos, & nebulas, hyeme ventos, & niues. Linguae, vel auri impedimentum istorum malus aspectus causat, si sit in signo muto, si ☌ fiat in M. C. cum malo aspectu.

♄ ☌ ☌ ☐, & antisc. ☌ in humidis, & aereis pluuiam, & nebulas, & humiditatem causat, & frigiditatis augmentum, maximè si sit luna plena nubes inducunt obscuras, & molles pluias. Vere turbidum aerem, & humidum, æstate humidum, & tempus in calore remittit, & si à mar-

tialibus, aut Mercurialibus stellis, vel alio aspectu ☿, aut ♃ iuuetur, grandinat iuxta vires illorum aspectuum, vel stellarum magnitudinem, autumno nubilosum, & pruinam, si luna sit in mansione sua. Hyeme nubes, niues, sæpè etiam grandines, & rixarum occasionem præbere potest inter vxores, & viros, ♄ cum ♃ iuncti in tropicis, vel in malo aspectu ☿ dant cæcitatem, vel casus ab alto. ♄ cum ♃ sub radijs strabones, vel luscios faciunt oculos, paralitici, quiq; neruorum frigidas patiuntur ægri tudines attentè viuant dum luna non longè est à ♄, quia tunc illos, & auget, & causat, quod idem dicas dum ipsa sub solis radijs sit cum ♄ in signo aqueo, quia in his casibus frigidis humoribus neruos molestat.

♄ ☿, & ♄ in Apogeis proprii epicycli hyeme frigus augent, æstate calorem minuunt, item humectant, contrario modo se habet ♄, & ♄ in perigeis sunt nimis frigidi, & calidi, magis calefaciunt ob propinquitatem cum ☼. ♄ in aqueo signo combustus dolores graues dat dentium præcipuè in 6. vel 1.

Planetæ ♄ maximè vires suas ostèdunt, & quas promittunt, & non nisi malum expectandum est illis, in quorum signis planetæ retrogradi manent.

Stationarij planetæ augent effectus, & significata sua, quia licet in stationibus sint debiliores, cum tamen fixi, ac stabiles in vno loco operentur, plus valent, quam vagans operans, idcirco quoniam inuariabilè ostendunt statim, plus valent in suis bonis, vel malis significatis, secundum quod ipse fuerit, hinc stationarij effectus maximè considerabiles præcipuè trium superiorum, & quidem ♄ iuxta qualitatem temporis augent suas frigidas, & siccas qualitates. ♄ ♄ in ☊, & in 10. mala multa subiectis eo signo, & triplicitati illius minatur in significatis 10. quod si ibi occidentalis fuerit, propter sanguinis multitudinem varias indicat infirmitates. In angulo M. C. in dignitate sua constitutus, tempore caloris minuit illum, & hyeme, aliouè tempore auget frigus, & terremotus ♄ ab angulis principalibus remotus nō multū immutare potest aerem, in 1. 6. aut 8. semper mala corporibus infligit de sua natura, & quidem si in ☊ fuerit, pleurisin, tusses, & ventositates minatur. Trāsitus ♄ de signo in signū per plures dies splendida facit signa. Quid planetæ in singulis domibus, & signis significant, considera naturam signi, & statum planetæ, & vnum cum alio misce, & discurre secundum illorum qualitates, nam vt dixi in humidis auget humiditatem, & sic de reliquis iuxta symboleitatem, vel dissymboleitatem suarum qualitatum, &c.

¶ cum stellis fixis coniunctus cum asello boreo aerem immutat ad humiditatem, cum cornu capricorni, frigus, & nubes, cum stellis cæti tempus turbidum, cum cane maiori ventos, fulmina, & pluuias, tam ¶, quam ☉ ♃, vel ☿ exorientes, vel occidentes cum stellis trianguli cum ascendente caput ♀, cum ventre meridionali ♀, dextro humero aurigæ, hercule, stellis ☿ corona, cingulo ♀, & persepe ventos excitant, cum vmbelico andromadæ nubila, interdum pluuiæ, & niues. Cum cauda ♀ turbata aerem, cum capitæ Medusæ frigiditatem, & humiditatem, cum stellis orionis ventos, & imbres, cum corona lucida aerem turbidum, cum delphino nubes, cum lira nubila, cum corde leonis instabilitatem aeris, pluuias, & tonitrua, ventos, & fulmina magis, & minus iuxta qualitatem temporis, cum hyadibus pluuias, ventos, & tonitrua, cum pleiadibus nebulam, vel niuem, aut pluuiam iuxta anni tempus, cum spica ♀ repentina mutatio ad imbres, tonitrua, & fulgura, notabiles, an verò mediocres producturæ sint istæ effectus considera ex ipsarum stellarum magnitudine, & an accidat ortus alterius stellæ beneficæ cum alio planeta, vel contrarij aspectus dissymbolorum planetarū &c.

¶ ♄ ♀ ☐, & antisc. ad ♄ in humidis fulgura, tonitrua pluuiasq; salubres denotant in calidis, & ficcis caloris exuperantiam; si dominatur ♄ incendia, siccitas, & maligni effectus, de quibus supra dictū est, nam ♄ dominans dant omnia bona, fertilitatem, & animantium salus &c, igitur ventos, & aerem turbulentum, æstate calorem, tonitrua, & fulgura, autumno aerem turbidum, & ventosum, hyeme tempepratur frigus; dum ♄ ♄ cum ♄ in signis borealibus, in æstate multæ erunt scintillationes in aere, & periculum posset præstari animantibus propter aeris pestilentiam ex nimia corruptione futura ob intensos eleuatos vapores pestiferos cum aere permixtos. Namq; ♄ cum sole illo eleuans ♄ illos incendendo corrumpit, vnde venenosus redditur aer, insuper cū caloris multi fiat augmentum, hinc rixarum datur dispositio, & si præberetur occasio bella darentur. Et quidem aspectus isti ♄ ad ♄ ad multas disponit contentionum, ac prætensionū occasiones. Istorum etiam ♄ martiales fortunat in ♄ significatis, ♄ autem pericula multa, odia, & natos excitat, & ad ludos inclinat.

¶ ♄ ☐ ♄, antisc. ☉ serenum producit tempus, in aereis ventum placidum, & serenum aerem, in humidis pluuias salubres, vere, & autumno ventos, æstate tonitrua, hyeme frigoris remissionem, in igneis febres sanguineas sine putredine, quam acquirunt si accedat ♄ aspectus; a Sole orientalis serenitatem, & ventos septentrionales inducit, & tem-

peratum calorem, occidentalis verò humiditatem, & quidem ☿ orientalis in omnibus est fælix. ☿ oppositus soli difficultates in suis significatis à solificis præbent.

☿ cum ♀ ☿ ☐ ☿, & antisf. dat serenitatem, & in omnibus tranquillitatem, & iuxta signorum qualitatem omnia prospera producit, si ♀ prædominetur magis ad pluuiam declinat, si ☿ ad serenitatem.

Si ad ipsos in Piscibus coniunctos perueniat directio solis in 10. constituti, cum sit beneficorum irradiatio expectanda tunc sunt fælicitatis, ac lætitiæ flumina. Quod idem dicas si ad ipsos in 2. locatos perueniat solis in prima positi directio; ☿ istorum venerea significata, & venereos aliquantulum molestat.

☿ cum ♀ in aeris ventos sine pluuiâ, & serenitatem omni tempore, in igneis siccitatē, & ventos calidos, multosq; causat bubones, in aqueis pluuias transeuntes causat, & ♀ subiectis bonū statum, ☿ vëtos validos.

☿ cum ☽ fælix æquidem in omnibus bonis præstandis constitutio. Et iuxta signorum qualitatem alterat suauiter, verum si a ☿ ☽ ad ♀ defluat, aperitur ad ventos porta.

☿ cum fixis cum Regulo calorem inducit, cum Acanar serenat, cum ceruice ☿ ventos excitat, cum cauda delphini oriens aerem turbat, cum saturninis auget frigus, cum martialibus tonitrua, cum venereis serenitas, cum lunaribus molles pluuiæ, cum mercurialibus aeris claritas. ☿

☿ ☿ ☐ ☿ antisf. ☼ in igneis siccitatem, & calorem, in aqueis grandines cum impetu & tonitrua, & fulgura, in aereis nebulas in terreis ventos cum impetu. Vere siccos ventos, æstate tonitrua grandines, siccitatem calorem, & fulgura, autumnò vt in vere. Hyeme frigus remissum cum siccitate magnâ in bicorporeis, præcipuè vere, tenebras, æstus, & infirmitates, in igneis ardentes febres omnis generis facit, dat etiam præcipuè oculorum infirmitates & stomachi, violentias, & damna insignificatis 2. domus si ☿ sit in dextro, quod si sol in dextro fuerit insignificatis solis dat malum exitum, & perturbationem. Dum ☿ in 7. positus in ☐ aut ☿ ☼, vëi ☽, posito ☿ in 1. vel si sint ☿ & ☽ in 1. oppositi ☿, epyleptici malè se habebunt. Hic etiam sapientes quoq; monere volo, semper curiosum aliquid esse expectandum, dum sol plures subit cum superioribus planetis aspectus, & hi inter se in fixis signis aspiciuntur cum superiorum aspectus valdè effeaces sint, & magis ob commissionem luminis cum sole, quorum naturam assumit, eorumque significata manifestat.

Dum ☿ à ☐ ☿ ad ☐ solis applicat cum maximè calor, & siccitas atere.

teretur cessabunt contentiones, quæ per illum aspectum erant inter Martiales, & Iouiales, & ob nouum aspectum, ad calidum planetam ☿ applicat, nouarum præstantur rixarum propensiones, vnde motiuis datis bella possent sequi, cumq; malitia Martis sub Sole abscondatur, non tam facile hæc penetrabuntur. Si ☿ ad solis ☐ accedens sit iunctus cum corde Scorpij, vel alijs stellis Martialibus, aut Mercurialibus, & magis si ☿ fuerit supra terram, tempestatem validam causare solet cum ventis, & istorum infirmitates in oculis adducit, item impedimenta in significatis solis, corpus egritudinibus debilitat, & pericula de natura ☿ adducit, ad sesquiquadratum ☿ applicans sol tempus ex improviso perturbat iuxta qualitatem trigoni in quo est, in aereis scilicet ad ventos, ad calorem in igneis, ad aquas in aqueis, in terreis ad siccitatem magnā cum caloris remissione. Trinus & ✕ alijq; boni aspectus mala a Marte significata sedat, & Martiales felicitat.

☿ cum ♀ vere pluuiam subitaneam, æstate pluuiam cum tempestate, autumno vt in vere, hyeme frigus cum humido remisso, & si istorum ☿ in ☿ accidat pluuiam indicant, cum ♀ per aspectum cum ♀ nimis calefiat, hinc subiectos veneri libidinosos reddit, vnde mulierū causa possent esse rixæ, egritudines in pudendis præstat ex causa venerea, & humorum corruptione, & est aperitio portarum, aspectus istorum.

☿ cum ♀ hyeme, & vere niues, æstate tonitrua, autumno grandines ventosq; validos, & vniuersaliter omnis aspectus istorum ventos, & nubila producit. Morbos inducunt cum delirijs, si sint in ☿ ☿, & ☿ vel si peregrini sint in angulo ☿, ingenia excitat, si in aqueis coniungantur, caueas ne nauigationem subeas, quia tunc maritimam inuenies classem, & in piratas poteris incidere; si sub radijs multas indicant infirmitates.

Si ☿ in ☐ cum ♀ & in parallelo ☿ & ☿ inter se oppositorum fuerit, tunc res magnæ considerationis, & Martiales effectus de nouo audiuntur, nec non pericula terræ motus, & casualis incendiij, & stante tali ☐, si ☿ ad ♀ deueniat, a Mercurialibus patientur martiales, è contra fiet si ☿ ad ☿ perueniat tunc.

Mars cum Luna operatur iuxta qualitatem signorum, in igneis nubes rubeas; calorem, siccitatem, ventos validos, coruscationes, tonitrua, aliquando pluuias, & æstate grandines, & tonitrua causare solet in humidis pluuias, in terreis, & aereis ventos, & hyeme alijq; temporibus semper fit caloris remissio, in omnibus sanitati noxij sunt mali istorum aspectus. Oculorum præcipuè vitia dant, malus aspectus ☿ cum ☽ minuta motu sed lumine crescens chronicam egritudinem ge-

nitalium prædicit ζ vel δ , si δ sit in humano signo vulnera & lesiones in corporibus minatur.

δ cum fixis, cum arcturo vëti validi, fulmina, & tonitrua, & pluuiæ, cum cauda ρ tempus humidum, cum aquila hyeme niues, & æstate pluuiã persequerantem, cum stellis Orionis, Hyadibus, Regulo, & Canibus producit ventos, imbres, tonitrua, & fulgura, & quidem de ζ cum his stellis (sicut & idem de planetarum ζ cum fixis dicendum) obseruanda est non solum in mediatione cæli, ortu, & occasu matutino, verum etiam vespertino, eadem hac nocte qua hæc scribo, quæ est 2. Augusti 1653. à 7. vsq; ad 10. noctis horam Bononiæ tam valida vrget tempestas cum tonitruis, aqua, & corrulcationibus, ac fulminibus, quod penè mundum totum videtur submergere, & iam per tres horas adhuc durat, solum Δ cum δ iuenio, at diligenter perquiro nunc, & inuenio, cum Aldebaram vesperi cælū mediare, δ occidere cum media in tibia sinistra Bootis, mediare cælum hyliacè cum dextro humero Herculis, & die antecedenti mediauit hyliacè cælum cum antares, ortus est hyliacè cū australi alia de natura η & δ , & propè alias stellas hyadum ortus cosmicè. Vndè videant Astrologi, quanta adhibenda sit diligentia in cælestium causarum consideratione, quam si haberent, à multis certè mendacijs palam impressis se liberarent.

\odot cum ϕ vere pluuias, æstate pluuias cum tonitruis, autumno magnam pluuiam, hyeme pluuiam ac diuturnam humiditatem. Si accadat solem esse in grad. 18. scorpij, & in α sit venus in humido gradu pluuiæ erunt magnæ, partilis istorum ζ significata bona solis promittit.

\odot cum χ in aereis ventos humidos, in humidis pluuias, in igneis ventos calidos corruptentes, & siccos, autumno grandinat, & inducit ventos cum nubibus, hyeme & vere ningit, æstate grandinat, & tonat; & si χ sub radijs solis fuerit fulgurat, & tonat.

\odot cum Δ istorum ζ & δ ac \square desumitur iudicium ex quolibet anni tempore in humidis pluuias, in igneis siccitatem, & serenitatem producunt, & iuxta naturam planetarum dominantium in hora illorum aspectuum, & situm desumendum iudicium de effectibus, plenilunia æstate frigida, & hyeme sunt temperata nisi obset malus η vel stellarum η radius; si accadat δ vel \square , sole existente in α pluuiæ erunt, maximè si ibi sit ϕ , item δ luminarium in γ α & χ imbres & tonitrua \odot δ Δ , vel Δ cum ϕ in γ α χ α imbres, lampades, tonitrua, & fulgura. Sol in signis septentrionalibus auget calorem, cum Sol est in aquario, & Luna in Ω , illa die pluet, Sol in termino δ existens calorem auget,

vel

vel frigus minuit. De ortu & occasu Solis tam matutino, quam vesper-
tino cum fixis specialem habes tabulam mox sequentem sicut de ortu
stellarum cum quocumq; alio.

♀ cum ♄ sæpè ventos cum humiditate, & iuncta in hora ♂ vel ♀
luminarium si in humidis maximas dant pluuias, mercurialia in ♂ ♀
cum ♄ prosperabuntur, at rumores apparebunt.

♀ cum ☽ leues, & tenues pluuias, & subfrigidas, & maris æstus, ve-
re humiditatem, & nubes, æstate calorem remittit, autumno turbidas
nebulas, hyeme nives, aut turbidum, vel humidum tempus. Si ☽ a ♀
discedens ad ♂ ♂ vel radios feratur ad aquas, fulmina, & tonitrua, ape-
riuntur portæ ☽ ☽ cum ♀ in signis vel aqueis vel aereis ventos tempe-
stuosos, & omnium turbationem affert.

♀ cum fixis stellis, oriens cum corde ♄ aerem calefacit ultra debi-
tum suum statum; oriens cum corde ☾ aerem turbat, occidens cum ar-
cturo turbat aerem, ortus cum Aquila aquam, & ventum indicat, cum
nebulosa oculi ☿ ventos & pluuiam, cum pleiadibus per aliquot dies
pluuiofam tempestatem, cum asellis, & præsepe iuncta pluuias, cum
♄ capite oriens ventos, cum stellis herculis pluuiam, cum stellis orionis
ventos, & nubes, cum corona humidum, cum cingulo ♄ imbres, cum
asellis aurigæ humiditatem. Venus pisces attingens eodem die pluuiam
denotat, à Sole combusta (sicut & ♄) autumno frigus, & humiditatem
generant, hyeme meridionales ventos, & nebula, vere nebulas, æstate
calorem, & tonitrua. Combusta prægnantium ab ortu disponit. ♄ &
orientalis, Sole in ♄ ☿ ☿ existente in principio hyemis pluuias abun-
dantes, vere paucas. Hyeme directa in principio paucas pluuias, in
fine multas.

♀ cum ☽ iuxta signorum diuersitatem tempus mutat, namq; in sic-
cis ventos & siccitatem, in humidis pluuias, & imbres, in aereis ventos,
ad instabilitatem, & difficultates disponit ipsarum ♀ & ☿, nec non ob
ipsarum instabilitatem rixas & populares motiones.

♀ & si ad ☿ vel ♀ martis applicat tempus turbidum (& si tempus est
aptum) niuosum iudica, item casum aliquem ex astutijs, & dolis, quas
♀ ministrat, disponit, & interceptionem, & retentionem suorum signi-
ficatorum, propter quod multa, quæ abscondita erant, manifestabun-
tur, in ♄ ♄. calorem auget. Combustus, autumno frigus, & humidita-
tem, hyeme nebula ventosq; meridionales, vere nebulas, æstate cali-
dorem, & tonitrua. In Apogæis eccentrici, vel epicycli magis calefa-
cit, minus in perigeis. Quod idem dicito de ♀, ♀ existente in signo, &
luna

luna in simili mutatione effectus producūt similes illi signo, vt in igneo, & ♄ in sicca mansione, siccitatem; si in humido, & ♃ in humida mansione aquas, & sic de alijs per similitudinem. Item combustus ægritudines dat.

♄ cum humero sinistro orionis oriens aerem cum vento turbat, cum pleiadibus Regulo, & ventos, & pluuiam, idem cum hyadibus, cum canibus ventos, imbres, & tonitrua, cum cauda ♄ ventos, & humiditatem, cum aquila humiditatem niuosam, pluuias cum ventis, cum cāda ♄ ventos frigidōs, niues, & imbres, cum Lyra turbatio, & subitaneos, imbrem, & ventos, cum crure aquarij ventos cum nebulis, cum lucida hydræ ventos cum frigore, cum spica ♄ ventos cum pluuiā, cum præsepe ventos cum tempestate, cum stellis trianguli ventos, cum nubibus.

Significata solis, & planetarum cum fixis stellis, cum quibus oriuntur mane tam ipse sol, quam alij planetæ. Oriens cum arcturo ventos, & tempestates, si accedat ♄ testimonium, si ♄ pluuiam perdurantem, ortus matutinus cum spica ♄ frigiditatem, & humiditatem auget, caput medusæ frigus, niues, aerem turbant, humerus sinister aquarij auram frigidam, glaciem & ventum, humerus sinister Herculis, & axilla ♄ subitas tempestates cum vento, & pluuijs, caput andromadæ aerem serenum, cauda ♄ aerem variat, hædi pluuias, cornu arietis pluuias, vel niues, cingulus orionis pluuiam continuare facit si eo die inceperit, tempestates si ♄ aut ♄ sit iunctus, autumnus salubris, tonitrua, & fauonij. Pleiades faciunt efflare fauonium, dum imbres cadunt in ortu arcturi, non accident in occasu matutini delphini, vergiliæ fauonium spirare faciunt. Oculus boreus ♄ tempestates, vltima cauda ♄ rorem, hyades pluuias cum vini abundantia, oculus ♄ pluuias cum tempestate, sinister orionis pes tranquillitatem, humerus dexter orionis pluuias, syriomaris terræ, & animantium perturbationem, siccitates, & morbos, vini fluctuationem, canum rabiem, piscationem piscium, & magis si cum ♄, & minus si cum ♄ vel ♄ & erunt pluuiæ. Si ♄ fuerit in ♄ procellas inducit si in ♄ pestilentias, si ♄ siccitatem, si in ♄ magnos æstus, si in ♄ imbrum frequentiam, si in ♄ in temperiem siccam, si in ♄ pestilentias, in ♄ pluuias, si in ♄ & ♄ siccitatem, & morbos, si in ♄ largam pluuiam anno sequenti. si in ♄ similiter. Regulus, aquilonem excitat. Cervix corui, aeris in constantiam, dexter humerus Herculis ventos, sinister humerus Herculis subitam tempestatem, ventos, & pluuias, & tonitrua, cauda leonis tempestatem, & grandines, tergum leo-

leonis aliqualem humiditatem, & frigiditatem, vindemiator humiditatem, & siccitatem, lucida coronæ ventos, arcturus procellas, & grandines si Saturnus, & mars steterint in quadrato. Lucida lancis borealis ventos fauonios, & lucida lancis australis minantur ventos inordinatos, ophiuci caput frigoris acrimonias, cum nubibus, cor æ humiditatem, & tempestatem, aquila pluuias, vel niues, & frigoris remissionem, canes, sinistri pedis ophiuci nebulas, & tenebras, humerus dexter centauri ventos, niues, vel pluuias, cauda delphini pluuias, vel niues, caput andromadæ aeris serenitatem, nebulosa æ nebulas, humiditates, & ventorum conflictus.

*Ortus vespertini stellarum fixarum tam cum sole,
quam cum planetis alijs.*

Cingulus orionis, fauonium, nebulosa capitis æ ventum græcum, frigoris remissionem, & aeris crassitiem. Vindemiator aquilonem gelidum mouet. Cauda ß humidam tempestatem. Lucida coronæ tempestatem. Arcturus tempestates, fauonium, & aliquandò procellas. Dexter humerus Herculis ventos orientales. Canis maior varios aeris status, nempe cum vento, aqua, aut niue. Rostrum corui aeris frigiditatem. Syrius remissionem frigoris, & auram lenem. Cor hydræ aerem turbidum, & humidum. Aselli, & præsepe pluuias si ♃, aut ♀ coniungatur. Canis minor aeris variationem. Venter leporis frigus asperum. Spica ♄ frigiditatem, humiditatem, & aeris perturbationem. Brachium dextrum Herculis ventos. Sinister humerus Herculis niuem, & pluuiam. Caput Herculis tonitrua. Regulus frigoris augmentum. Ceruix corui austrum pluuiosum. Tergum ß nebulas, & frigiditates. Cauda ß humiditatem. Delphinus nebulas, & aeris varietatem. Caput andromadæ gratam serenitatem. Oculus ζ auram frigidam, & niuosam. Cornu γ aeris inconstantiam. Cor æ tempestatem. Præcedens in femore Herculis, ventos, & tempestates. Lucida hydræ pluuias, & niuem. Lucida lancis boreæ frigidiorē noctem. Humerus dexter centauri humiditatem aeris. Aquila in plenilunio, oleas, & vites florentes minus fæcundas reddit. Pleiades copiosas pluuias. Humerus sinister aquarij frigidas auras, & ventos. Asellus australis obscuritatem cæli, & pluuias. Caput præcedens, & humerus dexter orionis niues, & ventos occidentales. Caput geminorū, & humerus orionis sinister remissionem frigoris, & ventorum conflictus. Dexter talus aurigæ, ventum turbidum.

Occa.

Occasus matutini stellarum fixarum, tam cum Sole, quam cum planetis alijs.

CAuda cæti nebulas. Delphinus calorem æstû, & imbres. Rostrum corui auram turbidam, & crassam. Cauda ☿ niuem, vel frigus. Spica ♀ humiditatem, & ventos. Afellus boreus varietatem aeris. Regulus aquilonem, & pluuiã. Algorach, seu ala dextra corui nubem, niuem, & aeris turbationem. Cauda ♀ ventos, pluuias, & tonitrua. Arcturus aerem intemperatum. Aquila Africum, & æstum. Lucida coronæ austrum. Cubitus dexter ☿ coruscationes pluuias, & ventos. Cor ☿ aerem æstuosum. Humerus dexter ☿, pluuias, ventos, & coruscationes. Dexter tibiæ ☿ australis, tonitrua, & coruscationes. Nebulosa sequens aculeum ☿ nebulas, & aquilonem. Axilla ☿ serenitatem. Stellæ ophiuchi nubes. Tergum ☿ nebulas, & rorem. Iaculum ☿ pluuias. Nebulosa ☿ aerem turbidum, nebulosum. Caput ♀ præcedēs niues, & ventos occidentales. Pleiades aquilonem, & si nubes erit hyemē pluuiosam. Hyades gelidas pluuias. Ultima cauda ♀ pluuias cum niue. Cornu ♀ aeris inconstantiam. Venter leporis ventos. Fæmur sinistrum Herculis ventos occidentales. Caput andromedæ temperiem gratissimam aeris. Lucida hidræ nebulas, & humiditates cū ventis. Procyon africanum cum pluuijs, & dies halcyoni dicuntur, apex trianguli, ventos occidentales. Canis maior africanum cum pluuijs. Clypeus orionis, nubes, & ventos sine pluuiã. Pallitium, pluuiam cum niue. Cingulus orionis, fauonio, & austros cum pluuijs.

Occasus vespertini stellarum fixarum, tam cum Sole, quam cum Planetis alijs.

HYades ventos frigidos. Nebulosa ☿ nebulas, & obscuritates. Ceruix corui aerem inconstantem, fulgura, & tonitrua. Cauda ☿ tepiditatem. Tergum ☿ nebulas, & nubes. Caput sequens ♀ ventos occidentales. Afellus boreus aquilones. Pleiades ventos frigidos. Oculi ☿ tempestatem. Procyon fluctuationem ventorum. Regulus fauonium. Arcturus, venti austrini. Axilla ☿ frigus serenum. Rostrum corui tranquillum, & serenum aerem. Lucida hidræ nubes, cū pluuiã. Aquila tempestatem. Lucida coronæ, cum cauda ☿ tempestatem. Iaculum ☿ auram lenem, & frigoris remissionem. Procyon, si cum plenilunio

om.

omnium frugum lesionem. Ultima cauda \vee pluuias nocturnas. Caput andromedæ frigiditatem. Venter leporis ventos frigidos. Cor α pluuias. Sinistrum fæmur $+$ vêtos, & serenitatem. Humerus sinister \approx frigiditatem. Cubitus dexter \approx ventum pluuiosum. Ala dextra corui nubes, & pluuias nocturnas. Os cygni tempestatem in mari, & ventos pluuiosos. Cauda delphini ventum cum pluua, vel niue, sinister pes orionis temperatam aeris complexionem. Clypeus orionis pluuiam. Fæmur sinistrum Herculis ventos vehementes occidentales. Syrius austrum, & aquilonem biduò antè, vel post plenilunium, rubiginem segetis, & vredinem florentium, vnde rubigalia, & floralia ex numæ, & tybillarum decreto in principio Maij celebrabantur.

Ortus Solis cum fixis.

Cum arcturo ventos, & tempestates, cum aquila niues; cum andromadæ vmbelico tempus turbidum, & humidum. Cum asellis subita aeris perturbationem, imbres, tonitrua, & fulgura. Cum acanar serenitatem, & caloris temperiem. Cû aurigæ humero dextro ventos. Cum β cauda niuem frigus, & nubes. Cum β dorso frigoris augmentum. Cum corona nubila. Cum cane maio i serenitatem, & calorem. Cum corona matutina ventorum renuntiationem. Cum Herculis stellis ventos. Cum hyadibus nubila. Cum hædis pluuias in Italia. Cum lancibus pluuias, & ventos. Cum lira frigus, & humorem. Cum \vee cornu, vel cauda turbationem aeris. Cum delphino ventos. Cû lunaribus maris æstus. Cum δ nubila. Cum capitæ medusæ niuem. Cum orione ventum faonium. Cum pleiadibus ventos, & pluuias. Cum regulo ventum aquilonarè. Cû succalis pluuias. Cum syrio maris æstus. Cum trianguli stellis ventos. Cum δ oculo pluuias cum tonitruis, & fulgoribus. Cum vindemiatore gelidum aquilonem. Cum virgilijs faonium. Cum zona orionis, faonium. Cum spica η manè oriens frigiditatem, & humiditatem auget, cum stellis in fronte α , stellis cæti, nebulosis, in δ , in orione, in $+$. Cum dorso δ , cauda δ , vmbelico andromadæ, cornu, & cauda \vee , nexu χ , aerem turbat, & humectat.

Sol occidens cum occasu arcturi tempestatem. Cum occasu aquilæ vêtum affricum. Cum occasu acanar aeream caliditatem. Cum occasu aurigæ humeri dextri ventos humidos. Cum occasu canis faonium. Cum occasu caudæ β humiditatem. Cum occasu hyadum maris commotionem. Cum occasu cordis δ imbres, tonitrua, & fulgura. Cum

occasu liræ est occidente. Cum occasu liræ (sic enim semper intelleximus supra) nubila, frigus, & pluias. Cum occatu lucidæ coronæ austrum. Cum orione, & aldebaram occidens aerem cum tempestatate, imbris, & ventis turbat. Cum regulo imbres, cum tonitruis, & coruscationibus, & vniuersaliter stellæ saturninæ sunt frigidæ, & siccæ, & grandinant, & similia faciunt, louales salubres, & serenæ, martiales igneæ, procellosæ, tempestuosæ, & pestilentes, Solares æstuosæ, & ventosæ. Venereæ frigidæ, & humidæ. Mercuriales sunt indifferentes, vnitæ cum Saturninis, vel ☿ participante gelidæ. ♀ ventosæ, & tempestuosæ. ♂ impetuosæ, ♀ pestilentes, lunares sunt turbidæ, & tempestatem in mari dant. Tempestuosæ sunt orion, arcturus, & corona. Ventosæ hædi, & capra. Pluuiosæ hyades, & pleiades. Æstuosæ anteriores partes ♏, & canes.

Ultra hæc assignata aeris mutationem causantia, hæc alia notanda sunt. Luna quando peruenit ad signum ascendens illius, ☾ ☿, aut ☽, aerem turbat iuxta qualitate in signis; tunc maximè mouetur tempus cum ☿ post aspectum cum ☽ iungitur aspectu valido cum domino figuræ, aspectus ☽ cum ☿. Dominus ascendens in signo aqueo pluias generat. Ex superioribus planetis solus ♂ pluiam, ex inferioribus solus ♀ serenitatem dant. Cōsiderare etiam debemus pro temporis mutatione, cum quo aspectum subeat ☽, post habitum aspectum cum ☿, vnde oritur portarum aperitio, planeta a quo recedit ☽, dicitur aperire portam ei, a ☿ quem post illum accedit; igitur si post aspectum cum ☿ accedit ad ☿ nubes, & sæpè pluiam facit, dum ☿ portam aperit ♀, aut è contra erunt venti boreales, dum ♂ portam ♀ aperit; idest postquā ☽ ab aspectu cum ☿, subit aspectum cum ♀, erunt venti australes, si è contra, idest ♀ aperit ♂ portam, erunt venti cum pluuia tonitruis, & coruscationibus, hoc tamen nota, quod dum planeta portas aperiens est ☿, tardi motus, occidentalis à Sole, descendens in sua latitudine, vel combustus, aut oppressus erit indubitanter pluuia (excepto in his conditionibus ☿). Plures planetæ ☿ in 4. autumnali, si hyeme dirigatur, erit ubiq; magna siccitas, ☽ dum in his signorum gradibus fuerit, pluit, in grad. 9. ☿. in 2. ♀, in 20. ☿. in 21. ☿, 4. ♀, 18. ☿, 21. 23. 25. ☿. ♂ ☿, & ♀ in ☿ pluit, dum ☿ ingreditur pluit.

Circa sanguinis missionē à nulla corporis parte fiat dum ☽ in signo est illi parti dominante. Tempus extrahēdi sanguinem, in flegmaticis ex omnibus partibus corporis dum ☽ est in ♋, sed non tunc ex capite, in ☿ sed non ex coxis. In melanconicis ex omni parte dum ☽ est in ♏,

at non

at non ex natibus, in ☿ at non ex tibijs, pro colericis dum ☽ est in ♊,
 at non ex pectore, in ♀ at non ex pudendis, in ♋, at non ex pedibus, dū
 ☽ est in ♋, vel ♎ nè sanguis emittatur, vltius dū ☽ est coniuncta cum
 sole impedit sanguinis missionem per tres dies antè, & post, cum ♄ vel
 ♀ per vnum diem antè & post, cum ♄ combusta tamen impedit sicut,
 & cum ♄ combusto. ☽ ♄ ☼, ♄, & ♄, per vnum diem antè, & post, sic
 cum ♄ & ♄, idem ♄ & ☼ cum ♄. ☼ ♄, ♄, & ☼, & antisc. cum ♄
 vel ♄ impediunt per diem antè, & post, ♄ ♄ ☼ inter ♄ ♄ prohibet
 per 12. horas in omni aspectu ☽ cum ♄ & ♄ est tempus aptum, in ♄ &
 ♄ cum ☼, & ♄, vltius a prima ☼ est aptū pro iuuenib. & sanguineis,
 in 2. ☼ pro viri, iuuenibus, & colericis, in 3. ☼. pro virili ætate, ♄.
 nili, & flegmatica, in vltima ☼ pro senib. & melanconicis; alia multa
 circa medicinam videte apud alios. Tempus pro agricultura, dum ☽ est
 in ♊, ♋, ♌, & ♍, in ♄ aut ♄, in ♄ de ♄ aut ♄ cum ♄, in ♊ ♄ cum ♄
 ♄, aut in ♄, ♄, vel ☼, alia apud alios inspicite. Quoad nauigationem
 fuge nauigationē, dum malefici sunt in angulis dominantes loco ☽, &
 ascendentis, vel ♄. aut ibi sint stellæ tempestuosæ, & procellosæ, item
 Sol in ♄. Mars in 10. vel 11. nocet, ☽ non sit tempore itineris cum ♄,
 vel ♄, sed sit ☽ in beneficorum, vel maleficorum bono aspectu, & do-
 mini loci ☽ & ascendentis sint fortes atq; hæc breuiter sint dicta.

GENERALES APHORISMI XXXX.

Ex planetarum qualitatibus deducti ab eodem P. Maz-
 zotta, pro his quæ ad aeris mutationem, medici-
 nam, artē nauigatoriam, & agriculturam
 pertinent.



1 *Vi Astrologicam facultatem ad plura cupit extende-
 re, ac determinarunt SS. PP. & Pontifices, menda-
 cem se in illis futurum non euadet, cum veritas furcata
 nimis sit, & non realis, quæ fidem, Sanctosque Patres
 habet contrarios.*

2 *Planeta omnis in quacunque domo eleuatus sit, bona si beneficis,
 mala si maleficis de natura illius domus, in qua est, illis significat, qui
 sibi, suoq; signo subiacentur, magis tamen pertimesca mala male-
 fici infortunati, minora verò bona à benefico infortunato expectes.*

- 3 Non statim ex situ, aut dominio alicuius planetæ iudices significata illius domus, in qua est, sed prius inspicie aliorum planetarum cum ipso configurationes, quia hæc augent, si maleficorum, minuunt verò, si sunt beneficorum in malis significatis, è contrà verò in bonis.
- 4 Omnes magnæ constitutiones iuxta temporis qualitatem, & planetas constitutos augent, vel minuunt significata sua.
- 5 Non de omni gradu eiusdem signi Zodiaci idem feratur discursus, sed inspicie quam 8. sphaera constellation in dicto signo reperiatur, & iuxta illius naturam discurre, & signi.
- 6 In cuius exaltationis signo sunt significantes planetae, subiectis domino illius exaltationis erunt bona, mala autem eis, in quibus est detrimenti, vel casus signo.
- 7 Magis tibi placeat geniliaci thematis cardines in mediocrum, quam beneficorum possessione esse, namq. primo modo à mediocri ad melius ascenditur, 2. verò à bono descenditur & cades. Augentur bona, dum planetam aliquem habes in gradibus plenis, magis si plures planetas habes, ita ut præsent bona maxima. Minuuntur si in gradibus vacuis. Sunt autem pleni gradus isti in ♋ 8. 20. 30. In ♌ 11. 21. 30. In ♍ 7. 14. 23. In ♎ 12. 18. 29. In ♏ 7. 14. 29. In ♐ 9. 17. 27. In ♑ 5. 16. 27. In ♒ 8. 20. 27. In ♓ 8. 19. 20. In ♈ 10. 19. 30. In ♉ 9. 19. 30. In ♊ 12. 19. 28. Vacua autem sunt. In ♋ 3. 17. 26. 0. In ♌ 3. 13. 26. 0. In ♍ 10. 19. 17. 30. In ♎ 6. 14. 20. 30. In ♏ 5. 11. 23. 30. In ♐ 0. 13. 24. 30. In ♑ 3. 14. 22. 30. In ♒ 0. 11. 23. In ♓ 7. 15. 24. 0. In ♈ 4. 13. 22. 0. In ♉ 6. 15. 25. 30. Vtius luminaria, Horoscopus, & M.C. in horum signorum gradibus maxima bona dant, In ♋ 9. In ♌ 3. 15. 27. In ♍ 3. 10. 11. 12. 15. In ♎ 1. 2. 3. 4. 8. 19. In ♏ 2. 5. 7. 19. 22. 23. In ♐ 3. 4. 14. 16. 20. In ♑ 3. 16. 17. 21. 28. 29. In ♒ 5. 7. 12. 15. 19. 20. In ♓ 3. 13. 15. 18. 20. In ♈ 8. 12. 14. 20. 24. In ♉ 7. 15. 16. 17. 20. 29. In ♊ 3. 17. 19. 20. Insuper dum luminaria solem, & lunam videris in sequentibus gradibus magnas præbent infirmitates, & debilitates. In ♋ 6. 7. 8. 9. 10. In ♌ 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. In ♍ 18. 27. 28. In ♎ 19. 29. In ♏ 1. 7. 8. 18. 19. In ♐ 26. 27. 28. 29. In ♑ 18. 19.
- 8 Omni planeta de illius participat natura, in cuius essentialibus dignitatibus est, unde beneficum in malefici dignitatibus parum estimas, & maleficum in benefici dignitatibus minus timeas.
- 9 Draconis caudam magis desideres cum maleficis, quam cum beneficiis

coniunctam esse, quia illius malitiam minuit.

10 Maleficorum aspectus omnes semper aerem, & sublunaria ultra solitam ac debitam temperiem alterant, & turbant.

11 A fortuna (si fuerit debilis, & male affecta) ne expectes ex illius aspectu alleviari maleficorum mala significata, seu dubites infirmari magis ab aspectibus maleficorum maleficorum; contrarium verò accidet, si e contra fiet.

12 Non dubites ac ammissione illius significati quod à planeta in signo fixo posito promittitur, in communi autem, & mobili atente de conseruatione studeas.

13 Configurationes planetarum cum fixis firmamenti maxime & augent, & ostendunt, ac conseruant mala, vel bona iuxta ipsorum naturam.

14 Non proferas memorabiles mutationes, nisi videris superioris altius planeta configurationem, vel ortum, aut occasum stellæ efficacis, & primæ magnitudinis.

15 Frustrà circa directionis tempus versantur illi, qui circa reuolutionem illius temporis considerandam non insudant, frustratoria namq; & inefficaces habenda sunt directiones illæ, vel saltem minimi ponderis, quibus annua tunc temporis reuolutio non est conformis, sed ipsis non conformibus, vna alterius minuet significata, auget verò si conformis.

16 Reuouabuntur eo anno significata in themate natiuitatis, dum planeta in illius anni reuolutione eandem habent dispositionem, ac tunc habuerunt; in oppositum autem, & contrario modo se habebunt, dum in diuerso, aut opposito modo disponentur.

17 Expendentur maxime bona, vel mala significata, cum significatores orientis, aut medij cali cardinem in reuolutionis themate possidebunt.

18 In omni directione euentus accident conformes naturæ occurrentis planeta promissoris applicati significati planeta significatoris bona verò semper, in maleficis directis ad beneficos intelligantur; benefici autem quocunq; radio ad maleficos dirigantur, semper mala ubi promittunt de natura promissoris malefici.

19 Qui circa directionis tempus nimis determinatè loquitur, non eritabit errorem, cum pluribus ex capitibus effectus possint impediti.

20 Quotidiani significatorum transitus quotidianos tibi ostendunt illorum bonos, vel malos euentus in significatis illius, cuius transitus

consideras iuxta bonos vel malos illorum aspectus, quos in transitu obuiat, & ab obuiantibus, ac in significatis planeta obuiantis, bona, vel mala futura indica.

- 21 Omnis infortunæ aspectus malitiam affert in his, quæ ab ipso aspiciuntur; fortuna verò auget bonum, & minuit malitiam quocumque radio aspiciat.
- 22 Omnis planeta dominium habens super aliquod bona, vel mala significat de natura sua iuxta ipsius fortitudinem, & situm, in quo est.
- 23 Efficaciam circa planetarum effectus desume ab aspectibus & primum locum tenet, deinde ♀, postea ☐, deinde △, 3 *, 4. sesquiquadratus, & alij similes, deinde quintilis, biquintilis, &c. In signis breuibus ascensionis △ eosdem producit effectus ac ☐, & in signis longæ ascensionis idem causat * ac ☐, quod maxime notandum erit.
- 24 Beneficius planeta vel luna, aut sol iuxta domus significata bona dat ijs, qui illius signo, quod occupat, subiiciuntur, at si benefici in 7. aut 12. reperiuntur, augent mala illorum, malefici minuunt. Gaudeas te habere beneficos in 8; & magis in alijs celi partibus locatos, maxime in cardinibus, quia nimis potentes se ostendunt in eorum significatis.
- 25 Planeta in aëria 4. combusti, si calidi calorem augent, si humidi in humiditate remittuntur.
- 26 Planeta ascendens aut medij celi, aut loci luminarium ad aquea signa transeuntes aerem aqua, & humiditate alterant; in aëreis autem ventis, in igneis cum calore, in terreis cum frigore, & caloris remissione, & siccitate, & eo magis si symbolici sunt planeta, & signum ad quod transit, qualitatis minus sit dissimulicæ.
- 27 Cum quocumque ♀, fuerit ♀, semper qualitatum, & temperiei mutationem ob violentiam eius naturam causat, quod idem faciunt fixæ regie de natura eius, idcirco magis desideres Antares esse distantem ab aliquo vel cardine, vel planeta, præcipue ab horoscopo, quam coniunctum, quia coniunctus ob suum caloris excessum, officit non prodest.
- 28 Frustra Astrologum se ille reputet, qui se metheorologicum esse non agnoscit, non enim causas illius possumus indagare, dum eius, de cuius causa querimus, proprietates non agnoscimus. &c.
- 29 Non minus molestum cuiquam futurum cogites, inimicorum indiscretioni subiacere, quam Medicorum vires planetarum, & vices non obseruantium, manibus curari, namque plures propter hoc, suis inficiunt, quam rescipiunt Medicinis.
- 30 Particulares euentus alicuius 4. inspicendi sunt ex quotidianis planetis.

netarum aspectibus, & dum inspicis, & comparas transitus planetarum, & vide applicare ad parallelum aliquem planetæ, qui est in themate constituto ad punctum sigizæ luminarium iuxta naturam, & diuersitatē illorum planetarum ita discurras, ac si accideret malus aspectus inter illos duos planetas applicantem, & id, ad eundem parallelum applicat.

- 31 Nullus aphorismus, quia prudentis, & sapientis Astrologi non moderatur, & applicatur coniectura, determinatam veritatem valet attingere.
- 32 Considera dominum alicuius domus in qua domu sit, & iuxta domum in qua reperitur, si bonum illa domus indicat, & sit bene constitutus in illa domu, bona illius domus in qua est, promittit iis, quos significat domus illa, cuius est dominus; si mala, vel male positus, mala illis pronunciat. Planeta omnis ad maleficum applicans malo radio mala significat subiectis planetæ illius applicantis, ad beneficum applicans mala subiectis planetæ, ad quem applicat, largitur, beneficus applicans benefico utriusque subiectis dat bona.
- 33 Dum Planeta dominus alicuius domus, vel in ipsa locatus applicat suo motu vel domui alicui, vel planetæ si benefico applicat, dicit ab illius, cui applicat, subiectis iuari in significatis illius domus; si malefico, impediri, unde dum navigationis v. g. significatorem videris marti applicare, impediatur à subiectis martialibus.
- 34 Nullius rei finis bonus est expectandus, dum illius rei significator est in maleficorum maligno aspectu, secus vero dum est in aspectu beneficorum, vel in bono aspectu malefici, at in his secundis non sine molestia, & labore.
- 35 Letari magis debemus dum regiam aliquam stellam fixam beneficam, & tristari dum maleficam regiam habemus in cardinibus horoscopi, & M. C. quam si planetam alium haberemus, quia illa efficacius quam isti operantur. Insuper dum Maleficum bene constitutum, ac fortem in his cardinibus habes magis tibi proderit, quam alius quicumque beneficus ibi esset.
- 36 Maleficus si in signo, quod domus, vel dignitas alicuius (dum modo in illo nullam ipse obtineat dignitatem quia tunc iuvat) & à domino illius signi non benigno, sed malo, vel nullo radio aspiciatur, semper inficit subiectos illi signo, & domino illius.
- 37 Quemcumque planetam in suis domibus constitutum habueris, quicumque sit etiam maleficus, & ubicunque sit excepta 7, 12, 6, & 8, bona

- bona ab ipso significata expectes; horum tamen contrarium dicito, dum in suis debilitatibus, detrimento, vel casu, aut peregrinus erit.
- 38 Tunc maxime vires suas ostendunt in malefaciendo, planeta cum perueniunt ad signum oppositum signis, quæ sunt domus ipsius, hinc tunc peior est cum in ∞ vel Δ fuerit, quia α & β opponuntur, idcirco in tali planetarum situ caueas ne significata illorum incipias.
- 39 Directiones quæ ad maleficorum parallelos perueniunt, ita nocent, ac si ad corpus peruenissent, è contra ad beneficorum parallelos prosunt, sicuti ad corpus peruenientes.
- 40 Dum aspectus quoad Zodiacum non videris habere quoq; correspondentiam, nilium aspectuum quoad Mundi utrum, nimis remisse de illorum significatis proferas. Quod si conformitas adsit, intensam pronuncia eorum futuram efficaciam.

Astrologicæ Philosophiæ totiusque operis finis ad
maiores Dei laudem, eiusq; Virginis Deiparæ,
SS. PP. Petri Cælestini, & Benedicti, sub
quorum tutissimo patrocinio hoc com-
pleui opus die Sabbati 13.
Septembris 1653.

1423-
Hoc

Bare
Age 1178

B
Age

2428

